qñ de nõ copulato extremo requiritur ꝙ in vtroq; verificetur oratio negatiua puta si titius heres nõ erit. ⁊ si seius heres nõ erit secus dices si de copulato extremo puta si titius. ⁊ seius heredes nõ erunt ⁊ legendo ⁊ consulendo semper ita visum fuit. ¶ Nõ ob.† ꝙ dicebatur in cõditionibus implendis: lʒ nõ duret factũ per. d. l. si quis heredẽ q2 supra deductum est ꝙ hoc casu mens testatoris suadet cõtrariũ ⁊ ista est via brocardica vtrũ si sufficiat semel factum si nõ durat factũ circa ꝙ Petrus ⁊ Cy. in. d. l. si quis heredem dicunt ꝙ in actu qui momento perficitur sufficit semel factũ: lʒ nõ duret factũ: secus si requiritur actus successiuus. ⁊ ideo vr̃r decidere ꝙ doctores q iurant legere ad trieniũ si habebunt hospitiũ cũ taxat pẽsione poterunt in secundo anno sine periurio nõ legere si in secundo anno non habebunt hospitiũ: lʒ in primo anno habuerint ⁊ cũ eis transeunt ibi Bal. ⁊ Raph. facit etiam ꝙ dixerat idẽ bal. in eadẽ. l. si qs heredes in ꝑn. itẽ facit. l. inter castellianũ. ff. de arbi. Ang. etiã ibi distinguit ꝙ aut† id qꝺ versatur in cõditione hʒ cãm permanẽtem ⁊ successiuã. ⁊ tũc nõ sufficit semel factũ si nõ durat factũ: aut nõ hʒ cãm sui natura successiuã permanẽteʒ. ⁊ tũc si expeditur momento respectu totalis implementi sufficit semel factum lʒ nõ duret factum: si vero cõditio nõ impletur plenarie momẽto respectu totalis effectus. ⁊ tunc non sufficit cõditionẽ impletã si nõ durat impleta. d. l. inter castellianũ. ⁊ ideo dãnatus facere paceʒ si eã facit ⁊ nõ seruat nõ sufficit q2 pax dʒ habere cãm permanẽtẽ ꝑm eũdẽ Ang. ⁊ ideo veneti qui in pace per eos inita cũ ianuẽsibus promiserunt destruere muros castritenedon ⁊ pro implemento destruxerunt ⁊ postea refecerunt non seruauerunt promissa nec licite refecerunt prout voluit Cynꝰ in. l. seruis. C. de penis ꝑm eũdẽ Ang. in. d. l. si quis heredem. de quo etiã in. l. fideiussor. §. meminisse de lega. j. in. l. sed ⁊ si possessori in prin. de iureiu. ⁊ in. l. permisceri. ff. de acqui. pos. ⁊ in. l. in substitutione de vulg. ⁊ pupi. ⁊ in. l. in numerationibus. §. fi. de sol. in casu aũt nostro habitatio habet causam successiuã: ⁊ momẽtanea habitatio nõ ꝓducit effectũ quẽ cõsiderauit testator de quo supra: ideo nõ videtur ꝙ sufficiat semel habitasse si habitatio nõ durauit. Preterea dato ꝙ illa cõditio si habitabit verificata fuisset per illã primã habitationẽ ⁊ ꝓpterea potuerit succedere ipsa Matthiola ex substitutione ⁊ de ea facta Rosate tñ verificatur illa cõditio si nõ habitabit apposita substitutioni eidẽ Matthiole facte: nam in fine nõ habitabit dictã domũ: ideo oratio affirmatiua respectu primi tẽporis purificatur ⁊ oratio negatiua respectu vltimi tp̃is similiter purificatur. ⁊ ꝑm hoc per habitationeʒ purificata fuerit prima substitutio qua fuit honorata dicta Matthiola ⁊ per nõ habitationem purificata sit substitutio qua dicta Matthiola fuit onerata. ⁊ istud vt puto fuit magis de mente testatoris lʒ posset attẽtari ꝙ conditio prime substitutionis nõ fuerit purificata per ea que supra premissa sunt nõ tñ multum interest si dicta Matthiola fuit heres dicte Rosate al's posset plurimũ interesse ꝓpter fructus perceptos per dictam matthiolam de dictis bonis: nec obstat ꝙ tenebatur sequi virum q2 poterat secundo nubendo adijcere eam conditionem ad quã seruandam tenebatur: vel saltez non releuat: q2 non apparet ꝙ maritus noluerit inhabitare dictaʒ domum testatoris: attento maxime ꝙ presupponitur ꝙ dum eam accepit accessit ad habitãdũ dictam domum ⁊ ꝙ per aliqua tp̃a eã inhabitauit: ideo non apparet ꝙ. d. Matthiola fuerit impedita habitare in dicta domo: illa autem allegatio filiorum primi matrimonij ꝙ satis est eis ꝙ habitauit in vita eorum patris est derisoria q2 nõ fundata ratione vel iure. nec etiã facit ad rẽ vtrũ Rosata decesserit in vita testatoris vel postea: nam respectu illius casus verificatur substitutio vulgaris ⁊ oẽs cõcludũt† ꝙ substõ cõpẽdiosa facta per verba si decesserit qñcũq; vel si decesserit sine liberis cõprehendit vulgarem expressam verbis generalibus potissime: q2 verificantur verba si decessit in vita testatoris quo casu nõ potest esse locus alteri substõni nisi vulgari voluit bar. in cõsilio incipiente Herculanus instituit heredẽ in ordine mihi. clxiij. ⁊ habetur in. l. precibus. C. de impub. ⁊ in. l. cẽturio. ff. e. ti. ⁊ in. c. raynutius de testa. et vis verborũ artat: remanet ergo firma cõclusio ꝙ in dictis. cix. florene ⁊ in residuo hereditatis succedãt dicte ecclesie ⁊ dicti Consortus Gentilis et Marinus ⁊ Petrus ⁊ Matthias detractis quartis q̃tenus detrahende veniant.

¶ Summarium super consilio. viij.

1 ¶ Sententia ferri iuxta petita.
2 In possessorio recuperande reqrit̃ intentari spoliatio et priuatio.
3 Iustitiã mihi ministrari petẽs illud petitur idẽ iuncta ea theorica quod quis in dubio videtur deducere omne ius suũ.
4 Libellus interpretatur pro libellante.
5 Possessionũ appellatione veniunt fundi ⁊ predia.
6 Ius canonicũ nõ ita inheret rigorositati prout ius ciuile.
7 Libellum gñalem astringitur actor declarare al's reijcitur.
8 Appellatio a diffinitiua nõ trahitur ad interlocutorias latas ante litem contestatam.
9 Snĩa lata sup possessorio licet in libello cõtineatur possessorium valet si fuerit articulatum ⁊ probatum possessorium.
10 Conclusio est vis libelli.

¶ Consilium

¶ Consilium.viij.

In nomine dñi nostri iesu
christi. ¶ In hac consultatione viso dicto libello seu qualiquali petitione prout in principio ipsius deducitur solū a me queritur vtrū possit cēseri intentatum possessoriū q2 vba libelli etiā ad possessoriū adaptētur: adeo ꝙ sen tentia lata sup possessorio tenuerit necne: nā si libellus ⁊ eius verba nō pñt trahi ad possessoriū snīa lata sup possessorio esset fundi-
1 tus nulla. cū in qualibet † causa snīa dz ferri iuxta petitionē nedum in causis ordinarijs. c. qualiter ⁊ qñ. el grāde. de accu. ⁊. c. lz eli. de sy mo. ⁊ in. l. vt fundus cōi diui. sed etiā in causis summarijs talib9 ꝙ nō requirātur solēnitates iudiciarie nihilominus snīa ferri debet iuxta formā petitionis vt est expressum in cle. sepe. de vb. sig. Defi ciēte aūt petitione sup qua snīa fertur deficit fundamētū: ⁊ tāꝙ dirupto fundamēto ipsa snīa ruit. ar. j. q. j. cū paulus. ⁊ de presbytero no. Bar. c. veniēs. ideo nō pcedēte libello vel petitione vel precedēte inepto respectu eius sup quo snīa fertur snīa ipsa est nulla: prout no. glo. insti. de obli. ti. generali in vbo heredē. in fi. ⁊. c. cū di lecti. et qd ibi p doc. extra de emp. ⁊ vēdi. ⁊ defectus libelli censetur inesse etiā in snīa q2 illa hz necessariā relationē ad libellum prout dicit Bar. in. l. j. C. de erro. calc. ⁊ in. l. j. ff. de sentētijs q̄ sine appel. rescin. Et pfecto vr ꝙ dictus libellus seu qualisqualis petitio nō potuerit trahi ad possessoriū. Nā cōstat qd non agitur de possessorio retinende q2 actor nō narrat se possidere neqꝫ se turbari in sua pos. Sed potius vba petitionis suadēte eū non possidere non insisto super hoc prout nec p partem instatur. Sed solū videtur instare sup possessorio recuperāde. Nā de possessorio adipiscende quorū bonorū vel quorum legatorum vel. l. edicto constat non agi: q2 ma
2 teria ⁊ verba libelli nullatenus adaptantur. † Sed in possessorio recuperāde qd cōpetit spoliato requiritur qd intētetur spoliatio et priuatio possessiōis facta a reo ꝯuento vel ab alio eius mādato. c. cū ad sedē. de resti. spoli. vel ꝙ sit successor. c. sepe. eo. ti. Licet nōnul li teneāt ꝙ generaliter cōpetat remediū cañ. reintegranda. iij. q. j. ⁊ l. si coloni. de agri. ⁊ censi. lib. xj. Non refert: q2 etiā in illis remedijs requiritur spoliatio ⁊ si cōpetit in casu isto possessoriū recuperāde cōpetit directū interdictū vnde vi. Nā petitio est porrecta contra tramesatum qui per se dicitur occupasse ⁊ successiue spoliasse. Spoliatio autē presupponit possessionē tpe spoliationis. Ideo qui intentat interdictū vnde vi. ⁊ sic possessoriū recuperāde dz deducere ꝙ tpe quo asserit se spoliatum ipse possidebat vt est expressum in. l. j. §. interdictū autē. ff. de vi ⁊ vi arma. Et merito quia spoliatio ⁊ sic priuatio presupponit habitum ⁊ sic possessionē. l. non potest videri desinere. de reg. iur. et. l. decem. de verb. obli. cum similibus. Sed in dicta petitione nō dr ꝙ dictus agēs possideret tpe quo reus dr occupasse: sed dicitur ꝙ dicta domus ante occupationē factam per dictum tramesatum reum cōuentum fuit tenta ⁊ possessa per vniuersitatē et homines dicte schole. Nec dr ꝙ dicti homines fuerint spoliati immo innuit ꝙ tpe occupationis nō possidebat ex quo dicit ante. nam qui de vno tpe ponit de alio vr negare. ar. c. nonne. de presump. ⁊. l. cū pretor. de iudi. cū sīlibus. Nec huic medio vr obstare si dicatur qui semel possedit presumitur continuasse possessionē vt habet in. l. siue possidetis. C. de proba. per doc. maxime. d. Ant. in. d. c. cū ad sedem. de resti. spoli. ⁊ sufficit ꝙ libellus concludat presumptiue. l. oēs. §. lucius. ff. de his que in frau. credi. qui ad hoc allegatur prout dicit ibi Ang. idem Bar. ibi. ⁊ in. l. j. in prin. vlti. col. ff. de edē. Bal. in. l. edita. xvij. col. C. eo. ti. Quia rñderi potest qd verū est qñ presumptio allegat vel nō consistit in facto libellātis. Si autē cōcernit factum proprium nō vr ꝙ presumptio cōsideretur si nō allegatur. l. si adulteriū cū incestu. §. idē pollioni. ff. de adulte. et per Bar. ibi. ⁊ in. l. cum quid. ff. si cer. pe. Et ideo cū nō allegetur ꝙ presumitur possedisse tpe occupationis: nec qd tpe occupationis p illuz tramesatum possederit nō vr ꝙ dicta presumptio releuet: ideo nō videtur ꝙ ex narratis possit elici dictum possessorium recuperāde. Sed dicta allegatio ꝙ tāto tpe possederat vr adducta ad ostendendum dominium qd pro causa petitionis deducitur. Et maxime quia conclusio ad petitorium adeptetur cum petat declarari dominiuz vel quasi dicte domus ad actorem spectare: et licet subdat successiue ad restituēdū ⁊c. non propterea videntur dicta verba conuenire possessorio cum restitutio rei venit in petitorio. l. qui restituere. ⁊. l. ex diuerso. de rei ven. possessorio venit resti. possessionis vt p Spe. in titu. de resti. spo. §. j. versi. ⁊ no. Et innuunt illa verba ⁊ successiue quasi innuāt ꝙ illa condēnatio ad restituendum succedat ⁊ sequatur vigore prime snīe: q2 restitutio possessionis in petitorio rei vēdicationis publiciane vel petitione hereditatis nō venire principaliter nec iure actionis sz officio iudicis mercenario deseruiēti dictis actionibus vt habetur in. d. l. qui restituere. et. d. l. ex diuerso. ⁊ in. l. j. in prin. ff. de eden. et in. l. iiij. et. l. regulariter. de pet. heredi. Et sic ex narratis: et conclusiue videtur deductum petitorium et nō possessoriū. Nec etiā videtur refragari clausula solita apponi in calce libellorum petens ius et iustitiam ministrari in predictis et circa predicta que apparent apposita in ista petitione per quā clausulā solent libelli iuuare et ampliari vt per Innocen. et docto. in. c. cum dilectus. de ordi. cogni. de qua clausula etiam per Bald. in. l. edita. C. de eden. in. l. nec quicꝙ. §. vbi decretum. de offi. proconsul. in. l. si ex multis. C. de annali exceptio. ⁊ p dominū Anto. in. c. j. de iudici. quia responderi posse videtur quod dicta clausula videtur deducere quicquid ex facto proposito et sic ex narratis deduci potest non autem iuuat libellum in eo quod ex narratis non deducitur prout dicit dominus Antonius in. d. c. j. ⁊ satis deprehenditur ex verbis docto. in. d. c. cum dilectus. et probatur viua ratione. Non reperitur ius aliquod quod virtutem iuuandi libellos attribuat dicte clausule. Sed doctores magistraliter capiunt eam doctrinam ex vi verborum: quia si ex narratis sumitur ius et iustitiam esse ex parte actoris petit illa sibi ministrari. si dico rem esse meam et te possidere ius ⁊ iustitia dictat quod declarari debet per iudicē esse meaz et mihi restitui. Unde petendo iustitiam mihi ministrari peto virtualiter illud iam functa theorica quod quid videtur in dubio deducere omne ius suum. l. solemus. ff. de iudi. c. cum ecclesia sutrina. de causa posses. et proprieta. Et licet p ista clausula allegetur d. c. cum dilectus. Tamen non dicitur ibi quod dicte clausule virtus aliqua attribuatur. vbi itaqꝫ ex verbis non concluditur ius et iustitiam esse pro parte agentis dicta clausula non operatur per predicta. Sed in casu nostro videtur quod non ea narrentur ex quibus ius et iustitia appareat pro parte agentis quod tanꝙ spoliato debeat eidē possessio restitui merito dicta clausula nihil operetur. ¶ Tamen his non obstantibus cōtrarium puto de iure respōdendum. Nam licet propria et specifica forma libellandi in interdicto vnde vi. et sic in interdicto recuperande sit deducere possessionem tempore quo alius occupauit et spliationem ⁊ concludere ad restitutionem possessionis quia possessio requiritur qd esset tunc temporis quando vim passus fuit apud agentem qui pretendit se spoliatum per. d. l. j. §. interdictum autem hoc. et. §. eum qui. et §. rectissime. de vi et vi arma. et. c. consultationibus. de officio deleg.
4 et in. c. olim causa. de restitutio. spoliatorū †. quia libellus interpretatur pro libellante. l. si quis intentione ambigua. ff. de iudi. et licet verba omnino non necessitent ex mente libellantis qui censetur voluisse deducere omne ius suum iuxta. d. l. solemus. de iudi. et c. cum ecclesia sutrina. de causa possessio. et proprietatis. Sustentatur libellus prout probatur ex text. et dictis docto. in. d. c. cum ad sedem. de restitutio. spoliatorum. ⁊ in dicto. c. cum ecclesia sutrina. Nam in dicto. c. cū ad sedem. in libello pcurator hospitalis postulauit illa scilicet de quibus premiserat que tenebat episcopus resti-
5 tui dicto hospitali nō dicit restitui possessionem: et licet dicat. † cū possessionibus et pertinentijs suis verbum illud possessionibus significat fundos ⁊ predia que spectabāt ad ecclesiam que principaliter petebatur vt alias interdum de verborum significatio. et not. in. l. questio. eodem titulo. et subdit asserens de iure ad hospitale spectare et ea diutius possedisse. Et non se astrinxit ad tēpus detētionis. Et tamen ille libellus fuit admissus super interdicto vnde vi. Nam per illa verba videtur ibi intentata petitorium et possessorium. iste est tex. ibi scdm vnam lec. ex qua ibi not. qd subletātur libellus licet indigeat aliqualiter suppletione dūmodo possit colligi ex mente libellantis. mens autem libellantis satis deprehendi potest in casu isto ex quo deduxit qd possedit tanto tempore et qd reus occupauit indebite et iniuste: et multa verba super hac parte protulit que potius respiciunt possessorium ꝙ petitorium licet etiam respectu petitorij non sint inepta sed aliqualiter circūferentia. Et similiter in. d. c. cum ad sedē. illa verba ⁊ ea diuti9 possedisset potuissent ad petitorium adaptari: et tantofortius quia ibi simpliciter narrauit libellans ꝙ episcopus reus conuentus tenebat illa que petebantur. nec qualificat aliter illam detentionem prout hic: quia dicit ꝙ occupauit et detinuit et possedit indebite et iniuste: et sic verba huius libelli magis innuunt possessorium quā illa verba cum ista deducunt iniustitiam possessionis rei conuenti: et illa secus. Item in. c. cum ecclesia sutrina. de causa possessionis et proprieta. pro parte actoris petebatur electionem infirmari: quia soliti fuerant in electionibus interesse: et illa eis renitentibus et exclusis fuerat celebrata. Et tamen iste libellus interpretatur vt censeatur deductum omne ius libellantis vt ibi exprimitur prope finem. Ideo sententiatur diffinitiue super possessorio quia restituūtur actores in pristina quasi possessione: et in petitorio fertur diffinitiua contra actores. Et tamen non deducitur ibi possessio tēpore electionis de possessione cuius agebatur. Et vtraqꝫ sentētia valet ibi ⁊ consequenter lata censetur iuxta formam petitionis p. d. c. qualiter et quando. d. c. licet eli. cum similibus. Et licet videatur contrarium sumi ex dictis Barto. in. d. l. cum quid. Tamē videtur posse dici ꝙ licet propter hoc quia non necessario libellus concludit nisi presumptiue potuisset repelli si pro parte actoris instaretur. Tamen si proceditur libellus tenet ⁊ interpretatur deductum omne
6 ius actori competens per dicta iura. † Uel dicamus quod de iure canonico procedant dicta iura: cum ius canonicum non ita inheret rigorositati prout ius ciuile. capitulo dilecti. de iudicijs. Et quodcunqꝫ teneamus habemus intentum: cum simus in terris

ecclẽ. in quibus debet seruari ius cañ. vt per docto. in. c. v. de noui operis nũcia. ⁊ per glo. in. c. ij. de arbi. lib. vj. ⁊ in. c. ij. de regulis iur. eo. lib. per Bar. ⁊ Bal. in. l. priuilegia. C. de sacrosan. eccle. Et saltẽ hec absq; dubio procederent si essemus in casu quo non requireretur libellus sed qualisqualis petitio prout forte contingit in casu isto vt innuitur ex verbis petitionis. Nam tunc nõ requiritur aptitudo libelli vt habetur in. d. cle. seq. Insuper est aduertendum ꝙ licet occupans rem vacuã hoc est quam alius nõ possidet tempore quo dimiserat nõ teneatur interdicto vnde vi. Nec possessorio recuperande. ⁊ sic interdicto vnde vi vt. d. §. interdictum autẽ hoc. ⁊. d. §. cum qui. ⁊. d. c. cõsultationibus. ⁊ per ea que. s. in contrariũ deducta sunt. Tamen si alius prius possideret. Licet tempore quo reus occupauit non possideret cõpetit remedium possessorium. l. inuasor. ⁊. l. cum querebatur. C. vnde vi. l. inuasor dicit Barto. competit quãdo alius bona fide occupauit non quãdo dolose. ⁊ sic mala fide. et super istis possessorijs que dantur cõtra eum qui propria auctoritate occupat rem vacuã quam. s. dñs non possidet ponit libellorũ formam Specu. in titu. de resti. spo. §. j. versi. Item septimũ ⁊ versi. octauũ. Licet quidam aliter intelligant. d. l. inuasor. Sed nõ refert quia ex quo allegatur ꝙ inuasit seu occupauit mala fide. et sic per dolum sumus in terminis in. d. l. cum querebatur super cuius legis remedio nõ est necesse ꝙ tẽpore occupationis possideret immo datur quãdo occupat rem ab alio nõ possessam. Ideo nõ fuit necesse in libello ponere ꝙ ipsa vniuersitas tẽpore occupationis facte per dictũ reum cõuentũ possideret. Sed ex quo deduxit ꝙ ipsa vniuersitas seu collegium ante possiderat ⁊ dictus conuentus occupauit postea infertur ꝙ agenti competit possessoriũ vt restituatur dicta possessio. Si quidẽ possidebat tempore occupationis adeo ꝙ spoliato cõpeteret propriũ remediũ recuperande. ⁊ sic interdictũ vnde vi. Sinautẽ tunc non possidebat quia ceciderat a possessione. ⁊ tũc cõpetit similiter remediũ possessoriũ quasi recuperande vigore. d. l. cum querebatur. Et cum in omnẽ euentũ iustitia dictet ꝙ sit relaxanda possessio occupata dicto collegio actori. Procedit libellus. facit quod no. per glo. ⁊ doct. in. l. cogi. C. de peti. heredi. vbi sufficit assertio equiuoca si in omnẽ casum concluditur ad finẽ de quo agitur. Et ideo forte ex hoc capite sustentatur in possessorio libellus in. d. c. cum ad sedẽ. ⁊ libellus in. d. c. cum ecclesia sutrina. in quibus nõ deducitur in libello de possessione tẽpore actus gesti per aduersarium qui. s. actus impugnatur in libello. Et hac etiam via potest limitari ⁊ euitari ꝙ dicit Bar. in. d. l. cum quid. Et ex quo adjicitur illa clausula petens super predictis ius et iustitiam ministrari. Et ius si iustitia dictat ꝙ siue tempore occupationis dictum collegium possideret siue non possideret siue probaretur dominiũ siue nõ probaretur. Petendo ita generaliter sibi ministrare iustitiam omni meliori modo quo fieri potest libellus cõcludit necessario in remedio possessorio cõpetente siue vnũ siue alterũ cõpeteret cum nõ se astringat ipse libellans ad vnũ vel ad alium modũ qui melior esset ⁊ per consequens ex vi verborum deductũ censetur remedium cõpetens. Et ꝙ cõpetat declaratur ex deductis postea in processu. prout sumitur ex dictis Inno. Jo. cal. ⁊ do. Anto. in. d. c. cum dilectus. ⁊ Bal. ibi. Nam dicit Bal. in. d. c. cum dilectus. ꝙ dicta clausula operatur ꝙ libellus postea sustentatur ex probationibus factis in processu. ¶ Et licet quãdo ex narratis possunt elici plura remedia posset reus objicere † de libelli generalitate ⁊ astringere actorẽ ad declarandũ ⁊ al's rejiceretur libellus put voluit Bal. in. l. edita. de eden. in materia cumulationis. Tamẽ si non facit sibi imputet. Nam libellus generalis de se nõ est nullus. l. si. C. de anna. excep. Et si forte opposuit ita vt assolet de generalitate libelli. Tamen exceptio fuit repulsa vel expresse vel tacite per processum ~~adultera~~ per ea que habentur in. c. ex parte. B. de appel. in. l. ij. §. si dubitetur. de iudi. in. c. insinuãte. de offi. deleg. ⁊ in cle. cum a repulsione. de app. Que interlocutoria prout ⁊ cetere interlocutorie si nõ appellatur transit in rem iudicatã quo ad partes. c. cum dilecti. de elec. et not. in. l. ꝙ iuxta. de re iudi. ⁊ in. d. cle. cum a repulsione. † Nec appellatio a diffinitiua trahitur ad interlocutorias latas ante litem contestatam vt est tex. notabilis in. l. ita demũ. C. de procura. Et ex his resultat ꝙ dictus libellus cõcludit in possessorio. Et debuit obtinere libellans si probauit dictũ collegiũ possedisse ante dictã occupationem factã per reum. Dato ꝙ non probasset dominiũ vel quasi. Quod prout arbitror non fuit probatũ. Nam si fuisset probatũ dominium vel quasi sentẽtiaretur pro parte actoris super petitorio ⁊ cessasset hmõi cõtrouersia. Et si dicatur remedium. d. l. cõquerebatur. militat quando occupatur res aliena vt probant verba illius legis. et dicunt ibi Bar. ⁊ Bal. Ergo debet probari ꝙ esset ipsius agentis que probatio hoc casu cessat secundũ ꝙ premisi ergo actor super remedio illius legis debet succumbere. Respõdetur qđ licet verum sit ꝙ detur illud remedium quando occupatur res aliena. ⁊ propterea dicit ibi Bar. ꝙ non cõpetit si occupatur res hereditatis iacentis: quia nõ est vere aliena. † Tamẽ dominiũ presumitur fuisse apud eum qui possederat. ⁊ sufficit ista presumptio ẜm eum. Et idem in effectu vult ibi Bal. quatenus. In casus positione dixit ꝙ non audens intentare rei vendicationem quia difficile esset probare dominiũ intentat possessoriũ. Nam ex hoc aperte demonstratur ꝙ ipse presupponit ꝙ non sit necesse probare dominium intentanti remediũ illius legis. ⁊ Rapha. fulgo. etiam ibi expresse dicit. Quod non sit necessaria probatio dominij dum intentatur remediũ. d. l. cum querebatur. Quod ⁊ videtur sentire glo. ibi quatenus querit si ego possidebã rem meam. ⁊ amisi possessionem ⁊ tu occupasti. et postea amisisti ⁊ alius occupauit. Et cõcurrimus. An preferatur secundus an primus. et presupponere videtur ꝙ vtriq; cõpeteret nisi impedirent se per cõcursum ⁊ vult glo. ꝙ restituatur secũdo ⁊ Bar. dicit esse verum si non simul venissent. ⁊ tamẽ si secundus haberet necesse probare dominiũ succũberet: quia non posset probare dominiũ rei nõ sue. ⁊ licet Bar. premiserit in alia questione glo. sentire ꝙ intentans remediũ illius legis habeat necesse dominium probare. Tamẽ immo glo. illa etiam ibi presupponit pro claro ꝙ non sit opus actori probare dominiũ. Nam dicit ꝙ si occupat quis rem suam que fuerat ab alio possessa succũbit nisi incontinenti probet suũ dominiũ. ⁊ sic onus probandi dominiũ vult incũbere reo cõuento non actori ⁊ insuper ꝙ illud probet in cõtinenti. Ex his itaq; cõcluditur ꝙ dictus libellus potest adaptari ad possessorium recuperãde seu quasi recuperãde. Et ideo sentẽtia super possessorio lata tenuit ⁊ ferenda est si non est lata actore instante vt super eo feratur. Non obstantibus adductis in contrarium que re vera non obstant. Non eñ obstat ꝙ dicebatur ꝙ verba libelli non concludunt in possessoriũ recuperande. et ꝙ dicta clausula petens sibi ius et iustitiam ministrari nõ operatur nisi circa remediũ ꝙ ex narratis elici potest. Nam supra clare demonstratur ꝙ ex narratis elicitur qđ possessio dicte domus debet restitui: ideo illa clausula operatur. Nec ob. qđ dicebatur ꝙ cõclusio libelli cõcludit in petitorio ⁊ in possessorio. † et tota vis libelli consistat in conclusione ẜm Bal. in. l. oleũ. §. merito. ff. de dolo. est eñ terminus libelli. et in ea libellus principaliter cõsistit prout dicit Inno. in. c. super literis. de rescrip. ẜm Bal. in auĩ. mihi que sit cum monacho. C. de episco. et cleri. Quia respondetur ꝙ immo etiam specifica cõclusio huius libelli potest adaptari ad possessoriũ cum petat cogi ad restituendum ⁊ licet subdat rem non dicat. possessionem tamen sustentatur quia restituendo possessionẽ venit relaxatio ⁊ restitutio rei et probatur in. d. c. sedem. ⁊ Specu. in. d. titu. de resti. spo. licet quandoq; concludat possessionẽ restitui: tamen in versi. secundũ est officium. et in versicu. quartũ est concludit rem restitui. Et insuper dato qđ specifica ⁊ specialis conclusio non adaptetur ad possessoriũ tamen adaptatur generalis cõclusio quam cõcernit clausula petens ius et iustitiam ministrari. Illa enim generalis conclusio adaptatur ad omne remediũ quod ex facto narrato elici potest prout dicũt doc. in. d. cum dilectus. maxime Joã. cal. Quod dicebat se propter hoc obtinuisse de facto ꝙ si ex narratis poterat elici possessorium ⁊ petitorium ⁊ cõclusum fuit in possessorio et postea probatũ dominiũ et forte non in possessione debebit ferri sententia pro actore super petitorio virtute dicte clausule generalis petens ius et iustitiam ministrari idẽ pari ratione si conclusio specialis respiciat petitoriũ et probationes ⁊ positiones super possessorio poterit ferri sententia super possessorio facit ꝙ dicit Bal. in margarita sua super verbo libellus vbi dicit ꝙ libellus generalis declarari potest per positiones postea in dubio factas quod ⁊ volunt doct. in. d. c. cum dilectus in terminis huius generalis clausule petens ius et iustitiam ministrari ex qua resultat generalis libellus prout de se patet ⁊ volunt etiam doct. ibi ⁊ Ange. in. d. l. si. C. de anna. excep. Et ex predictis sunt effectualiter sublata omnia in contrarium adducta.

Laus deo.

¶ Summarium super consilio. ix.

1 ☞ Societatem cõtraxisse videntur fratres simul habitãtes hereditatemq; defuncti indiuisam tenentes ⁊ vtroq; negotiante. nu. 3.
2 Fratres simul habitãtes licet in dubio societatẽ cõtraxisse videantur non procedit quando vnus negotiatur ⁊ alter non.
4 Donare nullus in dubio presumitur maxime laicus propter liberorum spem.
5 Empta res ex pecunia alterius vel socij ⁊ nomine emptoris specialiter cui cedat an emptoris vel illius cuius est pecunia.
6 Societati plus cõferens plus de lucro percipit.
7 Compromissarij quibus data est potestas plena ⁊ facultas ampla seu amplissima auferendi ⁊ dandi prout eis videbitur in diuidẽda hereditate an possint vni magis dare ꝙ̃ alteri. per totum.
8 Laudo lato sup hereditate diuisa an possit cõtra id peti reductio ad arbitrium boni viri vbi cõpromissarij diuisionis plus dederunt vni ꝙ̃ alteri propter plenam facultatem dandi et auferendi illis concessam. nu. 9.
10 Clausula generalis intelligitur scđm specificata.
11 Bonorum appellatione veniunt iura actiones et nomina etiam debitorum.
12 Copule natura est qualitatẽ precedẽtis copulati attribuere sequẽti copulato.
13 Arbitratorum potestas dependet a cõpromisso.
14 Verbum videbitur denotat boni viri arbitrium.

¶ Consilium

Consilium. ix.

In nomie domini nostri iesu xpi. Premittẽdum est q̃ † fratres indiuisam hereditatẽ patris tenẽtes ⁊ simul habitãtes ad vnã mẽsam alio nõ docto cẽsent̃ cõtraxisse. Societatẽ aliquã. l. cũ duobus. §. si papi. al's incepit si fratres. ff. pro socio. ⁊ l. ex partes. §. si filius. ff. fami. her. ⁊ no. Bar. in. l. titium ⁊ meuiũ. §. altero. ff. de admi. tu. bal. post Nico. de mata. in. l. j. C. qui test. fa. po. et Ang. in cõsi. lx. ẽm ordinẽ in formis incipiente morte dicti filij. et Pe. de ancb. in ɔsilio. xxx. incipiẽte q̃ questio modica. ⁊ in ɔsi. ciij. incipiẽte petrũ subtiliter ⁊ Pon. in ɔsilio incipiẽte in casu prepo site cõsultationis in ordine. cccxxiij. ẽm ordinẽ nõ in formis ⁊ resultat societas cõis mense in qua si vnus de fratribus pro expensis q̃ alius plus exposuit q̃ sibi incumberet nõ repetet. † Itẽ premittẽdum est q̃ si vnus ex pluribus fratribus simul habitãtibus negociatur ⁊ alter nõ. non censet̃ ɔtracta societas ꝑut concludit bar. in d. §. altero. ⁊ in. c. coĩa vtri. iud. l. si patru⁹. ⁊ ibi bal. Saly. Raph. ful. † Si aũt ambo negociant̃ ⁊ ponunt lucrũ in cõmuni tũc cẽsent̃ tacite cõtraxisse societatẽ. l. cohiri. cum. ll. sequentibus. ff. ꝑ socio. ar. l. de quib⁹. ff. de legibus. ⁊ l. in cõcubinatu. ⁊ l. itaq̃ pro socio iũcta. l. nil tam naturale. de reg. iur. ꝑut post Oldra. ⁊ Ricar. maluz. concludit Bar. in. §. altero. ⁊ in. d. l. si patruus. ⁊ oẽs cõcordãt ꝑut videt̃ dicere Pet. de ancb. in consi. cccij. ẽm ordinẽ in formis incipiẽte materia de qua queritur in prin. Cũ censet̃ cõtracta talis societas qualẽ sociales actus demõstrat ⁊ inferunt: ⁊ ideo si differenter oĩa lucra vndecũq̃ ex questu obuenerunt cõicent censet̃ vl'is societas lucri ⁊ questus cõtracta: si vero cõmunicent lucra vnius negociationis. ⁊ tunc resultat tacita limitata societas circa illã negociationem prout concludit Bar. in. d. §. altero. ⁊ in. d. l. si patruus vbi. Idem Saly. ⁊ Rapha. ful. idẽ Bar. ⁊ Ange. in. j. §. si quis hoc interdicto. ff. de iti. actuq̃ priua. idẽ. Bal. in complemẽto tractat⁹ Bar. prope finẽ. ⁊ Panor. in ɔsilio incipiẽte attingam breuissime in ordine. lxvj. ẽm ordinem in formis: limitata eñ causa limitatuz producit effectum. l. cancellauerant. ff. de his q̃ in te. delen. l. limitatis agris. ff. de acqui. re do. actus eñ nostri nõ operant̃ vltra q̃ gerantur dicit Bar. in. d. §. altero allegat. l. fi. C. ne vxor pro mari. l. tutores qui de admi. tu. l. tutor. C. de neg. gest. facit in simili q̃ no. Inno. in. c. dilectus. de capellis mona. facit etiam. c. auditis. et. c. cum olim. de prescrip. ⁊ xij. q. j. manifesta. Item premittẽdum est q̃ qñ contrahitur inter fratres vel alios societas lucri ⁊ questus contrahitur. Semper fui huius sententie ⁊ sepenumero consului ⁊ etiã legendo tenui. His longius euagatis q̃ instituerim deuenio ad decisionez dubiorũ cõsultationis. Et ꝑfecto licet dicti dñs Bartolo. Andreas ⁊ dona. steterint in ɔmuni habitatione ⁊ simul vixerint. Adeo q̃ inter eos cẽseret̃ cõtracta quedã societas fortasse cõis mẽse de cuius societatis effectu supra in euidẽtialibus premissum est. Et cõstat non esse eius effectus vt lucra cõicent̃ vt ⁊ ptz ex supradictis: lz etiã forte possederint cõiter bona patrimonialia paterna forte vel materna non tñ censent̃ ex hoc innuisse societatẽ maxime cõicandoꝝ lucroꝝ. Quia tales actus ad id nõ tendunt prout premissum est. Et licet emẽdo bona cõiter forte cẽseant̃ in illa cõione cõtraxisse societatẽ. l. ij. ff. cõi diui. Tamẽ nõ vltra ꝑgredit̃ q̃ actus illi sociales alia nõ respiciũt ꝑ supradicta. Item in illis societatib⁹ quas cõtraxerunt nominib⁹ ꝓprijs dicti Andreas ⁊ donatus ⁊ eorum operas exercuerũt ⁊ nihil apparet immisisse de rebus spectãtibus ad dictum dñm Bartolo. nulla est ratio quare resultare cẽseat̃ societas contracta cum eo qui in conuẽtione societatis nõ est noĩatus ⁊ extrinseca persona nõ subintelligitur in ɔtractibus. l. si ita stipulatus. §. grisogonus. de verb. ob. Nec tacita resultat inter ipsos fratres societas. Quia dictus dñs Bartolo. non fuit negociatus: ⁊ qñ vnus negociat̃ ⁊ alter nõ: societas nõ censet̃ contracta prout supra in euidentialib⁹ premissum est. Et licet Andreas ⁊ Donatus lucra expẽdiderint in emptionibus prediorũ factis etiã nomine dicti dñi Bart. non ex hoc resultat cõiectura tacite societatis maxime ex quo non fuit reciproca cõmunicatio lucrorum cum dictus dñs bartolo. nihil immisit maxime hñs aliquam proportionẽ cum his que exponebant̃ ꝑ dictos Andreã ⁊ Donatuz. Et lz aliqua in dictas emptiones exposuerint. Tamen ⁊ alia retinebant in trafficis que eorum nominibus administrabant vnde non omnia lucra communicabant. Et solutione facta emptio communi nomine potuit fieri citra ius ⁊ nomẽ societatis. s. animo repetẽdi. Non animo societatis ineũde. Nec animo donandi † qm̃ donatio non presumitur. l. cum de indebito. de proba. l. filiusfa. de dona. ⁊ l. contra iuris. §. fi. cum ibi notatis. ff. de pac. Et maxime ex qualitate personarũ. Quia layci maxime qui habent vel sperant habere liberos non solent donare sacerdotibus q̃ non habent spem habendi liberos saltem legitimos. Sed bene solent layci obsequi ⁊ complacere sacerdotibus vt saltem post mortem eorum eis vel eorum liberis relinquant si quid habent. Exposita itaq̃ per dictos Andream ⁊ Donatum pro precio prediorum emptorum communi nomine etiam dñi Bartolomei debent per ipsum dñm Bartolomeum resarcire ꝓ tertia parte dictis Andree ⁊ Donato tanq̃ illi vtiliter gesserint negociũ ipsius domini Bartolomei soluendo pro ipo Bartolo. l. soluendo. ff. de neg. ge. ⁊ no. Bar. in. l. si patruus cõmuni. V. J. ibi predia autem empta cõia sunt cũ dicto Bartolo. † q̃ attendit̃ cui⁹ noĩe facta sit emptio nõ ex cui⁹ pecunia. l. si ex ea pecunia. C. de rei vẽ. ⁊ l. ex pecunia. C. de iure do. cum si. Similiter pecunia ex dictis trafficis extracta posita in vltima societate cõtracta etiã noĩe dicti dñi bartolo. vel aliter appareat fuisse ipsoꝝ Andree ⁊ Donati deberent retrahere dicti Andreas ⁊ donatus licet appareat immissa etiã noĩe domini bartolo. q̃ similiter nõ apparet donata sed poti⁹ aĩo repetẽdi ab ipso domino bartolo. ꝑ eos in dicta societate posita per iam dicta ⁊ que habẽtur in. l. alimenta. in fi. ⁊ in. l. si paterno. C. de neg. gest. vel tanq̃ eorum capitale retrahenda est ante partez cum sit de dicta societate superlucratũ. Et qñ superlucrat̃ capitale seu missa ante partẽ retrahit̃ prout tenent glo. ⁊ doc. magis cõiter in. l. j. C. pro socio. Et potest attẽtari qd̃ ex quo ipsi Andreas ⁊ donatus † plus immiserunt in dicta societate plus ex ea de lucris cõsequi debeant per theoricam supra adducta. Licet eñ cum illo tertio societatem oẽs tres cõtraxerint ⁊ rate sint expresse. s. que tangere debebãt illi socio immitenti operas ⁊ industriã persone in societate ex vna parte ⁊ dictos tres fratres ex altera. Tamẽ quã partẽ vnusquisq̃ ipsoꝝ fratrũ inter se debeãt percipere de illa rata lucri eis attributa. Non est ɔuentũ ⁊ si dicat̃ ex quo sunt noĩati nomine proprio quilibet censet̃ pro virili ꝑ iura vulgaria. Rñderi põt qd̃ forte quo ad illum tertium quilibet censeat̃ socius ꝑ virili. Sed inter eos cẽseat̃ societas tacite ɔtracta ẽm ratã capitalis qd̃ immitit̃ censeatur actum q̃ cuilibet pro rata capitalis rata lucri attribuat̃ q̃ talis est natura societatis prout supra deductũ est. Licet hoc vltimuz precise nõ firmem habet eñ dubietatis. Nec datur in presentiarum otium istud acuratius inuestigandi. Alie autẽ conclusiões supra facte reputo in iure clares. Restat modo videre an compromissum factũ inter dictos diuisores ⁊ id qd̃ ipsi diuisores arbitrati fuerunt obstet dictis Andree ⁊ donato quominus possint predicta eis obuenientia petere. Et profecto videt̃ dicendũ q̃ laudum seu arbitramẽtum latum per dictos electos. Iuuet dictũ donum bartolomeum. Nam fuit dictis arbitratoribus concessa ampla et amplissima facultas auferẽdi vni parti ⁊ dandi alteri parti in totũ vel in partem ꝑut eis videbit̃ ⁊ placebit. ita q̃ videt̃ data potestas ⁊ arbitriũ auferẽdi totũ lõge forti⁹ partẽ † nã sub plus min⁹ continetur. l. cum furti de in litẽ iurando. ⁊ l. j. §. si stip. de ver. ob. Ita et sub toto ɔtinetur quelibet pars. l. si quis cũ totũ. de excep. rei iudi. l. si is qui. cc. §. vtrum. de reb. dub. l. qui solidũ. de le. ij. bar. in. d. §. si stip. Cy. in. l. j. in fine. C. de lit. ɔte. Et ex quo specifice ɔcessit q̃ possit auferre totum videt̃ standũm verbis specificis dicte potestatis prout in simili dicit Bald. in. l. cum antea. C. de arbi. in. iiij. col. vbi dicit q̃ si est data potestas arbitratori auferẽdi in q̃titate centum flore. pro illa q̃titate centum si aufert nõ potest peti reductio. Ita ⁊ multominus si abstulisset. Jo. Similiter si est data potestas auferendi totum possit auferre portiunculam ar. de toto ad partẽ ꝑ. l. que de tota. de rei ven. l. qui scit de euic. c. pastoralis. versi. siquis cũ totum. de offi. dele. Accedat quod dicit Joã. an. in addi. spe. in ti. de arbi. qui vt refert Bar. in. d. l. cũ antea. ij. col. concludit † q̃ si ẽ data facultas arbitratori auferendi in parua ⁊ magna q̃titate nõ potest peti reductio etiã si lesio emanauerit in magna q̃titate dũmodo cesset dolus prout dicunt Jo. cal. Ray. ⁊ Joã. an. ⁊ vt refert bal. addens dummodo etiã cesset lata culpa. Sed profecto non videtur q̃ dolus vel lata culpa arbitratorum interuenerit. Et q̃ dolum allegat dz illum probare. l. quotiẽs. §. q̃ dolo. ff. de ꝓba. ⁊ l. dolum. C. de dolo. ⁊ sil'r q̃ allegat culpam illã ꝓbare dz vt habet̃ in. l. si quis ex argẽtarijs. §. fi. ff. de edẽ. ⁊ l. q̃ fortuitis. C. de pig. act. ⁊ maxime latã culpaz q̃ cõparat̃ dolo. l. qd̃ nerua. ff. depositi. Preterea si arbitrator simpl'r assumpt⁹ modice ledit subsistit arbitramẽtum nec põt rõne dicte lesionis reduci ad arbitrium boni viri vt habet̃ ꝑ glo. ⁊ Bar. in. l. si de meis. §. recepisse. ff. de arb. ⁊ in. l. si societatẽ. §. arbitroꝝ. ff. ꝑ socio ꝑ bar. ⁊ per doc. in. c. quintauallis. de iureiu. ⁊ per Guil. in spe. de arbitris. §. vt aũt. versi. quo iure. Et tũc demũ dicitur in modica lesio qñ lesit vltra dimidiã ar. eius qd̃ habet̃ in. l. ij. C. de rescin. ven. ⁊ in. c. cum dilecti. ⁊. c. pe. de emptio. ⁊ ven. prout vult glo. in. l. fi. C. de cõtrahen. emp. ⁊ cum hac opi. videtur transire Francisc. de are. ꝑut refert dñs Ant. in. d. c. quintauallis qui cũ hoc transit dicens q̃ hoc videtur ꝓbari in. d. §. vnde si nerue. ⁊. l. se. ff. ꝑ socio. Et ideo videtur reprobare opi. bar. in. d. §. arbitrorum q̃ pertex. d. l. vnde si nerue vult q̃ lesio sufficiat in. vj. parte. Sed immo. d. l. vnde si nerue non probat de dimidia nec de. vj. sed de. iij. parte. Nam ibi duo socij debebant esse in portionibus equales. Et arbitrator assignauit vni millesimã ⁊ alteri duas millesimas potest peti reductio quia cẽsetur in modice grauare. Profecto vnicuiq̃ eorum debebatur vna millesima cum dimidia ille cui assignata fuit vna millesima fuit lesus in dimidia millesime ⁊ reseruate sunt due alie dimidie quia integra millesima ⁊ sic in tertia parte fuit grauatus ⁊ due partes ex tribus fuerunt reseruate. Itaq̃ in tertia partis sue est grauatus prout volũt Jmo. ⁊ Panor. in. c. quintauallis.

de iureiur. Sed Panor. ibi ſubdit. Qđ licet leſio in tertia parte di catur in modica. Tñ cū ille tex. nō ponat regulā. Sed gratia exem pli illū caſum poſuerit ⁊ exēpla non artant regulā. l. j. §. qđ dicitur de vi ⁊ vi ar. ⁊ no. in. c. j. ne cleri. vel mona. Nō ꝓbat ille tex. ꝙ requi ratur leſio in tertia parte vt poſſit peti reductio. Sʒ bene ꝓbat ꝙ ſi prauū ſit arbitrium vt qꝛ ſit euidens iniquitas reſcindi dʒ ſm eū ſm quē qñ reſultet euidēs iniquitas nō pōt dari certa doctrina vñ hoc relinquitur arbitrio boni viri qui habebit hoc iudicare ex va rijs circūſtātijs arg. l. j. de iure deli. ⁊ c. de cauſis. de offi. dele. ſm eū Et idē vult ibi Imo. per dcā iura⁊ per no. per gl. in. §. preciū. inſti. de emp. ⁊ vē. Et idē ꝙ in hoc ſtetur arbitrio iudicis tenet Saly. in. l. fi. C. de ꝯtrahē. emp. Ideo poterit iudex arbitrari de dimidia ter tia quarta quinta ſexta ⁊ etiā ſeptima attētis varijs circunſtantijs ꝓut dicit Imo. in. d. c. quintauallis. Et idē videt̄ velle ibi Panor. Cautus aūt eſſet iudex nō artantibus hincinde circūſtantijs inhe rere ſnīe Bar. ꝓpter eius auctoritatē. in caſu iſto nō video aliquas circūſtantias niſi ad inducēdū mētē arbitratorū ad nō cōcedendū aliquid de portione tāgēte Andree ⁊ donato dicto Bartolomeo qui nō habebat nec poterat ſperare familiā ꝑ quibus indigeret au gere opes. Et attēto ꝙ nō erat honeſtū. Qđ ſe intromitteret in hu iuſmodi negocijs ſecularibꝰ extra ne cleri. vel mona. neg. ſec. ſe im miſceāt in Ru. ⁊ Nigr. Nō ꝙ ex hoc cōcludā ꝙ ſi ſe immiſcuiſſet ca rere deberet lucris qꝛ multa fieri ꝓhibentur que facta tenēt. c. ad apoſtolicā. de regu. ⁊ l. patre furioſo. cuʒ ibi no. de his qui ſunt ſui vel alie. iur̄. Tñ pondero ad finē vt ipſi diuiſores debebāt arbitriū ſuū longe minus propter hoc trahi ad aliquid etiā minimū cōcedē dū dicto preſbytero. Et etiā qꝛ ſolitū eſt ꝙ layci potius habeant a clericis ꝙ̄ verſa vice. Ideo iudicis arbitrium in caſu iſto dʒ appli cari in eā partē ꝙ dicti diuiſores cēſeantur immodice grauaſſe di ctos fratres laycos: ⁊ maxime qꝛ ipſi nō fuerūt aſſumpti ex verbis cōpromiſſi in eos facti ſuper decidendis controuerſijs queverterē tur inter eos. Sed ſuper calculatione inter eos facienda ⁊ rōne re uidenda ⁊ diuiſione bonorū cōmuniū vt apparet ex illis verbis: ⁊ ideo cōi cōcordia elegerunt ⁊ nominauerunt in eorū cuiuſlibet eo rum diuiſores ratiocinarios et calculatores ſpectabiles viros ⁊c. Quia ergo nomina debent eſſe ꝯñtia rerū. l. tigurij. de verb. ſig. ⁊ l. iij. §. appellata. ff. ſi cert. pe. ⁊ §. eſt ⁊ aliud. inſti. de dona. videt̄ offi cium iſtorū fuiſſe in diuidendo ⁊ reuidendo rōnem ⁊ calculādo ⁊ ꝙ̄ tum pertinebat ad diuiſionē ⁊ calculationem ⁊ reuiſionē facere ea clara que ipſis cōceditur facultas per verba que poſtea ſubduntur ⁊ quo adiuuat qꝛ etiā in fine appellātur eiſdē vocabulis ibi dictis diuiſoribus ratiocinarijs ⁊ calculatoribus videbit̄ ⁊ placebit. Sed attribuere lucra ⁊ capitale que nō pertinebant ad dictū dñm Bar tolomeū ſed inſolidū ad dictos Andreā ⁊ donatū non pertinebat ad officiū diuiſoris ratiocinerij vel calculatoris. Eſt eñi cōicare nō cōia: nō aūt diuidere cōia ꝓut ꝙ facerent iniungebatur. Idē etiā

9 demonſtratur ex prefationibus † ꝑ quas prefationes ſequētia de clarantur. l. fi. ff. de here. inſti. l. titia rñdit. §. idē rñdit. de verb. obl. l. ⁊ qꝛ de pac. ꝑ Bart. in. l. ābitioſa. ꝺ decre. ab or. fa. l. j. in prin. ⁊ ibi Bar. ff. ad mac. Bart. in. l. cū hij. in princ. ⁊ in. §. eā. ff. de tranſac. et Bal. ibi ⁊ in. l. noſtrā. C. de teſta. in. j. co. Cū itaqꝫ premittatur ꝙ di cti fratres habebant bona cōia vellētqꝫ ipſa bona diuidere ⁊ com ponere ne aliqua inter ipſos diſcordia exoriri valeat ideo ⁊c. De mōſtratur ꝙ intēdebant bona cōia diuidere ⁊ componere circa bo na cōia ne inter ipſos fratres occaſione bonorū cōmuniū oriretur aliqua diſcordia. Ideo circa bona cōia poteſtas dictis diuiſoribus

10 cenſet̄ eſſe attributa non circa alia † ⁊ clauſule generales debēt in telligi ſm ſpecificata. l. emptor. §. lutiꝰ. ff. de pac. ⁊ l. ſi ex pluribus de ſolu. ⁊ l. ſi de certa. C. de tranſac. Poſſunt eñi verba clauſule ge neralis intelligi in ſupradictis bonis communibus. ſ. ſpecificatis merito in illis intelligantur per no. in dictis iuribus ⁊ ꝑ Bar. in. l aurelio. §. gaygus. ff. de libe. leg. qui tradit theoricam. Quod quan do verba generalia ſequentis clē poſſunt referri ad ſupra ſpecifica ta ſalua ratione recti ſermonis reſtringuntur per precedentia: ſe cus ſi ſalua ratione recti ſermonis reſtringi nequeūt ad terminos precedentium vt. l. pluribus. de accep. ſm eundē Bar. in. d. §. ga yus. in caſu antem noſtro reſtringi pñt ſalua rōne recti ſermonis ad bona ipſa communia ſupra ſpecificata merito de eis intelliga tur. Quinimmo participium dicta poſitū in lata cōceſſione arbi trij determinans bona ⁊ alia vocabula denotantia ea ſuꝑ quibus cōfertur arbitrium ⁊ poteſtas diſponendi refert precedentia ⁊ de pradictū. illud enim participium dicta antepoſitū videtur ad om nia ſequentia referendū arg. l. talis ſcriptura. de le. l. ſiquis ex argē tarijs. §. ſi initiū tabularū. ff. de edē. ⁊ c. ſecundo requiris. de appel. ⁊ illud vniuerſale communia bona. Intelligatur. ſ. dicta quod ſu pra eſt premiſſuʒ: primo enim exprimit generaliter dicta bona po ſtea exprimit ſpecies bonorum dicendo iura ⁊ actiones actiuas ⁊ paſſiuas ⁊ eorum credita ⁊ debita ⁊ bona omnia mobilia ⁊ immo bilia bona enim mobilia ⁊ immobilia ſunt ſpecies bonorum ⁊ ſimi

11 liter. ¶ † Iura ⁊ actiones ⁊ debita ⁊ credita comprehendunt̄ ſub ver. generali bona abſolute poſita itaqꝫ premittit in genere ⁊ po ſtea ſpecificat per ſpecies contentas in genere premiſſo prout alꝰs contingit in. l. queſitum. §. ſiquis fundum. ff. de fūdo inſtru. ⁊ l. le gata ſuppellectili. ſecundo rñſo. de ſupe. leg. cū ſimilibus. Ex abun danti enim ſunt ſpecificate omnes ſpecies precedenti genere com prehenſe. Ideo nihil addit vel detrahit niſi maiorē expreſſionē vt in ſimili in. d. §. ſiquis fundum. Et ꝙ verbum dicta nō ſolum deter minet proximum verbum bona ſʒ etiā ſequētia vltra iam dicta de mōſtratur qꝛ alias illa verba iura ⁊ actiones actiuas ⁊ paſſiuas nō haberēt terminū per quē declararentur de quibus actionibus ⁊ iu ribus intelligerentur. Et ſi dicatur determinantur a relatiuo pre cedenti eorum ⁊ per illud declarantur. Rñdetur ꝙ verbum illud eoꝝ eſt poſitū inter participiū dicta ⁊ vbū bona ideo ſi participiū dictum determinaret ſolum verbum bona tunc verbum eorum nō determinaret ſequētia ar. l. iij. §. ſi filius. ff. de libe. ⁊ poſthu. Prout itaqꝫ participium eorum determinat non ſolum verbum bona ſʒ

12 etiā ſequētia ita ⁊ participium dicta. ¶ † Preterea natura copu le eſt qualitatem precedentis copulati attribuere ſequenti copula to vt. l. ſeye. §. gayo. de aur. ⁊ argē. lega. ⁊ per Bar. ibi ⁊ in. l. pretor ait. ij. §. eritqꝫ differentia. ff. vi bo. rap. Ideo prout verbum bona q̄ lificatur ⁊ reſtringitur ad ſupradicta ita ⁊ ſequentia copulata ita qꝫ multa nos artant in ſupradictam interpretationē. Confirmant̄ iam dicta quia quodlibet verbū precedēs poſt dictum participiuʒ dicta determinaretur a verbo diuidēdi: ergo intelligitur de bonis cōmunibus nō de proprijs alicuius eorū que nō habebant diuidi. Itē iuuantur ſupradicta qꝛ participiū eorū eſt collectiuū ⁊ refert̄ ad ipſos tres fratres: ideo datur poteſtas ſolum ſuper bonis que erant ipſorum trium. Non ſuper bonis que erant vnius vel duorū ex eis qꝛ illa non erant eorū triū. Solet eñi ⁊ debuiſſet dici eorū vel alicuius ſeu aliquorū ex eis ſi voluiſſent comprehendere ea que nō erant cōmunia ipſorū triū. Et ſi cui viderentur dicta verba equiuo ca aīaduertat ꝙ in cōtractibus verba ambigua interpetrantur cō tra eū qui contractus ꝓ ſe adducit vt. l. labeo. ⁊ l. ſi in emptione. in princ. ff. de cōtrahen. emp. ⁊ no. in. l. veteribus. ff. de pac. Ideo in terpetrari debent hoc caſu contra dictū donnum Bartolo. qui ni titur ex dicto cōpromiſſo. Et maxime qꝛ ita ī dictā interꝑtationē tēdit propria vis verborū a quibus non eſt recedendum. l. nō alr̄. de leg. iij. ⁊ l. j. §. ſi is qui nauē. de exer. Cum itaqꝫ bona dictarū ſo cietatum primo loco contractarum non eſſent cōmunia cuʒ dicto dño Bartolomeo nec creditum capitalis immiſſi ſi in dicta ſocie

13 tate vltima. † Ideo dicti diuiſores non habebant facultatem ap ponendi manus ſuper predictis ⁊ ſi ſecus fecerunt nulliter agerūt excedentes fines compromiſſi a quo dependet omnis eorum pote ſtas. l. non diſtinguemus. §. de officio de arbi. ⁊ quotiens excedunt fines compromiſſi nihil agunt arg. l. diligenter. ff. mari. c. cū olim. de offi. del. ⁊ c. cū dilecta. ꝺ reſcriptis. Et hoc idē cadit in pecunijs ſolutis per dictos Andreā ⁊ donatū in emptiones factas nomine eorū omniū q̄ erāt eorū Andree ⁊ donati ꝓpria. Nam in dubio cē ſentur ſolute animo repetendi. l. iij. ⁊ l. alimēta. in fi. C. de neg. geſ. ⁊ l. neſenniꝰ. ff. eo. ti. Et ſi dicatur dictꝰ dominus Bartolomeus li cet non haberet iura actiua in dictis creditis: tñ habebat iura paſ ſiua. Reſpondetur ꝙ actiones paſſiue non ſunt eorum triū: quia quis nō dʒ ſibijpſi. l. vrānius. de fideiuſſ. l. debitori. C. de pac. cuʒ ſi. ideo nulla ex dictis actionibus actiuis vel paſſiuis eſt eorū actiue reſpiciuntur credita ⁊ paſſiue reſpiciunt debita. Et ſi cuncta diligē ter inſpicies nullum ex predictis erit ipſorum triū. Et ſi ſunt duo rum debebāt inter eos duos diuidi non inter eos ⁊ tertiū. Cōclu do itaqꝫ ꝙ in predictis arbitramentū latū per dictos diuiſores eſt nullū qꝛ vltra fines compromiſſi. Et ſi qđ eſt dʒ tanꝙ̄ arbitrio iudi cis in modice ledēs reduci ad debitam ⁊ equam formam. Nec ob ſtant illa rerba dando vni ⁊ auferendo alteri in totum vel in partē: quia reſpōdetur pluribus modis. Primo ꝙ dicta poteſtas eſt da ta circa bona communia non circa propria iſta non ſunt cōmunia vt deduxi merito ⁊c. Secundo ꝙ ipſi erant deputati ad diuidendū cōmunia nō ad communicandū non communia vt etiā tetigi. Ter tio ꝙ illa verba moderantur per ſequentia prout eis videbitur et

14 placebit. † Nam verbum videbitur denotat arbitrium boni viri non liberam voluntatem. l. fideicō. §. ꝙ̄ꝙ̄. de leg. iij. per Bar. in. l. ſi ſic. de leg. j. ⁊ in extrauag. ad reprimēdam in verbo videbitur ⁊ per eū. in. l. creditor. §. lutius. ff. man. ſimiliter verbum placebit deno tat arbitriuʒ boni viri. l. lutius. de fideicom. lib. ⁊ l. thais ancilla. §. ſororem. de fideicom. li. ⁊ per Barto. in. d. l. ſi ſic. ⁊ d. §. lutius. ⁊ in. l. item ſi vnus. §. idem paribus. de arbi. ⁊ in. l. alio. de alim. ⁊ cib. leg. ⁊ per Ang. in. l. ꝙ ſi nolit. §. ſi quid ita. de edil. edi. ⁊ in. j. §. ſi plures in prin. Tunc ergo permiſſum fuit dare in totum vel in partē quā do equum eſſet ⁊ conueniens arbitrio boni ꝙ id fieret. Nam illa di ctio prout reſtringit precedentia. l. edita. in. fi. C. de eden. ⁊ ibi per gloſſ. ⁊ doc. Barto. in extrauag. ad reprimendam. in verbo prout. Bal. in. l. ij. C. de errore calculi. Cum itaqꝫ nulla equitas ſuaderet ꝙ queſita per Andream ⁊ donatum communicarentur dicto do mino bartolomeo: ideo dictam poteſtatem non habebant. Fuiſſet enim equum quando vnam rem in totum daret vni ⁊ auferret alte ri ⁊ illum recōpenſaſſet in alio vel alia equitas vrgens id ſuaderet

adeo

adeo ꝙ esset conueniens arbitrio boni viri. Que autem in contrarium deducebam loquuntur quando huiusmodi late potestates conceduntur vel simpliciter vel per verba denotantia liberam voluntatem non autem per verba denotantia arbitrium boni viri. Laus Deo.

¶ Summarium super consilio .x.

1 ☞ Uoluntas vltima licet minus solemnis in foro conscientie artat.
2 Qui heredes transmittunt hereditatem non agnitã ad quoscũq̃.
3 Mors quomodo probari debeat nume. 7. ⁊ 12.
4 Consanguinei affines seu vicini quando presumantur habere notitiam mortis suorum attinentium seu vicinorum. nume. 4. ⁊ 14.
5 Fama et vox publica iuuat probationes: vbi tñ nõ agitur de preiudicio. nume. 15.
6 Ei qui dicit sic esse incumbit onus probandi.
8 Publicatis testibus non possunt alij testes super eisdẽ audiri.
9 Inferior superioris legem tollere non potest et legatus de latere non possit contra ius ratione rescribere.
10 Iudex ob indignationem cuiuscunq̃ non debz deuiare a iustitia.
11 Sñia non exprimere causam qua mouetur ad sententiandum: iudicis est cauti.
16 Auditus vocis absq̃ visu est probatio tuta et quandoq̃ non. numero. 13.
17 Probatio dubia non reuelat filij.
18 Filij hoc generali vocabulo a patre seu testatore nomiati propter ea legitimi non presumuntur.
19 Testis verus debet reddere causam sui dicti etiam per sensuz corporis. Testis idem deponere nõ debz verbo videtur.

¶ Consilium .x.

In nomie domini nostri iesu xpi. ¶ Uisa fuit primo aspectu presens cõsultatio scrupulosa: quia licet rigore iure videat singulis testibus seu singulis attestationibus aliquid posse impingi: tamen multa concurrebant: quib⁹ impellebar in inclinando ad opinandum veritatem esse ꝙ filij decesserint post mortem patris. Et successiue ꝙ dicta Catheria mater dictorum filiorum rei veritate foueat iustitiam licet de rigore iuris videretur ex deductis non fouere iustitiam tanq̃ deficeret probatio non ius qui defectus probationis satis est reo conuento. l. duo sunt titij. ff. de testa. tu. l. qui accusare. C. de eden. leg. actor qd̃ asseuerat. C. de probat. cum si. Et ideo aliquantisp anceps fui an me in re hac intromitterẽ. Tandem cum intellexerim ꝙ dict⁹ Sãperolus ordinauerit coram notario testa. seu vltimam voluntatez in qua designabat ꝙ bona sua post mortem filiorum peruenire debebant ad eius fratrem patruumq̃ dictorum pupillorum ⁊ notarius scripserit dictam vltimam voluntatem ⁊ nihil restaret nisi quia testes vocati noluerunt timore pestis interesse.

1 ¶ † Et vltia voluntas licet minus solemnis non est in foro veritatis ⁊ foro poli spernenda immo communiter teneri solet ꝙ ĩ foro conscientie artat prout habetur in. c. nouit. de iudi. ⁊ in. l. cum quis. C. de iure ⁊ fac. igno. ⁊ per not. in. l. quidam. C. de seruis neces. here. insti. ⁊ facit quod per glo. ⁊ doct. in. l. j. ff. de condi. ide. Idcirco decreui discutere quod in puncto iuris in hac re concludẽdũ sit. Et que sint partes iudicis exactis ⁊ actitatis ẜm que iudex iudicare debet. l. illicitas. §. veritas. ff. de offi. presi. ⁊ c. pastoralis. §. quia vero de offic. delegat. Et profecto videretur primo cõgressu dicedum ꝙ pars domine Catherine iustitiam foueat. Nam clarũ

2 est † ꝙ si filij decesserunt post mortem patris hereditate non agnita illam transmisserunt iure suitatis in quoscũq̃. l. si fratris. C. de lib. ⁊ posthu. l. apud hostes. C. de suis ⁊ legi. cum multis similibus. Et licet nonnulli secus teneant in infante prout percipio ꝙ erat infans saltem onus ex dictis pupillis per. l. si infanti. C. de iure delib. Tamen magis communis sententia est ꝙ etiam infans hereditatem patris iure suitatis rransmittat in quencunq̃. Et siquidez hereditatem non transmitteret: transmitteret ius petendi in integ. resti. aduersus hereditatem non agnitam prout ceteri minores ⁊ alie persone priuilegiate. l. qui duos. ⁊ que ibi per Barto. ff. de reb. dub. ⁊ in. l. j. C. de resti. mili. ⁊ per doct. in. l. perantonius. de acquiren. here. ⁊ in. d. l. si infanti. vbi latissime dico: ideo cum ex forma statuti mater ⁊ patruus pariter succedant ab intestato mater predicta constito filios decessisse post mortem patris foueret institiam pro sua dimida cum illa asserta vltima voluntas absq̃ dubio non teneat per. l. fi. C. de codici. ⁊ per duos testes probari posset itaq̃ in foro fori nullius est momenti. Solum itaq̃ discutiendum est: an probetur filios legitimos remansisse post mortez patris. ⁊ videtur primo aspectu dicenduz ꝙ legitime probetur dictam superexistentiam filiorum. Nam primo ⁊ ante omnia. Rodul. testis vltimo loco examinatus reddit sufficientem causam de morte. Samperoli ⁊ superexistentia filiorum allegando rationez ⁊ causam scientie quia vidit ⁊ presens fuit. que est bona causa scientie prout tradit Bart. in. l. si quidem. C. de sosu. ⁊ sumitur ex dictis Bal. ⁊ aliorum. ⁊ idem Bart. in suo tractatu de testa. dum tractat de proba. mortis. Item domina Lucia altera testis deponit ꝙ samprolus decessit superstitibus duobus filijs: videlicet Dominico ⁊ petro. interrrogata in causa scientie appellat se vicinam: vicina autem presumitur habere notitiam de morte ⁊ superexistentia filiorum ar. l. si vicinis. C. de nup. ⁊ quod per Bar. in. l. j. ff. si cer.

3 pe. Item subdit q † vidit filios iacentes in lecto die sequẽti post mortem Samperoli. ex visu enim iudicaṫ ⁊ cognoscitur vita put mors: ideo est bona redditio cause ad probandum vitam ⁊ mortẽ per predicta. similiter domina Uica. altera testis deponit de morte dicti Samperoli ⁊ postea audiuit illos pueros eius filios lugẽtes ⁊ matrem vocantem. figliolo tolli la papa e mangia. ⁊ ꝙ audiuit dictam Catherinam nocte sequenti plorantem de morte dictorum filiorum: ⁊ asserit se vicinam profecto mortui nõ plorãt: itaq̃ propter auditum predictum videtur probata vita attento ꝙ mortui non plorant. ⁊ auditus est vnus de sensibus corporis per quos testes deponere debent. l. testium. C. de testi. c. cum causam que extra. e. titu. ⁊ l. qui testamento. §. fi. ff. de testa. alias verba alicuiusq̃ non videntur probari nequirent per testes ⁊ successiue communiter nec contractus nec testamentum. quia communiter non innotescunt testibus nisi mediante auditu. ⁊ sic videntur tres testes cõtestes. Coadiuuantur ex alijs depositionibus. Nam christophor⁹ primus testis deponit ꝙ vidit cadauera dictorum Samperoli et suorum filiorum portari ad funus. Cadauer quidem Samperoli p diem anteq̃ cadauera filiorum. Cadauer autem dicitur corp⁹ mortuum. ff. de cadaue. mor. in rub. ⁊ nig. ⁊ probatur mors alicuius p testes qui deponunt ꝙ interfuerunt funeri prout volunt gl. bar. Bal. Ange. Saly. ⁊ Raph. ful. in. l. siquidem. C. solu. ma. vbi dicũt doct. maxime Bart. istam esse probationem directam ⁊ per testes qui deponunt ꝙ viderunt portari ad funus dicit Bal. in. l. conuẽticulam. in fi. C. de epis. ⁊ cle. Et attento ꝙ communiter cadauera mortuorum maxime tanto tempore non tenentur in domo. Et cadauer prius mortui non funeratur postea. maxime de eadem domo ⁊ maxime in tanta distantia temporis ⁊ ar. a communiter accidentibus est bonum etiam in materia probationis per gl. ⁊ Bal. in. l. neq̃ natales. C. de proba. ⁊ per glo. ⁊ doct. in. l. non hoc. C. vnde cog. Item iuuatur depositione Bartholomei qui erat attinẽs predictorum Samperoli ⁊ filiorum prout ipse attestaṫ. ⁊ deponit ꝙ pri⁹ decessit Sãperolus ⁊ postea duo ei⁹ filij: vcz Dñic⁹ ⁊ Petr⁹.

4 ¶ Et profecto † consanguinei ⁊ affines presumuntur scire vitam ⁊ mortem suorum attinentium ar. l. de tutela. C. de in integ. resti. mino. ⁊ l. octaui. ff. vnde cognati. ⁊ ꝙ per Bart. in. d. l. j. si cer. pet. item deponit ꝙ tempore quo fiebat luctus die dominico de morte Samperoli venit nouum ꝙ erant mortui eius filij. Certe si pri⁹ fuissent mortui verisimiliter fuisset notum consanguineis ⁊ fuisset ordinatus luctus etiam pro filijs itaq̃ non est verisimile ꝙ prius decesserint. Item addicitur ⁊ alia coniectura iuuans premissa ex depositione paris alterius testis qui deponit ꝙ vidit vno die cadauer dicti Samperoli deferri ad sepulchrum ⁊ die sequenti cadauera filiorum. Et licet deponat ꝙ audiuit esse cadauera filiorum. Tum non solent in re illa dici mendacia ad nullius instantiã ⁊ insuper deponit ꝙ audiuit a medicis qui medicauerunt dictũ Sãperolum ⁊ infirmos quos ipse testis habebat in domo ꝙ dicti filij Samperoli euasi erant prout ipsi sperabant ⁊ ꝙ libenter vellent ꝙ ita euasisset Samperolus ⁊ sic presupponebant Samperolum prius mortuum ⁊ filios superuiuere. Attestatio etiam petri aliq̃tisper iuuat quia deponit de delatione cadauerum dictorum filiorum Samperoli que die dominico deferebantur ad sepulturam. Et audiuit ꝙ Samperolus decesserat die sabbati. ⁊ subdit ꝙ licet sit possibile ꝙ licet Samperolus prius decesserit. Tamen postea sepultus fuerit. Tamen non est verisimile attento calore ⁊ corruptione tunc vigentibus. Item multi ex dictis testib⁹ ⁊ maior ps eorum deponunt de pu. voce ⁊ fama de morte Samperoli ⁊ filiorum: ⁊ ꝙ filij superuixerunt post mortem Samperoli.

5 ¶ † Publica autem vox ⁊ fama iuuat alias probationes. l. iij. §. eiusdez. ff. de testibus. ⁊ c. veniens de testibus: ⁊ regulariter facit semiplenã probationem vt per Bar. in. l. de minore. §. tormenta. alias. § si plurium. ff. de questi. ⁊ per Cu. ⁊ doct. post glo. in. l. admonẽdi. ff. de iu iureiur. cum si. Et quandoq̃ facit plenam probationem: vt habetur in. l. atqui natura. §. cum me abñte. ff. de neg. gest. ⁊ ꝙ mors pbetur per famam notatur per glo. ⁊ doc. in. d. l. siquidem. ⁊ in. c. qm̃ frequenter. §. sinautem. vt lite non conte. ⁊ per. Bar. ⁊ Ange. in. l. quotiẽs. C. de nauf. li. xj. p bar. in. l. ij. §. si dubiteṫ. ff. quẽadmo. tes. ap. bal. in. l. iij. co. C. de pba. Saly. in. l. ea. qdẽ. pe. co. C. de acc. spe. in ti. de actore. ver. sz qd si iste. ⁊ in ti. de noto crimie. §. iij. ꝟ sic. fama. ad hoc aũt. hodie ⁊ qd̃ ibi habeṫ. C. de rep. Ideo ex his vĩ probata sufficiẽter intẽtio dicte dñe Catherie. ¶ His tñ minime refragãtib⁹ cõtrariũ puto de iure rñdẽdũ. Nã ad dictã dñam Catheri. spectat onus fundandi suam intentionem cum ipsa sit actrix. l. actor qd̃ asseuerat. C. de pro. c. cũ ecclesia sutrina. in fi. de cã pos. et proprie. cum multis simlib⁹. Et iõ iter cetera dz pbare mortem

Samperoli de cuius bonis agitur ꝛ ꝙ filij omnes mortui fuerint post mortē Samperoli. Nam istud fundamētū est intentionis dicte dñe Cathe. ideo si nō ꝓbauit plene suaȝ intentionem succūbit vt dictis iuribus vt. l. qui accusare. C. de edē. l. ei qui dicit. ff. de ꝓba. Et in specie ꝙ qui allat mortem ꝛ qui vitā dēat ꝓbare no. bar. in. d. l. siquidem ꝛ sumitur ex dictis alioꝝ ibi ꝛ in alijs locis supra adductis. Et maxime quia agitur de successione Samperoli possessoꝛ docet se esse fratrem ipsius ꝛ allat se proximioꝛē hoc sibi sufficit. Nam habet necesse probare ꝙ alius tempoꝛe delate hereditatis non erat proximioꝛ prout est theorica Rapha. cuma. ꝛ Ponta. in. l. si heres instituta. ff. de acqui. hereditate. Prout ꝛ alias di-

6 cimus ꝙ fundata est intentio illius † qui dicit aliquem decessisse cum liberis ꝛ incumbit onus probandi ei qui dicit illum decessisse cum liberis. l. spadonem. §. qui absolutus. ff. de excu. tu. ꝛ. l. ex facto. §. siquis autem. ff. ad tre. prout per dicta iura dicit Bar. in. l. q duos. §. cum in bello. de reb. dub. Cum autē dicta dña Cathe. non plene probauerit suam intentionem vt deductum ideo absoluendus est reus qui reus duplici via solet obtinere sententiaȝ. s. ex iure suo si ius suum probat ꝛ si illud non probat ex nō iure agentis.

7 l. fi. C. de rei ven. ꝛ in alijs iuribus supra adductis. ¶ † Et ȝ quandoqȝ mors probetur per coniecturas vel per famam vel per minꝰ plenas probationes prout quando agitur de leui preiudicio vel quādo de morte antiqua vel in loco longinquo ita ꝙ non potest verisimiliter haberi plena probatio prout his casibus loquuntur auctoritates supra adducte ꝙ sufficiat proba. per famā. Tamē qñ agitur de preiudicio magno ꝛ de morte ꝓximi ꝛ in loco non lōginquo tūc mors dȝ plene ꝓbari ita bar. ꝛ doc. concordāt opiones gl. contrarias in. d. l. siquidē. ꝛ ita concludūt doc. in similibꝰ iuribus supra adductis in casu aūt nostro agitur de magno ꝓiudicio qꝛ de hereditate Samperoli. Item de probanda morte in loco ꝓprio et de tēpore propinquo. ꝛ licet aliqualr̄ faciat ꝙ tpe pestis nō solent infirmi visitari ꝛ hoīes īteresse funeri. Tū solēt deputari medici ꝛ alij q̄ hn̄t curā infirmorum ꝛ sepeliēdi cadauera mortuoꝝ ꝑ quos hmōi. s. mors ꝛ tps mortis ꝓbari pn̄t. ꝛ vltimus testis deponit ꝙ ipse ꝛ vnus alius interfuit. qḋ est signū ꝙ poterat plene ꝓbari ꝛ altera testis deponit de medicis qui solebant accedere ad medendū eos: ꝛ ideo per illos poterat deduci. Item etiam alius testis similiter deponit ꝙ loquebatur cū medico qui accedebat ad dictos pueros. itaqȝ non videtur ꝙ dicto medio iuuari debeāt cōiecture vel probationes minus plene ita ꝙ prosint ad victoriam. Videamus itaqȝ an plene sit probata dicta mors Samperoli ꝛ superexistētia filioꝝ ꝛ discutiamꝰ singula dicta testiū supra deducta ꝓ pte Catherine ꝛ primo quo ad dictū Rodulphi qui magis directe conat̄ ꝓbare ꝙ aliqs aliꝰ. Dictū quidē istius est suspectū

8 † qꝛ examinatus fuit post didicita testificata in auten. de testi. §. qꝛ No. in. c. fraternitatis. extra. e. ti. cum multis silibus. Et ȝ super hoc emanauerit rescriptum gubernatoris. Non propterea facit quin immineat suspitio qua iurislatoꝛ motus fuit ad statuendū. Quod testes nō possent examinari post publicatas attestationes super eisdem articulis vel directo contrarijs: ideo dato ꝙ rescriptum habilitaret testem ꝛ remoueret iuris prohibitionem ꝛ cōsequēter validaret attestationem nō propterea remoueret suspitionē nec faceret eā esse

9 integrum: reuera tn̄ non valet dictum rescriptum: † qꝛ inferioꝛ non potest tollere legem superioris. c. cum inferioꝛ. de maio. ꝛ ob. l. formam. C. de offi. prefec. illiri. Et ideo etiam legatus de latere nedum simplex legatus non potest rescribere contra ius commune vt no. gl. cōmuniter singularis per dictam rationem in. c. fi. de hereti. lib. vj. ꝛ est gl. silis que ad eam se remittit in cle. sepe. in princ. in. versi. de verbo. signi. idcirco si volumus a iusticia deuiare dictū Rodulphi examinati mediante rescripto gubernatoris nullus est

10 momenti. Et licet fortasse † iudex nolit ob reuerentiam disputare de auctoritate superioris: tamen non debet ob hoc deuiare a via iusticie quia magis dȝ timere indignationem supremi ꝛ eterni. c. cum eterni. de re iudi. cum concoꝛ. Et maxime cū nō habeat expri-

11 mere cām quare mouetur ad sententiādū † qꝛ cautus iudex non exprimit cām in sn̄ia Jo. an. ꝛ ceteri in. c. sicut de re iudi. Spe. in tit. de alleg. ꝛ disp. §. pono. vsi. in sn̄ia. ꝛ in ti. de sentētijs. §. qualiter. ver. vtrum. ꝛ in ti. de consilij requisi. versi. pono. itaqȝ non est necesse ꝙ aperte disputet de potestate superioris. Et mirum est ꝙ ipse interfuerit ꝛ presens fuerit morti ꝛ patris ꝛ amborum filiorum: ꝛ forte qualitas testis non est multum fidedigna quia famulus: licȝ ex hoc non iudicem eum vilem attenta qualitate eius cui famulatur. Magni enim viri habent famulos dissimilium qualitatū. deueniendo ad alios testes domina Lucia nō deponit de morte Samperoli per sensum coꝛporis: sed ꝙ audiuit dominam Catherinam eius vxoꝛem plorantem ꝛ facientem luctum propter mortem Sā-

12 peroli sui viri. Profecto non videtur probata mors maxime: † qꝛ sepe plorant mulieres propter mortem instantem ꝛ futuram non presentem seu consumatā: ideo dicta depositio nō cōcludit necessario prout concludere debet. c. in presentia de proba. ꝛ. l. nō hoc. C. vnde cogna. cum si. Item nō reddit sufficientem causam scientie vite dictorum filiorum. Nam dicit ꝙ audiuit dictam Catherinam

corum matrem eos vocantem et excitantem a somno ꝛ dicentē nō dormire ꝛ inuitantem ad confortandum ꝛ aliquid accipiendū q̄ licet prebeant coniecturam ꝙ fuerint viui. tamen quia ipsius intererat propter hereditatem Samperoli suspicandum est ne fecerit malitiose pro consequenda dicta hereditate: ideo dicta coniectura non est vrgens subdit dicta testis quod vidit ipsos iacentes tamen non vidit eos moueri: licet per sensum visus possit facili discursu iudicari mors ꝛ vita: ideo testis deponens vidisse mortuū ꝛ viuum probet mortem vel vitam prout supra deductum est: tamen ista testis non dicit vidisse viuos sed iacentes. Nec dicit scire eos mortuos: quia vidit: sed adducit plura qua mouetur scilicet. verba matris: ꝛ quia vidit iacentes interrogata: an viderit: an se mouerent: necne dixit ꝙ non nisi ipsos iacentes ꝛ matrem vocantem. ex quibus vltimis verbis demonstratur ꝙ ipsa non viderat signa vite nisi quia vidit eos iacentes ꝛ matrem vocantem quasi nihil aliud viderit et audiuerit conferens ad vitam: quia q̄ de vno dicit de alio vr̄ excludere. c. nōne. de presump. ꝛ. l. cū pretoꝛ. de iudicijs. ꝛ persuadetur ꝙ talis visus nō fuerit bona cā sciētie: qꝛ nō deponit eā fuisse ꝓpinquā: sȝ ꝑmisit cū esset vicina ꝛ hēbat satis prope domum ꝛc. itaqȝ est verisilē ꝙ ipsa staret in eius domo ꝛ videret illos stantes in domo eoꝝ propria ꝛ persuadebat ꝙ haberent oculos clausos ꝓpter somnū a quo exariebantur: itaqȝ nō est arbitranda dicta cā scie sufficiens ꝛ non mota fuit ex solo visu sȝ ēt ex verbis dicte Catheri. que de facili persuaderi potest ꝙ illa verba malitiose protulerit: ideo eius attestatio non videtur ꝙ astringat ꝛ concludat: licet aliquid coniecture prebeat. similiter dictuȝ domine vice non videtur concludere in causa sciētie. Nā de morte Samperoli non reddit aliam causam: nisi ꝙ audiuit dictā Cathe. plorantem ꝛ luctum facientem de morte sui viri. Potest rn̄deri vt s. ad dictum Lucie ac etiam quia potuit probare malitiose ꝓ consequenda eius hereditate cum videret eum moriturum. Et similr̄ licet deponat ꝙ nocte sequenti audiuit eam plorantem ꝛ luctū facientem de dictis suis filijs hoc non arguit mortem tunc instanteȝ sed potuit luctum facere pro morte per diem vel dies prius occursam. Item licet deponat ꝙ audiuit ipsos plorantes profecto ploratus vnius pueri a ploratu alterius non solet in tantum differre ꝙ communiter discernatur maxime a personis distantibus ꝑmanentibus in diuersa domo voces autem loquentium sunt longe magis note ꝙ ploratus ꝛ gemitus vt quottidie docet experientia rerum magistra. c. ꝙ sit. de elec. lib. vj. ꝛ. c. stat. in prin. e. titu. ꝛ lib. et

13 l. legatis. §. ornatricibꝰ. de le. iij. † Et tamen etiam auditus vocis absqȝ visu non est omnino tuta probatio. Nam communiter oēs tenent ꝙ testes deponētes de auditu dū testatoꝛ testabat̄ nō ꝓbāt si nō videbāt testatorē ꝑ tex. in. l. si nō speciali. C. de tes. ꝛ in. l. si vnꝰ in princip. e. titu. Ideo dicit Frans. accur. fuisse de facto vitiatum bononie testamentum eo quia testes testatorem audiuerūt prout deponebant. Sed non viderūt ƀm eū qui hoc tenet. voces ēm assimilantur, ꝛ de facili mutantur ꝛ contra fiunt secundum Cy. in. d. l. non speciali qui propter hoc dicit ꝙ tales testes non probant testa. quod et volunt Barto. Bald. Rapha. et bened. de plu. in. d. l. si non speciali. ꝛ idem in contractibus ꝛ sic in alijs actibus volunt Franciscus accur. ꝛ Cy. volētes ꝙ indistincte non valeat testimonium de auditu. etiam proprio nisi concurrat visus per. l. testium. C. de testa. ibi presto sint ꝛ idem tandem videtur velle Bart. in. d. si non speciali. Idem vult Salyce. ibi per. d. l. testium. ꝛ quia de facili potest esse deceptio ꝛ ꝙ testimonium de auditu etiam ꝓprio non concurrente visu non probet plene est tex. in. c. pe. de testibꝰ secundum vnam lec. quam ponunt Innocen. ꝛ Jo. an. in. c. preterea. de testi. Testimonium enim de auditu. non probat sine alijs adminiculis prout volunt Innocen. ꝛ Joan. an. ꝛ Panoꝛ. ibi dicentes propterea ꝙ glo. l. in summa. §. idē labeo que videtur velle cōtrarium nō ꝓcedat etiā in cōtractibus. Et Pōta. idē vult in. d. le. si non spāli. Si nō apparet ꝙ sint in camera soli ƀētes. qui al's de facili possunt decipi. Et licet multi teneant ꝙ verba per auditum probentur absqȝ visu in contractibus ꝛ rn̄deat ad. d. c. ꝓterea. ꝙ loquitur in copula carnali que non probatur directo per auditum. tamen licet in loquela ꝛ voce loquentis forte procedat ꝙ probentur verba per auditum quia licet possit mutari vox tn̄ nō ita de facili ꝙ regulariter ꝛ in dubio non probetur volunt autem doct. ꝙ deponens per auditum absqȝ visu debeat habere notam voceȝ super qua deponit. Si autem de voce loquentis doct. variāt ī qua raro quis fallitur in ploratu vel gemitu puerorum debemus audacter inherere opinioni illi ꝙ depositio per auditum non ꝓbet. Attento ꝙ gemitus puerorum sunt fere vniformes ꝛ non de facili discernuntur. et iuuat quia ipsa deponit qḋ erat adeo distās ꝙ non potuit discernere an esset cadauer samperoli. ex quo persuadetur qḋ prout propter distantiam visus non poterat discernere. Ita ꝛ de facili poterat falli auditus licet hic fateat̄ ꝙ nō artet necessario. Et maxime si deponens non attestatur ꝙ habebat notuȝ gemitum illorum pueroruȝ. ꝛ propterea videtur ꝙ dicta mors patris ante filios sit probata. Nec obstat ꝙ dicte due testes videlicȝ ꝛ Vica asserunt se vicinas quia non deponunt se habere notitiam

quia

q̄ vicine: s3 icidēter ꝑ alios asserūt se vicinas. ꝛ cāʒ q̄re sciūt ex pri
14 munt aliam causam videntur negare ar. d. c. nonne. cum similib⁹. † Et insuper non est vicinorum habere notitiam hore mortis maxime tempore pestifero in decedentibus ex peste prout decesserunt predicti: nec omnia ꝑsumūtur innotescere vicinis s3 ea que a vicinis solent videri ꝛ audiri auribus proprijs: prout sumitur ex dictis Barto. ꝛ doct. in d. l. j. ꝟ. cer. pe. ꝛ in d. l. si vicinis. Nec obst. q̄d
15 dictum est de fama: quia respondetur duobus modis. † Quod fama regulariter non probat plene vbi agitur de magno preiudicio. per barto. in d. ꝟ. tormenta. ꝛ in d. l. admonendi. per glo. ꝛ doct. in d. ca. veniens. ꝛ in. l. iij. ꝟ. eiusdem. de testibus. ꝛ in. ca. cū oporteat. de accu. ꝛ in infinitis iuribus partibus. ꝛ supra dictum est in probatione mortis q̄ non sufficiat ꝛ multo fortius tempus mortis in quo magis de facili possumus falli. secundo quia dicta fama non
16 probatur: † quia testes in redditione cause scientie non dicunt se audiuisse pu. dici a maiori parte populi vel vicine prout requiritur secundum theoricā Bar. in d. ꝟ. tormenta. ꝛ bar. in. l. iij. ꝟ. eiusdem. de testibus. ꝛ Bal. in quodam consi. incip. in causa vincentij in. xl. col. ꝛ in addi. Spec. tit. de sententia in. xxiij. col. ꝛ Ange. in. l. iij. ff. ad mace. quod ꝛ communiter tenet̄ put dicit Imo. in. l. heredes palam. in prin. ff. de testa. Et licet Bal. ꝛ Ange. in d. l. heredes palam. teneat contra Bar. in ratione cause scie: q̄ audiuit pu. dici ꝛ idem Salyce. in. l. ea quidem. C. de accu. xix. char. ꝛ zaba. in. ca. cū oporteat. de accu. xxv. q. prout eos allegat Ponta. in. l. de pupillo. ꝟ. siquis riuos. de noui oper. nun. qui eos sequens tenet similiter contra Barto. et similiter Pau. de ca. in d. l. iij. ad mace. tamē non refert quia nullus ex testibus deponentibus super fama deponunt statur q̄ audierunt publice dici aliqui q̄ audiuerunt minus q̄d audiuit a maiori parte non dicit publice. Alij q̄ audiuerūt pu. dici a maiori parte hominum de hoc loquētes. potuit audire tres de materia loquentes ꝛ duos tantum vel omnes tres id dixisse ꝛ in publico ꝛ sic puplice ꝛ non a maiori parte hominum loci prout requiritur etiam ex mente tenentium contra Barto. qui volunt: q̄ illud publice intelligatur secundum terminos dicti q̄d non cadit in dictis attestationibus merito fama nullo pacto est probata. Alie autem depositiones non artant. Nā depositio christophori non astringit: quia non sequitur fuerunt cadauera filiorum postea decesserunt. potuit enim fieri ad cautelam fraude dicte matris. Et insuper ipemet deponit q̄ non se appropinquauit intantum q̄ potuisset pro certo cognoscere cadauera Samperoli ꝛ cadauera filiorum. † Dubia autem probatio non releuat ar. l.
17 certum. de confes. ꝛ c. in presentia. de proba. cum similibus. Item depositio Bartholomei non releuat quia deponit de auditu alieno que depositio constat q̄ non releuat. l. ij. ꝟ. idez labeo. de aqua plu. arcen. ꝛ quod ibi per glo. ꝛ c. tamen literis. in prin. de testi. cū concor. Et licet tempore luctus venerit nouum de morte filiorum potuit id fieri malitia matris: similiter paces de auditu ab alio. Petrus etiam de auditu quo ad mortem Samperoli. dicit tamē q̄ die dominico vidit cadauera dictorum puerorum. Non interrogatur qualiter nouerit q̄ essent cadauera filiorum Samperoli: forte vidit cadauera ꝛ fuerat sibi dictum q̄ erant cadauera filiorum Samperoli de facili potuit contingere. Et maxime quia deponit q̄ suo videre erat vnus. x. annorum alius. v. vel. vj. annorū et alij deponunt de etate satis differenti. Si habuisset eos prius notos non variasset tantum in etate: licet hoc fateat̄ non repellat eum omnino: tamen satis est q̄ non infertur. fuerāt die dominico portata ad funus: ergo decesserunt post Samperolum cuius tempus mortis non est artatiue probatum. Et insuper potuerit detineri eos mortuos insepultos illo tempore. ꝛ licʒ deponatur q̄ p duos dies ꝛ vnam noctem non potuissent stare quin feterent. Nō refert quia nemo deponit q̄ illo tempore dum portabantur ad fen⁹ non fetebant ꝛ insuper non steterunt per duos dies. Et ideo predicta non plene probantur. insuper non videtur probari plene de filiatione: licet enim in articulis ponatur q̄d Samperolus ꝛ domina Catherina fuerunt vir ꝛ vxor: ꝛ ex eorum communi amplexu nati fuerint plures filij inter alios Dominic⁹ ꝛ Petrus ꝛ dicti articuli sint per partem confessati. Et tamen non videtur vsquequaq̄ plene probatum q̄ illi qui dicuntur superuixisse fuerint filij legitimi ꝛ naturales dictorū Sāperoli ꝛ Catherine. Primo ꝛ ante omnia vltimus testis qui magis plene videtur probare mortē ꝛ super existentiā: licet deponat q̄ essent filij Catherine ꝛ Sāperoli: tamē in causa sciētie interrogat⁹ nullā reddit quo ad filiationē Catheri
18 ne: ꝛ quo ad filiationē Sāperoli debilem cāʒ scie reddit. † Quia solū dicit q̄ tpe vite Sāperoli ipse vocabat eos filios ꝛ illi rn̄debant vt patri. verificant̄ eīn dcā vba testis etiā si semel vocasset eos vt filios ꝛ ipi rn̄disent vt patri. Et faciliter quotidie occurrit q̄ qs appellat pueros filios qui sunt alior̄ filij. Nā fili⁹ dicit̄ a filos q̄d est amor vt habet̄ in. l. liberor̄. de ver. sign. Ideo illos q̄ sunt minoris etatis ꝛ magnopere diligim⁹ plerūq̄ filios appellam⁹: ꝛ appellati vt reuerentiā respōdent vt patri: ꝛ multis respectib⁹ appellat̄ qs pater ꝛ fili⁹ iuxta illud crinspni est pater hic cūꝛc. Ideo nō est apta redditio cāe scie. vocabat filios ꝛ rn̄debant vt p̄ri: ergo erant ei⁹ filij. ꝛ si ꝑbarent̄ filij non ꝑpterea filij legitimi. Preterea non reddit cām scientie per sensum corporis: q̄ nō dicit q̄ audiuerit dictum Sāperolū vocātē ꝛc. ꝛ illos rn̄dētes ꝛc. Stāt eīn hec sil' q̄ ille sic vocaret ꝛ illi ita rn̄deret ꝛ ipē testis nō audisset vocātē ꝛ respōdētes: ꝛ ipse testis id ab alijs intellexerit. Et ꝑpterea nihil sui proponi
19 sensus in hac parte attestatur. † Et ꝑpterea tanq̄ nō reddēs cām sciētie p sensum corporis nō probat prout in simili dicit Bar. i. d. l. de minore. ꝟ. si plurīū. in. q. de questi. q̄ si testis deponens sup fama respondit cām scientie q̄ ita publice dicit̄ a maiori parte populi non probat: q̄ potest esse q̄ dicatur ꝛ ipse nō audiat ꝑm eum. facit etiā quod ipse Bar. notat in. l. siquis ita. ff. de testa. tute. Insuper iste testis nihil certi deponit de idētitate. s. q̄ isti essent illi q̄ confessantur nati ex cōmuni amplexu Samperoli ꝛ dn̄e Catherine. itaq̄ cōstat q̄ ab isto non probatur filiatio illorum qui dicunt̄ remansisse post mortē Samperoli. Similiter Lucia altera nullam reddit causam scientie super filiatione: nec super idētitate. scilʒ q̄ illi de quibus deponit sint illi qui confessantur fuisse nati ex communi amplexu. Quinimmo ipsa titubabat de nominibus ꝛ dicit se non bene recordari tamen videri suo ꝛc. Et sic nō probat: quia testis deponens per videtur non probat vt per Bar. in. l. quid tamē. ꝟ. si arbiter. ff. de arb. ꝛ in. l. j. in prin. de ven. inspi. Similiter domina vica licet deponat q̄ remanserūt post mortē duo filij masculi: nō tamen reddit causam scientie: quare scilicet sciebat illos esse filios ꝛ filiatio non percipitur sensu. Nec quicq̄ deponit q̄ illi quos audiuit plorantes fuerint illi qui confessantur nati ex cōmuni amplexu samperoli ꝛ Catherine. Et stant hic simul q̄ habuit duos filios natos ex communi amplexu qui vocarentur illis noībus ꝛ predecesserint: ꝛ postea alij fuerint vocati illis nominibus ꝛ nō essent cōmunes filij. Itaq̄ etiam iste testis non videtur probare cōmunē filiationem. Super alijs attestationibus me non extēdo in hac parte: quia alij minus probāt per supra deducta. Pondero tn̄ vltra iā dicta aduersus dictas attestationes q̄ Rodulphus vltimus testis deponit q̄ dicti filij decesserunt in aurora. Et dn̄a vica deponit q̄ q̄ audiuit dictam Catherinā plorantem ꝛ luctum facientē de dictis suis filijs. Aurora solet adscribi diei ꝛ solet dici de mane nō de nocte. Itē domina Lucia deponit q̄ die sequenti post diem suo videri sabbati in quo lugebat propter mortem sui viri samperoli vidit dictos pueros iacentes in lecto ꝛ appellat die sequenti ꝛ ipē stabat in alia domo de nocte non solet videri saltē de longinquo. Et maxime tempore pestis nō solet de nocte fieri ad fenestras vel in extra maxime vbi exalare potest aer pestiferus propter amorbatos. Item bartholomeus deponit q̄ tēpore quo die dn̄ico fiebat luct⁹ de morte samperoli venit nouum q̄ erāt mortui dicti filij. ꝑfecto si fuissent mortui in nocte vel in aurora precedentibus: consanguinei qui ferebāt luctū sciuissent verisil'r: q̄ luctus nō solet fieri tā mane. Et licet hec que vltimo loco adduco contra dictas attestationes nō cōcludant necessario: tn̄ ponderanda sunt ad finē vt nō videatur iudici rigorosum nō credere tot attestationibus: q̄ ex hoc initiur suspicio q̄ nō dicti testes sint subornati: vel q̄ dicta domina Catherina dolose se gesserit vt cōsequeretur bona mariti. Et in hac perplexitate inherere debeat iuris rigori. Conumerate saltem voluntate dicti samperoli licet non potuerit compleri defectu testium. Ex his itaq̄ oībus simul iunctis concludo partes iudicis forre in absoluendo reum conuentū in quā partē iudex dʒ magis procliuus q̄ in cōdēnādo regul'r cū sunt partiū iura obscura ꝛ regula fauorabiliores in. vj. non obstātibus adductis in 𝔷rium. quib⁹ per supradicta satis apparet responsum. Laus deo.

Summariū super consi. xj.

1 ¶ Masculinum non concipit femininuz in odiosis et materia differenti. nu. 3. ꝛ. 8.
2 Statutum quo excluduntur mater seu soror a successione filij seu fratris per patruum: non excludit. auunculum: seu sororez a successione filij: siue sororis.
4 Filiorum appellatione in contractibus: non veniūt nepotes.
5 Statutum disponens idem quod ius cōmune: debet itelligi vt aliquid operetur ꝛ non interpretari ꝑm ius cōe. nu. 8.
6 Statuta interpretari debent vt non mereantur a sapientibus reprehendi.
7 Amita non venit appellatione patrui.
9 Generalia siue vniuersalia verba quando respiciunt specialia et sequentia.
10 Posse non dicitur quod honeste non possumus.
11 Statuta ceteris paribus sunt interpretanda.

¶ Consilium. xj.

In nomie domini nostri iesu christi. ¶ Stantibus dictis statutis queritur si concurrunt auus maternus ꝛ amite: qualiter ab intesta. succedant. dominus Bald. predictus consuluit q̄ auus maternus insolidum: ꝛ q̄ verbuz pa
1 truus non concipiat amitas in hoc statuto. Premittit † q̄ in ma

teria restringibili non concipit femininū: quia conceptio venit ex extensione. allegat glo. in. l. j. de verbo. signi. ⁊ ibi Barto. ad hoc. l. iuxta interpretationem. e. titu. ⁊ ꝙ non extēdatur in materia stricta allegat. l. j. §. queritur. de ven. in po. mit. Item dictum bald. in l. quicunqꝫ. de seruis fugi. Et dicit quod in casu isto est maior ratio. Nam statutum est fundatum in fauore agnationis ⁊ maior ratio conseruande familie ⁊ magis conseruatur per patruum ꝙ per amitas. Item allegat Pau. de ca. consi. cccxxxviij. ad finē incipi. hereditas predicta. Quod †si statu. cauetur ꝙ patruus excludat matrē non excludet auunculum. Itē allegat consilia ⁊ sententiam in causa mea super statuto nostro. itē notata per Bal. in. l. iliā. C. de colla. Itē ꝙ Pau. de ca. in dicto consi. cccxxxviij. dicit si statutum a successione fratris excludit sororem non excludet a successione sororis. Itē allegat consuluisse Joan. de lig. ricar. de saly. ⁊ Jo. de fan. ꝙ si statutum ꝙ agnati excludant matrē nō excludēt agnatam. Item† ꝙ in materia stricta masculinum non concipiat femininū allegat host. ⁊ Gof. in. c. raynaldus. de testa. spe. in titu. de aleg. ⁊ dispu. Itē Pe. de anc. in repe. c. canonum. q. xiiij. col. clxxviij. ꝙ si disponitur quod primogenitus succedit: non succedit primogenita. ⁊ idem tenet ipse Pe. de anc. in cap. generali. de elect. l. vj. Itē ꝙ in contractibus ⁊c. Arch. in. c. siquis suadente. xvij. q. iiij. prout eum allegat Bald. in. l. gallus. §. ꝙ si is. de li. ⁊ po. pon. in. l. ij. in princip. colum. xxij. de verb. oblig. Imo. in. l. si ita scriptum filiabꝰ. de leg. ij. in. c. potuit. de loca. vbi dicit se ita consuluisse: pro quo adducit Barto. in. l. liberorum. de verbo. sign. †ꝙ appel. filiorum in contractibus non veniunt nepotes. Respondet ad statutum: qd masculinum concipiat femininum ⁊c. Quod recipit interpretationem a iure communi. Et sic quando materia est fauorabilis vel est eadem ratio. ⁊ licet loquatur in statutis que solent stricte interpretari: tamen dicit ꝙ non stricte interpretantur in materia fauorabili ⁊ non exorbitanti a iure cōmuni: immo ⁊ in exorbitanti vbi est eadem ratio. glo. in. c. si postꝙ. de elect. lib. vj. Bal. in. l. non dubiū. de. ll. Nec obst. ꝙ statutum loquatur in penalibus que sunt stricte interpretanda: quia debet intelligi quando est eadē ratio. ⁊ quia alias delictum femine remaneret impunitum insuper ponderat maxime exceptionem dicti statuti: quia dicit ꝙ excipit casum ī quo statutum non ita posset conuenire generi feminino prout masculino. Sed statutum ponderat conseruationem agnationis Jaco. de are. ⁊ Cy. in. l. public. C. de adul. Joan. andr. in rub. de suc. ab intest. Bald. in. l. maximum vitium. que non cadit ita amita. ⁊ licet statutum inuitet etiam sororem in qua cadit similis ratio. Considerauit maiorem proximitatem et vbi voluit inuitare feminas expressit hic Bal. prefatꝰ. ¶ Sequitur suscriptio mea. Repetito diuino numine. Tota ius presentis consultationis consistit in statuto illo disponente ꝙ masculinum concipiat femininum. Nā videtur ꝙ debeat aliquid operari vltra ius commune ar. l. si quādo. de leg. j. ⁊. c. si papa. de priuile. lib. vj. ⁊ quod Bart. ⁊ Ponta. in. l. iiij. §. pretor ait. ff. de damno infec. ⁊ in. l. iij. §. si rem. ff. de lega. iij. et in. l. ij. ff. de vsucap. † Volentes ꝙ statutum disponens idem ꝙ ius commune debet intelligi vt aliquid operetur ⁊ nō interptari secundū ius cōmune quod ⁊ voluit Bal. in. l. terminato. in fi. C. de fruc. ⁊ litis expen. nisi statutum contineret absurditatem vel iniquitatem secundū eū. Ad idem quod not. Bal. in. l. conuenticulam. C. de epis. ⁊ cle. volens post Dy. ⁊ Cy. in eorum consilijs. ꝙ statutum disponens ꝙ non extantibus masculis femine succedāt vt aliquid operetur: corrigatur ius commune extantibus masculis. Et sic ex quo in casu expresso nihil operatur corrigit ius cōmune in casu tacito vt aliquid operetur: quod maxime videtur dicendum: quia statum loquitur per verba vniuersalia in omnibus casibus: ⁊ qui omne dicit nihil excludit. l. iulianus. de lega. iij. cano. si romanorum. xix. di. ⁊. c. solite. circa finem. de maio. ⁊ obe. Et maxime videtur dicendum ꝙ in casu nostro masculinum concipiat femininum: quia statutum non videtur fundatum in ratione fauoris agnationis: quia interserit de filio sororis cum inuitādo ad exclusionem matris ⁊ coniunctorum ex latere matris: qui filiꝰ sororis est in tertio gradu prout amita. Itē est cognatus non agnatus: quia coniunctus ex linea feminina. insti. de legi. agna. tut. §. j. ⁊. ff. de legi. tu. l. sunt autem agnati. Itaqꝫ non videtur ꝙ possumꝰ arguere a ratione fauoris agnatorum neqꝫ respectu sororis in proximitate gradus per predicta. Et hic quidem vltra deducta p dominū consulentez reddunt apud me hanc consultationez non parum dubiam. Attento ꝙ statutum in excep. statuti vltimi ponderata per dominū consulentē nō excipit casum qui non potest ita conuenire femine prout masculo: quo casu satis conueniret responsio domini consulentis patris hono. Sed absolute loquitur excipiendo casum qui non potest cōuenire femine. Sꝫ in casu isto potest cōuenire femine: qꝛ a iure. xij. tabularum amita que erat agnata succedebat exclusa matre. insti. ad tert. in princip. ⁊ statutū inuitat feminā. s. sororē ad exclusionē matris. Idō materia ipsa cōueniret femine lꝫ nō ita put masculis. Licet aūt predicta videant̄ satis vrgere p amita: tū his nō obstātibus concurro in sniam clarissimi dñi consulētis patris ⁊ dñi mei. Nā ea mihi vr̄ mens statuētiū: qui vbi voluerūt cōprehendere feminas nō fuerunt cōtenti verbo masculini generis: sed coniunctiue expresserūt verbum feminini generis ibi filij vel filie. ⁊ ibi frater vel soror. ⁊ ibi filius fratris vel sororis. Ita ⁊ successiue dum subditur de patruo expressisset vel amita si voluisset amitam inuitare. secundo idem deducitur: quia in eodem statuto paulopost partum prefert sorori in tribus partibus: sed absurdum esset in alienum penitus a verisimili mente statuētium ꝙ amita ⁊ sic soror patris persone defuncte prefererentur sorori proprie ipsius persone defuncte: ideo absqꝫ dubio in illa particula statuti verbum patruus non concipiat amitam. † Nam statuta debent ita interpretari vt non mereantur a sapientibus reprehendi solet dicere consulendo Bald. per. l. saluius aristo. de le. prestan. Ita ergo sumatur in alia parte statuti vicina: quia ex sequentibus precedentia declarātur. l. heredes palam. §. sed si notū. de testa. ⁊ in. l. si seruus plurium. §. fin. de leg. j. Et quod notat bar. in. l. centurio tertia questione principali col. x. de vul. ⁊ pu. Quatenus vult ꝙ si verbum cōmune est positum in vna parte testamenti ī vi obliqua: interpretatur in alia parte testamenti pariter in vi obliqua: licet alias forte interpretaretur in eisdē terminis in directa significatione secundū eum. Idem demonstratur in alia particula inter media eiusdem statuti ibi. in tribus partibꝰ succedat patruꝰ vel filius siue filij patrui seu fratres patrueles: vbi filios patri declarat esse fratres patrueles. Filius aūt amite nō est frater patruelis sed frater amitinus. l. iurisconsul. §. quarto gradu. versi. eodem gradu. ff. de gradi. ⁊ insti. eo. titu. §. quarto gradu. ver. at eos. † Idō sub illo verbo patrui non comprehenditur amita put itaqꝫ in eodē statuto ⁊ quasi in eadē cōtinuatione verbor satis clare apparet ꝙ statuētes noluerūt sub verbo patruꝰ cōprehendere amitā. ita ⁊ pauloante interpretetur positū vbū patruus vt nō cōprehendat amitam ad exclusionē matris a tribꝰ partibꝰ de luctuosa hereditate filij. ar. d. l. si seruus pluriū. §. fi. quatenus ponderat mos testatoris ⁊ quod dicit bar. in. d. l. cēturio. ⁊ qd hr̄ in. d. l. q filiabꝰ. Ideo ex his ⁊ latius dictis p dñm cōsulentē cōcludo vna cū eo ꝙ non comprehendat amita: sed mater insolidum succedat. Nec obstant que in cōtrariū adduxi: nā est magnū dubiū vtrū statu. disponēs idez quod ius cōe interpretet̄ fm ius cōe vel vt aliquid addat iuri cōi. Nā ꝙ interpretetur fm ius cōe videntur velle glo. Bar. ⁊ bal. in. l. fi. §. in cōputatione. de iure delib. Idem vult Flor. in. c. finē litibꝰ. de dolo ⁊ contu. tenens contra bart. in. d. §. pretor ait. ⁊ ꝙ fm ius commune intelligat volūt Inno. Hosti. Cōpo. ⁊ Jo. an. in. c. cām que. de rescrip. Itē Cy. in. l. qui sepulchra. C. de sepul. vio. vult qd vbi statutū disponit pūctualr̄ id qd lex interpretet̄ fm legē. Itez Domi. de sancto gemi. in. d. c. si papa. dicit. ꝙ vbi si fieret extensio vel verba late interpretarent̄ resultaret iuri cōtrariꝰ intellectꝰ: deberet intelligi fm ius ⁊ nō vt aliqd operent̄ fm eū. Itē Imo. in. d. §. pretor ait pro cōcordia opi. dicit ꝙ vbi agit̄ de paruo preiudicio procedat ea opi. vt verba interpretentur vt aliquid operent̄ ⁊ nō fm ius commune. † Secus si ageret̄ de magno piudicio in casu nostro resultat iuri contrarius intellectus: qꝛ mater de iure cōmuni excludit amitā insolidū. aut. defuncto ad tertul. Itē agitur de magno preiudicio: merito hoc casu masculinum non concipit femininum ne intantum corrigatur ius cōmune in graue preiudiciū matris. Preterea vbi statutum haberet extendi vt aliquid operetur: satis est vt quid minimū operetur prout no. d. Anto. ⁊ Imola. in d. c. causam que. de rescrip. Ideo satis est ꝙ masculinum concipiat femininū vltra ꝙ conciperet de iure cōmuni in casibus in quibus agitur de paruo preiudicio. Preterea dato ꝙ regulariter vigore huius statuti disponentis ꝙ masculinum concipiat feminū etiaz vbi de iure communi non conciperet: tamen secus sit in casu isto prout patet ex mente que deprehenditur ex premissis. ⁊ licet statutum loquatur per verba vniuersalia in omnibus casibus: tamen sepe accidit ꝙ vniuersalia verba recipiunt aliquas fallentias vt est videre in infinitis vt ita dixerit regulis: que loquuntur per verba vniuersalia: ⁊ tamen recipiunt fallentias plurimas. ⁊ in spē patent fallentie in terminis huius statuti in duobus alijs ver. supra ponderatis. itaqꝫ prout limitantur illa verba vniuersalia in dictis duobus casibus: ita ⁊ in isto eiusdem statuti ne resultet tanta iniquitas ⁊ vt minus corrigatur ius commune. † Preterea illa vba vniuersalia videntur respicere specialia ⁊ non inducere vt declararentur per sequentia ar. d. l. si seruus plurium. §. fi. ⁊. d. §. sed si notam. Ita ꝙ species sequentes declarent genus precedens. Nam talias sepe contingit ꝙ per enumerationem specierum sequentez declaratur ⁊ limitatur precedens expressio generis vt late per Bart. in l. quesitum. §. siquis fundum. ff. de fundo instruc. ⁊ per Panor. sequentē dicta bar. in. c. sedes. de rescrip. verba ergo vniuersalia vniuersaliter verificantur in singulis speciebus non in singulis indiuiduis specierum: vt innuūt verba sequentia. ⁊ vt propossele[illegible]t iniuū correctio ⁊ limitet̄ tāta iniqtas. Et insup pnt verificari dicta vba exceptiōis posite in dcō vltio statu. qꝛ satis pōt dici ꝙ casus ille ita dispositꝰ nō cōuenit mulieri: qꝛ nō vr̄ honestū ꝙ amita excludat

cludat matrem vel sororem et multominus filius amite put hec ini quitates militarent in nostro statuto si verbū patruus cōprehēde 10 ret amitam: vt patet ex deductis supra. †Nec dicimur posse q̄ hoc neste nō possumus. l. nepos proculo. de verb. sig. C. et alibi non dici mur q̄ non possumus nisi derogando iuri communi in. c. veniens de accu. vbi papa dicit non possumus in causa criminali admitte re procuratorem: et tamen papa poterat derogando iuri cōmuni admittere procuratorem in cā criminali. Nec obstat q̄ statutū ad mittit filium sororis: quia licet fili⁹ sororis sit cognatus et in eo ces set ratio agnationis. Non sequitur q̄ regulariter illa nō fuerit ra tio prout circa interpretationem huius statuti consuluit Franci scus de albergo. de aretio. cuius consilij tenorem placuit et conte stum in fine huius consilij describere: quia eius consilia communi ter non habentur et non leuis est auctoritatis: et in terminis deci dit casum nostrum et aliquātulū variat a themate nostro in recita tione verborum statuti de quo agitur: quod quidē consilium repe ri quasi pfecta hac subscriptione. Et insuper filius sororis succedit intrando locum sororis. aut. cessante. C. de legi. here. et sic succedit tanq̄ existens in. ij. gradu. et propterea prefertur amite de iure cō muni: vt ibi et in sequenti. auten. post fratres. e. titu. Tenenda est ergo conclusio supra facta: q̄ mater succedat exclusa insolidū ami ta per predicta et dicta supra per dn̄m consulentem. Cuius dictis inquantum respondet ad id quod dicitur q̄ statuta sunt restrigē 11 da et maxime penalia: vltra premissa †addo q̄ statuta ceteris pa ribus sunt interpretanda prout sunt leges iuris communis. dictū est notabile bal. in. l. gallus. §. quid si is. de libe. et posthu. Itē addo q̄ notabili. bar. in. l. quemadmodum. C. de agri. et cen. lib. xj. vbi di cit. q̄ statuta penalia imponentia penas pro delictis sint fauore reipublice extendenda. Ne. s. delicta remaneant impunita ſm eū. q̄ dictum qualiter procedat non est presentis discussionis cū alijs medijs decisio comprehebetur. Et ego fuerim de sola subscriptio ne requisitus. Laus deo.

¶ Summarium super consilio. xij.

1 Mater exclusis tranuersalibus succedit filio defuncto cum fratribus defuncti.

In litera successio.

2 Quando quis vocatur sub conditione si alius non extat alio extā te excluditur inuitat⁹.
3 Ablatiui absolute positi faciunt conditionem.
4 Pater matrem excludit in successione filij.
5 Dotata filia exclusa statuto patris hereditate stantibus masculis non impeditur succedere matri que successit fratri eiusdē filie do tate et nume. 10.
7 Mater excludit fratris patrueles cum qua succedūt liberi vtrin q̄ couiuncti.
8 Consanguinea soror excludit defuncti patrē adoptiuū.

¶ Consilium. xij.

poli. ꝛ ita etiã dicit glo. in. c. fi. de dona. ꝛ licet Bar. conetur rñde- re: tamẽ in rñsione facit violentiã litere. ꝛ ſm reſponſionem Bar. non obſtat ſaltem ſupra legitimam. ꝛ ideo nõ videtur ꝙ prime do- nationi habeat obſtare ſuperueniẽtia filie. ꝙ maxime videtur di cendũ quo ad fauorem ſecũdi donatarij: quia reuocatio que fit in his terminis videtur fieri fauore filiorũ nõ fauore donantis vel ter tij ſuccedentis in locum donantis: prout ſumitur ex premiſſis: ꝛ di cetur infra. ergo quatenus ceſſat fauor ceſſet diſpoſitio dictorũ iu- riũ exorbitantium. l. quod dictũ. de pac. cum ſimilibus. Item dicit glo. d. l. ſi totas. ꝛ Jac. bu. ibi poſt eũ: ꝙ iſta reuocatio fit poſt mor- tem donantis. ꝙ ꝛ vult ibi Jaco. bu. ꝛ tangit etiam ibi Bal. ꝛ Ra pha. ibi dicit hanc opinionẽ de facili obtinendam in practica pro pter auctoritatem glo. Si reuocatur poſt mortem: ergo non venit in ſecunda donatione cũ nunꝗ̃ fuerit in bonis donãtis: nec huic prime donationi videtur obſtare id quod in puncto preſupponi- tur. ſ. ꝙ primus donatarius remiſit dictã donationem ipſi donan ti: ꝛ eũ repoſuit in priſtinum ſtatum facta ſibi certa reſeruatione: quia licet non viderim formã dicte remiſſionis: tamẽ mihi perſua 6 deo ꝙ de facili fuerit ſimpliciter facta ſine traditione. Et† ideo ſi prima habuit traditionem verã vel fictam puta per ſimplicem vel precariã conſtitutionẽ: non videtur ꝙ reuocetur per conuentionẽ ſine retraditione. l. ab emptione. ff. de pac. ꝛ. C. quãdo liceat ab em pti. rece. l. j. ꝛ. l. ij. ꝛ hoc videtur perſuaderi: quia dictus primus do natorvix conſenſit vltime donationi: qui conſenſus fuiſſet fruſtra totius ſi prima donatio fuiſſet ſublata. Conſentiendo tamen vlti- me donationi ſibi preiudicauit per. l. ſi fundum per fideicõ. in prin ci. de leg. j. ꝛ. l. ſi mater. C. de rei ven. Et ideo videtur ꝙ vltima do- natio preualeat ſecunde: quia ſecunde primus donatarius nõ cõ- ſenſit: ꝛ ideo bona que erant donata primo donatario non viden tur veniſſe in ſecunda donatione: cum non eſſent in bonis donan tis ſi tranſiuerant in primum donatariũ ꝛ non erant retranſlata in donantem. Preterea poſt ſecundam donationem ſuperuenit filia: ideo ſi propter natiuitatem inducitur reuocatio prime dona tionis pari ratione videtur ꝙ debeat induci reuocatio ſecũde do nationis. Ex quo illa filia nata fuit poſt ſecundam donationẽ: put nata fuit poſt primã: tamen ante vltimã. ¶ Tamẽ his non obſtã tibus puto de iure ꝙ verior ſit ſententia ꝙ ſecundus donatarius preualeat in dictis bonis donatis: licet enim filia nata fuerit poſt ipſam donationẽ: tamẽ non debet ex hoc vitiari ipſa donatio niſi forte quatenus reuocaretur tanꝗ̃ inofficioſa vel per querelaꝫ vel per ius agendi ad ſupplementum. l. j. ꝛ. l. penul. ꝛ fi. C. de inoffi. do na. de qua reuoca. ſcilicet per querelam vel ius agendi ad ſupple- mentum ad preſens non agitur. Non enim reuocatur per ſuperue 7 nientiam filiorum: †quia dicta tacita conditio non cadit in termi nis huius donationis in qua apparet ꝙ cogitauit de filijs: ꝛ licet fi lij naſcerentur: nihilominus voluit donationem firmam eſſe. Nam reſeruauit ſibi xxv. flore. pro filijs naſcituris quos ſperabat habere ex ſua vxore. Ideo ceſſat dicta tacita conditio ꝛ fundamentalis ra tio. d. l. ſi vnꝗ̃. ꝛ. d. l. ſi totas. de qua. ſ. quam omnes aſſignant: ideo intrepide tenendum eſt: ꝙ in hoc caſu in quo ceſſant verba illoꝛ 8 iurium ꝛ neceſſario mens eorũdem. Nam† mens ſumitur ex ratio- ne legis per Dy. in regula. fi. in. vj. Barto. ꝛ Bal. in. l. non dubium C. de leg. ꝛ Bal. in. l. cum muli. ff. ſolu. matri. ꝛ Imo. in. l. ij. in fi. ff. de dona. ꝛ Bald. in. l. j. col. ix. ff. ſolu. matri. dicens ꝙ de hoc eſt melior tex. qui ſit in iure in. l. ſcire oportet. §. ꝛ ſi maxime. ibi mens iuriſla- 9 toris. ff. de excuſa. tuto. Et† ratio legis eſt ipſa lex put dicit Ang. in. d. l. ij. in fi. de dona. ꝛ Bald. in aut. poſt fratres. C. de legi. here. et eſt caſus legis et anima legis. dicit Bald. in dicta auten. poſt fra- tres: ꝛ eſt anima ſcripture ratio dicit Bald. in. l. fina. ff. de here. in- ſtitu. et loquuntur etiam in ratione non ſcripta dũmodo ſit certa. 10 Ubi enim vnica ratio excogitari †poteſt illa habetur pro expreſſa l. Quis ſimpliciter. ꝛ quod ibi Bal. C. de fideicom. ꝛ no. idem Bal. in. l. maximum vicium. C. de liberis prete. ideo cum per omnes vni ca ratio aſſignatur ad. d. l. ſi vnꝗ̃ et ſimiles: illa ceſſante ceſſat diſ- 11 poſitio: ꝛ hoc puto intrepide tenendum prout ꝛ in terminis† deci dit Barto. in ſuo conſilio incipiente. Filippinus ſcabioni in ordi- ne. iij. ſm ordinem peruſinum non informis. ꝛ ſentit in. d. l. titia. §. imperator verſi. quicquid ſi in dubio volens. ꝙ ſi conſtat ꝙ cogita- uit habere filios non fit talis reuocatio. ꝛ idem firmat Bald. in. l. j. circa finem verſi. demum quero. vbi vult ꝙ ſi donans cogitat in ge nere ſe habiturum filios non habet locũ huiuſmodi reuocatio. Et cum dicta ſecunda donatio teneat: nec noceat natiuitas filie: non potuit ſibi preiudicari per ſecũdam donationem: nam vt arbitror de ipſa ſecunda donatione fuit factum inſtrumentum: ꝛ in inſtru mento ſolet apponi hypoteca: quia in inſtrumento donatiõis ſo- let adijci clauſula obligans ſe: ꝛ omnia ſua bona ꝛc. Ideo ſaltem ꝑ hypotecariam poſſet bona ab vltimo donatario aduocare ſi ille re tineret. Si autem ipſe ſecundus poſſideret: iuuaretur retentione ratione pignoris ſeu hypotece caſu quo non fuiſſet in ipſum ſe- cundum donatarium tranſlatum dominium per traditionem ve ram vel fictã: qꝛ nuda donatione non transfertur dñiũ. l. traditio 12 nibus. C. de pactis. †Nec huic ſecũdo donatario obſtat prima do-

natio: quia illa fuit conſenſu partium reuocata. Prout enim do- na. hodie nudo pacto perficitur. inſtitu. de dona. §. perficiuntur. ꝛ. l. ſi quis argentum. C. eo. titu. licet Barto. ſoleat dicere ꝙ nõ fit proprie donatio ſed pactum de donando: ita ꝛ contrario conſen- ſu partium reuocatur ſi in prima donatione non interuenit tradi tio. ar. l. ab emptione. ff. de pactis. ꝛ. l. nihil tam naturale. de regu. iur. Et ſi interuenit ficta traditio: ꝛ conſequenter donator reman- 13 ſerit vel detentator vel in naturali poſſeſſiõe. †Quia per precariũ regulariter transfertur ciuilis: ꝛ retinetur naturalis. l. et habet. §. eum qui de precario. Tunc ſimiliter ſufficit ſolum pactum: quia il la detentatio ſeu poſſeſſio iuncto nouo titu. habetur pro traditio ne: quia incipit poſſidere ex nouo titul. l. certi conditio. §. fina. ff. ſi cer. peta. ꝛ. l. qua ratione. §. interdum. ff. de acquiren. re. domi. et. §. interdum. inſti. eo. titu. ꝛ. l. quedam mulier. in fi. de rei ven. Et ſuperueniente iure donatori confirmatur ꝛ iuuatur ius donatorij. l. cum vir. ff. de vſur. Preterea dicta prima donatio fuit reuocata propter ſuperueniẽtiam alterius filie per. d. l. ſi vnꝗ̃ cum concor- dantijs ſupra adductis. Nec obſtat ꝙ tempore prime donationis habebat aliam filiam. ꝛ licet filiam haberet: tamen donationem il lam fecit: ita ꝛ videatur ꝙ feciſſet ſi de naſcitura cogitaſſet prout ſupra in contrarium dictum eſt: quia reſpondetur ꝙ imo vide- tur ꝙ ſi de filia naſcitura cogitaſſet non feciſſet dictaꝫ primam do- nationem prout fecit nihil reſeruando filie naſciture. Filie enim iã 14 nate reſeruauit legitimam: ita ꝙ eſt veriſimile† ꝙ ſi de alia filia na ſcitura cogitaſſet eidē aliqđ reſeruaſſet: nec appet qđ reſeruaſſet. Io venit vicíãda ꝛ viciat in totũ: qꝛ ignorat qđ reſeruaſſet. Nã ꝛ q ſi lios habet plerũꝗ̃ aliquid donat. ꝛ tamẽ donatio reuocatur in to tum in eo qui non ſperabat habere filios. d. l. ſi vnꝗ̃. ſm cõmunem ſententiam. Licet quidam dicant eſſe ſpeciale in donatione facta liberto. licet ergo non ſit veriſimile ꝙ nil donaſſet ſed ſolum ꝙ nõ feciſſet donationem ita exceſſiuam: tamen reuocatur in totum. 15 quod ꝛ patet. † Quia quando feciſſet minimam ſeu paruaꝫ dona tionem non reuocatur propter ſuperuenientiam liberorum: put concludit Imo. in. c. fi. de dona. allegans no. per Bald. in. l. j. §. de inoffi. dona. vbi Bal. vult ꝙ non reuocatur niſi excedat dimidiaꝫ bonorum. ꝙ ꝛ vult idem Bald. in. d. l. ſi vnꝗ̃. dicens: ꝙ Ric. de ſa- ly. idem conſuluit. Idem etiam reperio tenuiſſe preſtantiſſimum U. J. doc. d. Joannem petrutij de nobilib⁹ de monte ſperello pa- trem ꝛ dominum meum in. d. l. j. Idem etiã clariſſimum docto. d. Dionyſium de barigeanis: qui ſua tẽpeſtate doctor veritatis nũ- cupabatur in. d. l. titia. §. imperator. licet Ponta. in. l. ſi cum vel in vtero. §. de teſtamento mili. reprobet dictam opi. Bald. ponderã do verbum aliqua poſitum in. d. l. ſi vnꝗ̃. per notabilem glo. in ver bo earuꝫ parte. in cle. j. de foro competen. quod verbum pondera uit etiam ipſe Bal. in. d. l. j. ꝛ eo non obſt. firmauit vt dixi. Et repe rio preclarum quendam doctorem diſtinguentem ꝙ ſi donatio fit liberto: etiã ſi ſit parua propter ſuperuenientiam liberorum reuo cetur: ſecus ſi fiat alteri. ego alſ conſulendo reſpondebam ꝙ quan 16 do ſubiecta materia ſuadet. †Quod verbum aliqua iuncto verbo pars vel parte poſſet probabiliter referri ad quãlibet partem que- cunꝗ̃ ſit: tunc amplietur ſignificatum verbi parte: et procedat dicta glo. in verbo earum parte. Nam ita contingit in terminis illi⁹ gl. Aut ſubiecta materia non patitur vt referatur ad quãlibet partẽ: etiam minimã: ꝛ tunc non loquitur dicta glo. Ideo tunc reſtringa tur vt non deſcendat dimidiam. arg. l. nomen filiarum. §. portiõis verbo. de verbo. ſignifica. Si enim refereretur ad tertiam pariter ad quartam. Si ad quartã pariter ad quintã. ꝛ ſic de ſingulis in in finitum. Si autem habet aliquã reſtrictionem: vt ſcilicet non in- telligatur de qualibet parte: nihil obſtat quominus reſtringatur ad dimidiam. Et illud aliqua poteſt importare vel vnam dimidiã vel aliam vel dodrantem vel aliquam maiorem partem dimidia. Et facit quia fruſtra feciſſet mẽtionem de donatione omnium bo- norum tex. in. d. l. ſi vnꝗ̃. ſi reuocaretur quelibet etiam minima do natio. ſufficiebat enim dicere ſi aliquid donatum ꝛc. Et dato ꝙ re uocaretur etiam donatio minor dimidia: tamen tenendum eſt ꝙ non reuocetur minima donatio licet ergo non ſit veriſimile ꝙ nil donaſſet ex quo parua donatio: non reuocatur: nihilomin⁹ in to tum reuocatur exceſſiua donatio. et ſic non ſuſtentatur in aliquo ex quo ignoratur quid donaſſet. Et licꝫ. d. l. ſi vnꝗ̃. loquatur in do natore qui non habebat filios: tamen eadem videtur ratio in eo qui habebat: et eis in totuꝫ non preiudicauit. Nam tunc magis vr gens coniectura militat ꝙ̃ ſi cogitaſſet de futuris filijs non feciſſet donationem ita exceſſiuam per quam naſcituri omnibus bonis priuarentur. Et maxime quia per ſuperuenientiam alterius filie reſeruatio facta filie nate diminuenda venit. Nam filia alia non nata. illa domina ſeptima filia nata tpe donationis habuiſſet ter tiã partem omniũ bonorum: quia tanta fuiſſet eius legitima. Et alia filia ſuperueniente legitima ſua eſſet tertie dimidie. Et cum ſola ſua legitima ſit ſibi reſeruata non habuiſſet niſi tertiam dimi- die: et ſic ſuperuenientia filie prodeſſet donatario et noceret filie nate quod eſſet abſurdum: ideo dicendum videtur. ꝙ reuocata fue rit prima donatio ꝑpter ſuperueniẽtiã noue filie. nõ ob. ꝙ tpe pri-

me

me donationis filiam haberet. Nam militat ratio dicte.l. si vnq̄. de qua rōne.s.dictum est. Non solū propter verisimilem affectionem quam habuisset erga filiā nasciturā si de ea cogitasset. Sed etiā ꝓpter affectionē quā habebat erga filiam natam: q2 non est verisimile ꝙ voluisset eā habere sextā partē qui credidit sibi reseruare tertiā partē. Et si dicat saltem illi donasset tertiā partē reseruādo nasciture tertiā partem ꝓut reseruauit filie iam nate. Respondetur ex supradictis. Qd̄ donatio excessiua reuocatur in totum ꝓpter superuenientiā liberoꝝ. Non autem consideratur ꝙ aliqd donasset prout supra deductū est. ¶ Nec obstat ꝙ.d.l. si vnq̄.ꝛ.d.canon.si.loquuntur in donatore qui non habebat filios tēpore donationis: ꝛ ꝙ sint exorbitantia illa iura: ideo non extendenda per iura vulgaria. qd̄ licet verū sit ꝙ illa iura eo modo loquātur: tamen
17 sunt extendenda aparitate rōnis: † quia vbi eadem rō idem ius.l. illud ad.l.aql.l.a titio.de ver.ob.cū similib⁹.ꝛ firmat Bart. in rep. l.si ꝯstante in prin.ff.sol.ma.ꝛ Jmo.in.l.si. Do.§.de viro.e.ti. Sꝫ supra ꝓbatum est ꝙ hoc casu militat eadē ratio merito ꝛc. Et hoc re
18 perio cōsuluisse. Pōta.in consi.cccxix.reperio ita allegatū †. Tamen ẜm meū ordinē nō informis nō tractat de hoc concludēs ꝙ si donatur nepotibus ex filia postea filius natus fuit reuocatur donatio ẜm eū.q2 nō vidi actualiter si dicit reuocat in totū cōfert ad propositum. Si vsq3 ad legitimā est clarū ꝑ.l.si totas.ꝛ ꝓut doc.q̄si oēs extendunt.d.l.si vnq̄ ad donationem factā non liberto: lꝫ in liberto loquatur ꝛ hoc: q2 etiam in alijs militat dicta rō verisimilis mentis ipsius donatoris: ideo ꝛ nobis licet trahere etiā ad hūc casum quo filiam habebat ex quo militat dicta ratio: ꝛ lꝫ quidam restringant ad libertum. tamen nō curandū: q2 glo.Bar.ꝛ doc.communiter oēs secus tenent. Nec obstat ꝙ dicta reuocatio fit fauore liberorum: ꝛ in casu isto fauor respicit ẜm donatarium potius ꝙ̄
19 liberos. † Quia respondetur ꝙ Bal.in.d.l.si vnq̄. dicit ꝙ non fit mere fauore liberoꝝ sꝫ patet: q2 nō tenetur reseruare filijs ẜm euꝫ. sed fit: q2 donatio hꝫ quandā tacitā conditionem si filios donator non suscipiat ẜm eundem Bal.ꝛ dato ꝙ fiat fauore liberorum: tamen fit reuocatio ipo iure: ꝛ statim ꝙ filius nascitur et reuertit in eū dñium ipsi⁹ dōatoris vt ꝓbat tex.in.d.l.si totas.ff.de inoffi. dona. vbi imperator dirigit verba ad donantem: ꝛ dicit ad patrimoniū tuū reuertitur: ꝛ sic reddit in dñium donatoris: ꝛ idem probat tex.in.d.l.si vnq̄ ibi reuertatur in eiusdem dōatoris arbitrio ac ditione mansurum: qui tex. apte probat ꝙ reddit in dñium ꝛ ditionē idest potestatē donatoris.ꝛ glo.supplet ipo iure subdens ꝙ donator vendicabit ꝛ condicet possessionem ipsarum: ꝛ sic glo. ibi apte tenet ꝙ reuocatio fit statim non expectata morte donatoris. ꝛ lꝫ glo.in.d.l.si totas in verbo reuertitur dicatur in hoc tenere 2riuꝫ. tamen non clare loquitur: q2 ponit alternatiue duas opi. ꝛ licꝫ videatur inherere vltime.ar.l.qui filiū.§.sabin⁹.ad tre.tamē ex quo contrariū firmat in.d.l.si vnq̄ non est inherendū dicte coniecture
20 que sumitur ex.d.§.sabinus. † Q2 incertis non est locus cōiecture.l.cōtinuus.§.cū ita.de verbo.obli.ꝛ sic cum habeam certam opinio.glo.in.d.l.si vnq̄ non stemus cōiecture que potest sumi ex verbis glo.d.l.si totas.ꝛ insuper illa glo.inheruit opi.Jo. Qui voluit ꝙ reuocatio de qua ibi fit per querelam. Querela autem constat ꝙ intentatur demū post mortem: ideo non est mirū si glo.ibi velit ꝙ reuocatio fiat post mortem. Et quando fit sine querela fiat statim ꝓut vult gl.in.d.l.si vnq̄.lꝫ reuera etiam in.d.l.si totas fiat reuoca
21 tio absq3 querela prout fere omnes tenent.ꝛ lꝫ Jac.bu.qui tenet † ꝙ reuocatio fiat post mortem donantis ponderantes ꝙ tex. dicit reuertatur: ꝛ sic in tēpore futuro prout refert Bal.in.d.l.si totas. ¶ Tamen est aduertendum ꝙ tex.in.d.l.si totas loquitur per ver
22 bum reuertitur qd̄ est presentis. † ꝛ quando lex loquitur per verbū p̄ntis tēporis significat ꝙ statim ꝛ ipso iure pront vult glo.magna circa mediū in.l.siqs in tantā.C.vnde vi.ibi dicit amittat nō dicit vel amittit quā glosam sequitur ibi Bar.ꝛ idem vult Saly.in aut. hoc amplius.C.de fideicō.dicens ꝙ illa prima.de qua ibi fit ipso iure: quia loquitur per verbū presentis tēporis ẜm eū: ad hoc etiam tex.in.l.siquis maior.C.de transac.in verbo notatur infamia iūcta glo.que voluit ꝙ sit infamis ipo iure.ꝛ idem tenent ibi Bal. Salyce.ꝛ Pau.de ca.ꝛ sentit etiam ibi Bart.ꝛ tamen tex.loquitur per verbum presentis tēporis. Et licet tex.in.d.l.si vnq̄.loquatur per
23 verbum reuertatur: tamen est aduertendum † ꝙ verbum reuertat potest esse presentis temporis modi imperatiui ꝛ modi subiunctiui ꝛ futuri optatiui. Interpretandum autem videtur ꝙ sit presentis tēporis imperatiui: ꝛ significet ipo iure: vt in hoc concordet cū tex.d.l.si totas qui loquitur per verbum presentis tēporis. Et insuper licet in penis fiat interpretatio ꝙ priuatio non fiat ipso iure quando fieret per verbum reuertatur vel simile: q2 pene vt odio se sunt restringende. tamen in ista priuatione que est fauorabilis secus sit: quia est amplianda.ar.regule odia in.vj.cum cōcor. Et hac opi.ꝙ fiat ipo iure: ꝛ statim voluit vltra dictam glo. Bart.in.d.§. imperator.ꝛ ibi etiā Jmol.ꝛ videtur velle Bal.ibi.ꝛ in.d.l. si vnq̄. q̄ ꝛ voluit Barto.in.d.l.si totas.ꝛ fere omnes tenent ꝓut ibi dicit Ang.idem tenens ꝙ ꝛ tenendū est: quia magis conuenit verbis dictaꝝ.ll.ꝛ magis cōmuniter tenetur. Nec obstat ꝙ cessat fauor libe-

rorum: quia non propterea cessat effectus ex quo est iam effectus consumatus prout firmat Barto.in.d.§.imperator.et vult etiam Bal.in dicta.l.si vnq̄ dicens ꝙ non tenetur reseruare filijs: ꝛ ꝙ nō est hoc inductum mere fauore liberorum. Quod autem secūde donationi non obst.natiuitas filie secunde donationi supradictum est. Jtem non obst.si remissio fuit facta sine clausula precarij: quia supra responsum est ꝙ ex quo donator remanserat in possessione hoc sufficit per dictum.§.interdū.ꝛ alia iura supra inducta. Et q2 priuatus fuerat suis iuribus non erat necessarius consensus ipsi⁹ primi donatoris. Ex quo ergo valida est secunda donatio ꝛ nō prima bona que venerunt in secunda donatione nō potuerunt in donatione tertia venire. Maxime quia fuit prout mihi dicitur factū instrumentum super ipsa secunda donatione: ꝛ donata etiam bona futura que bona futura comprehendunt etiam bona donata primo donatario: quia per natiuitatem filie statim reuersa fuerūt bona in ipsum donantem: ꝛ per consequens veniunt in secūda donatione. Et similiter si non fuisset facta reuocatio natiuitate filie: tamen facta per remissionem donationis ꝛ retranslationē in ipsaꝫ donationem similiter operarentur ꝙ dicta bona per primum donatarium remissa donanti pertinerent ad secundum donatariuꝫ. Et si donatarius erat in possessione ꝛ instrumento secunde donationis foret clausula precarij vel simplicis constitutionis similiter in secundū donatariū foret translatum dñium dictorum bonoruꝫ sub clausula bonoꝝ futuroꝝ apposita in sua donatione. Et si non esset in eum translatum dñium: saltem predicta bona fuissent sibi hypothecata: ideo posset ea aduocare per hypothecariam vt premissum est. Ex quibus patet ꝙ nec prima donatio nec vltima nocet secundo donatario. Sed omnia bona non reseruata in ipsa secunda donatione donatori pertinent ꝛ spectant ad ipsum secundum donatarium non obstantibus prima vel secunda donationibus. Et non obstante ꝙ dicto primo donatario reseruauerit sexaginta florenos: quia in ipsa secunda donatione donator sibi plura reseruauerat que non veniebant in secunda donatione: itaq3 de illa q̄titate reseruata poterat ipse disponere pro libito. Nā rei sue quilibet est moderator ꝛ arbiter.l.in re mandati.C.mandati.ꝛ licꝫ in secunda donatione reseruauerit pro facultate testandi: ꝛ pro legitima filiorum nasciturorumt: amen non scrutauit ad testandum nec ad illam q̄titatem reseruandam filijs nascituris pro legitima. Fuerat eniꝫ causa reseruationis nō obligatio ad faciendū.facit.l. donationes.§.species.ff.de dona. Jtem causa que respicit fauorē vnius non arctat ipsum.l.cum pater.§.diui.de leg.ij. Jdeo non debebāt illi.lx.floreni detrahi de secunda donatione. Et maxime q2 donator nō potest preiudicare donatario.l.aristo.de dona.l. sicut de actioni.ꝛ obligatiōi. Et hec hactenus puto satis clara. Sed hic inest scrupulus: quia filia non habet tantum ꝙ sibi sufficiat pro legitima stante dicta reseruatione ꝛ stante dicta vltima donatione. Jta ꝙ sibi competit remedium causatum ex tit.de inofficiosis donationibus quod olim erat querela hodie. idem si nihil filie concedit ur de bonis patris. Si autem aliquid consequitur tūc agit ad supplementum legitime.l.j.l.ij.ꝛ.l.fi.C.de inoffi.dona.in quib⁹ patet ꝙ prouidetur aduersus donationes inofficiosas ad similitudinem prouisionis facte aduersus testamentum inofficiosum. Sed aduersus testamentum inofficiosum si quid filio est minus legitime relictum agitur ad supplementum.l.omnimodo.l.si quando.ꝛ l.scimus.C.de inoffi.test. Jdeo sīr agere ad supplementuꝫ aduersus donationem inofficiosam prout volunt glo.ꝛ docto.in.d.l.j.et Barto.Bald.ꝛ Jmo.in.d.§.imperator. Sed dubitatur vnde debeat detrahere dictam legitimam an de vltima an de omnibus donationibus. Et quidem gl.in.d.l.j.de inoffi.donatio. super verbo vncijs circa finem videtur velle prout et ibi dicit Bald.ꝙ si successiue fiunt plures donationes.et prime non erant de se inoffi. iuncta vltima donatione omnes donatiōes pariter querelantur: quoniam omnes simul iuncte resultant inoffi.ex quo per ea priuatur filius legitima.et Barto.in.d.§.imperator.in.ij.colū.videtur ideꝫ velle se remittens ad not.per glo.in.d.l.j. Tamen contrarium est verius: nam glo.in dicto.§.imperator expresse firmat contrariuꝫ. et Jmol. ibi eam sequitur cum limitatione Barto. de qua infra proxime. Jdem tenet Jacob.but.vt refert Barto. de qua infra versicu.sed quid si donauit primo.qui Bald. idem firmat quod et firmat ibi Barto.in.d.l.j.in fine.versi.quero tertio. Dicens ꝙ aut donationes fuerunt a principio.inualide sed firmantur vno tempore ꝓut sunt facte filio in potestate vel vxori: et tunc omnes reuocantur ẜm eum suppleo: et ita procedat glo.ibi que idem dicit in donationibus quod in legatis: licet forte etiam in legatis vltimo factis illa gl.male sentiat. Aut prima donatio fuit valida suppleo nec expectat cōfirmationem per mortem quod dico propter donationem causa mortis: et tunc non reuocatur prima ẜm eundem Barto.suppleo: ꝛ ita procedat glo.in.d.§.imperator que assignat rationem: quia prima valuit: ꝛ sic loquitur quando prima valuit prout contingit in casu nostro.ꝛ Rapha.ful.ibi dicit doct. ita tenere licꝫ ipē teneat 2rium cum sit in sua opi.contra alios in illa materia.s.ꝙ oīs donatio facta in fraudem: reuocet etiā si nō prec

iudicet in legitima: et q̃ nulla reuocetur etiam si preiudicat in legitima nisi sit facta in fraudem ẜm eum: cui⁹ opi. est cõtra omnes: ideo non curandũ in decisiuis. Et si vera esset faceret pro nõ cõtra istum scõm donatariũ. Bal. aũt dictam opi. dicit non procedere si oẽs donatiões fuerint facte vno ⁊ eodem proposito als secus: q2 primo donatario fuit perfecte ius quesitum. Et sic in preiudiciũ suum nihil fieri potest ẜm eũ qui in hoc residet: licet pro contraria
24 parte arguat† q̃ ex particularibus alienationibus simul iunctis ita presumitur fraus ꝓut ex vniuersali donatiõe. vt no. in. l. nomẽ. §. j. de leg. iij. Nã respondet sed ibi multa concurrunt ad coniectu randam fraudem que nõ cadunt semper in donatiõibus diuersis temporibus factis: maxime vbi interuenit longa distãtia tẽporis prout in casu nostro. Fraus enim dz apparere ex perspicuis inditijs. d. l. dolum. C. de dolo. que inditia militabant in casu illo ⁊ non in casu isto: vt de se constat. Restat ergo firma conclusio q̃ filia debet prius agere ad supplementũ legitime aduersus vltimã donationem: ⁊ si ex ea potest detrahere integram legitimã nihil est detrahendum ex prima: ⁊ sic tunc nullũ haberet regressum aduersus priorem donatariũ: ⁊ sic aduersus scõm donatarium: qm̃ de primo non est tractandũ per iam dicta. Sed circa hoc est aduertendũ q̃ tempore dicte scõe donationis remãsit in bonis tm̃ q̃ sufficiebat pro legitima filiarum. tamen postea pater primo donatario reseruauit. lx. floreñ. quibus detractis nõ restat ad saturitatem pro legitima. Sed circa hoc est aduertendum q̃ dictus pater reseruauit illos. lx. flore. quia confessus fuit illos debere pro expensis sibi prestitis. Sed dicta cõfessio videtur q̃ nequeat preiudicare priori donatario ar. eius quod. s. dicit Bald. in. d. l. j. Prout enim nõ posset directo preiudicare ipsi priori donatario. l. sicut. de actio. ⁊ ob. ⁊. l. aristo. de dona. Ita nec indirecte confitendo ar. regule cum qd vna via. de regu. iur. in. vj. insuper non reuocatur donatio si pater postea deficit facultatibus: quia hoc iure non cauetur: ⁊ per no. ꝑ glo. in. d. l. j. que dicit q̃ potest preiudicare filio in legitima proijciendo in mari suam substantiam. Et clarius Bal. in. d. l. j. col. vij. ꝟ sicu. v. queritur qd si legitima non fuit donata sed casmate perijt. respondeo dñium est filij non donatarij: quia dona. a prin. nõ fuit inofficiosa arg. ff. de minor. l. verum. §. si locupleti. ⁊ de bonis lib. l. si patronus. §. fi. ar. optimum. ff. loca. l. in naue saufeli h̃ Bal. ad cõ textuz. Que ratio pariter milit[illegible] si ipse donator fuit debitis inuolutus: ideo aut illa confessio fuit vera: ⁊ tunc militãt predicta aut fuit ficta: ⁊ tunc ꝑut soluens scienter indebitum censetur donare l. cius quod per errorem. ff. de reg. iur. ⁊. l. j. ff. de condi. inde. ita et promittens: ⁊ se obligans pro indebito cum promissio et solutio cõparentur. l. fi. C. ad. l. fal. ideo tunc aduersus illa debet agi ad supplementum non aduersus priorem donationẽ per supradicta. Et profecto satis videtur elicienda hec secunda pars cum statim emanauerit alia dona. inoffi. ⁊ ex varietate actus presumptio solet capi. l. si ventri in fi. de priui. cred. ⁊ que habentur in. l. post cõtractũ. de dona. ⁊ qui malus est in vno de facili censetur malus in alijs in eodem genere mali: saltem eodez instanti arg. regule semel malus in. vj. cum concor. Item facit. l. que testamentuz. ff. de probationi. cum ibi no. ⁊ in. l. cum quis decedens. §. titia. de leg. iij. non enĩ effe ctualiter prohibetur facere immensam donationem confitendo se ex alia causa concedere presumatur in fraudem legis fecisse per dicta iura: confert etiam: quia donator possidebat bona donata ex quorum fructibus poterat se alere. Ideo concludendum est q̃ in omnem euentum dicta confessio ⁊ promissio facta de dictis. lx. flore. non preiudicet dicto secundo donatario. Et quo ad eũ sit pinde ac si dicta reseruatio seu confessio ⁊ promissio de dictis. lx. flore. non fuisset facta. Quo fit vt sua donatio in nihilo reuocetur cũ nõ detractis dictis. lx. remaneat tanta summa que sufficiat pro legitima filie: quia si est collata in vltimum donatarium ab eo venit auocanda: vt supra ostensum est. Remanet itaq; conclusio qđ dicta secunda donatio est irreuocabilis: nec potest aduersus eã agi ad supplemẽtum: nec potest querelari per supradicta. Apud quẽ autem debeat stare ⁊ ali dicta Finaura pupilla respõdeo breuiter q̃ hoc remittitur arbitrio iudici. l. j. ⁊. ij. C. vbi pupi. educ. debeat. ⁊. l. j. ff. eo. titu. Mater est suspecta propter transitum ad secunda vota. d. l. j. C. de donatario. nihil in hac parte iure cautum reperit. Ideo ad iudicem spectat vt dictis iuribus. Circa aliud quesitũ sci licet casu quo decedat dicta Finaura an substitutioni locus sit. breuiter respondetur q̃ cũ prout percepi a consultante dicta filia impubes fuerit a patre instituta ⁊ sibi facta substitutio compendiosa per verba cõmunia licet testamentum non viderim dicta substitutio compendiosa post tempora pupillaris etatis sine dubio est fideicõmissaria. c. Raynu. ⁊. c. Raynal. de testa. Et hoc casu huic filie cui non est relictum tantũ q̃ sibi sufficiat ad legitimam non potest per fideicõmissum substitui. l. quoniã in prioribus. C. d inoffi. test. ⁊ volunt magis ad propositum Barto. ⁊ docto. in. d. l. j. C. de inoffi. dona. Si autem decedet impubes matre tunc non superstite erit locus substitutioni pupil. c. si pater. de testa. lib. vj. ẜm cõmunem quasi fere omnium modernorum: ⁊ etiam Barto. ⁊ sequatiũ. Si autez mater erit superstes est magna altercatio inter docto. q2 Barto. tunc tenet contra: ⁊ multi sequuntur ⁊ fere omnes: antiqui etiam tenebant contra indistincte. Et maxime facit ꝑ hac parte transitum ad secunda vota. Non tamen expedit consultanti: iõ non placet tam profundum pelagum: in presentiarum nauigare. Quis autem succedat dicte filie defuncte inuita patris cum illa nihil haberet attento q̃ omnia erant patris frustratorium esset instare. Et insuper nullo iure cauetur q̃ donatarius succedat nec aliqua ratio ad id confert. Et clarum est q̃ si heredem haberet essent parentes auc. defuncto. C. ad tertull. et in corpore. et in. l. si infanti. in prin. C. de iure deli. Quo ad vltimũ: scz de illis. lx. flo. satis ꝑut respicit ẜm donatariũ cõsultãtẽ satis est supra deductũ. Laus deo.

¶ Post susceptionẽ factam. Emanauit aliud dubiũ in lite. Quia allegatur contra dictum domi. Joannem franc. ẜm donatarium. Quod ipse tanq̃ ingratus: ex eo quia non subministrauit alimenta dicto donatori debet carere bonis donatis. Donatio. enim ratione ingratitudinis reuocatur. l. fi. C. de reuoc. dona. ⁊. c. fin. extra eod. titu. Ad hoc tex. in. c. j. de do. que sub modo. vbi fit reuocatio ipso iure. Et videtur q̃ de mente contrahentium fuerit q̃ dictus dominus Joannesfranciscus alimentare teneretur dictum donatorem. attento q̃ immediate dictus donatarius tradidit dicta bona donata advsumfructuandum pro alimentis ipsius donatoris. Que enim incontinenti fiunt censentur inesse. l. lecta. versi. dicebã. ff. si certum peta. ⁊. l. iurisgen. §. quinimo. ff. de pac. Et ex sequutis incontinenti interpretantur precedentia. l. si ventri in fi. ff. de pri-
25 ui. cre. † Et hoc q̃ si donatarius non alimentat donatorem donatio reuocetur tenet glo. in. d. l. fi. de reuo. dona. Tamen non videtur q̃ per hoc dicta donatio reuocetur. Hoc quidem non enumerat inter casus ex quibus dõatio reuocatur tex. in. d. l. fi. de reuo. dona. ⁊. d. c. fi. Et licet glo. in. d. l. fi. dicat q̃ debet donatarius cogi vt alimentet si donator factus est inops. Tamen non probatur in re: quia. l. alimenta. §. j. quam allegat glo. loquitur in liberto q mul ta debet patrono: vt in titu. de obsequijs patrono prestan. ⁊ in tit. de iure patrona. ⁊ tit. de oper. li. ⁊ bonis li. ⁊ in. l. venia. C. de in ius vocan. cum similibus que nõ debet donatarius donatori. Nec debentur alimenta ratione libertatis illa omnia: vt habetur in. l. j. C de bonis q̃ lib. ⁊ etiam debentur ei qui fideicõ. libertatem prestitit: licet coactus non liberaliter manumisit: vt in titul. de fideicõ. lib. Et similiter patronus qui pro libertate aliquid recepit tenetur alere libertum: adeo q̃ si non alimentat perdit ea que pro libertate consequutus fuit: vt in. d. l. alimenta in prin. licet patronus ipe plus contulerit liberto q̃ perceperit: q2 libertatẽ ꝯsegtur q̃ inextimabilis est. l. libertus. de regu. iur. Alimenta itaq; debent prestari inter patronum ⁊ libertum non tam ratione liberalitatis q̃ alio vinculo quod est inter patronum ⁊ libertum quod assimilatur ei quod est inter patrem ⁊ filium: vt videtur probare tex. in auc. vt liberti de cetero. §. illud ibi manumissorem qui equalis patri circa libertum factus est. Adeo q̃ etiam si patronus nihil pro libertate suscepit tamen perdit ius patronatus si libertum inopem non alimentat. l. diuus claudius. de iure patro. Et ideo iura que glo. allegat que loquuntur in liberto ⁊ patrono non prestantibus alimenta non artant in donatario. ⁊ licz tex. in. d. §. illud. quem etiam dicta gl. allegat donatarium assimilet liberto arguendo de vno ad reliquum. Tamen arguit tanq̃ de minori ad maius. Nam arguit q̃ si donatarius probetur esse ingratus ⁊ ingratitudo dõatarij punitur fortius damnatur ⁊ punitur ingratitudo liberti: vnde probat ille tex. q̃ est eadem: ⁊ maior ratio in liberto q̃ in donatario. Non autem q̃ econtra. Quia non admittitur argumẽtatio de maiori ad minus prout econtra facit etiam: quia non reperitur hec causa non prestitorum alimentorũ enumerata inter causas ingratitudinis propter quas filij censentur ingrati quas enumerat tex. in. §. causas in auc. vt cum de appel. cogno. et glo. c. quintauallis. de iureiurã. nec inter causas propter quas parentes possunt exheredari de quibus in. §. scimus itaq;. ⁊. §. seq. in auc. vt cũ de appel. cog. Licet autem hic in via disputatiua tenenda putarem. Tamẽ in via decisiua non auderẽ omnino recedere a sententia glose. Tamen ex quo donator pro alimẽtis recepit bona sua omnia que donauerat non videtur q̃ aliquam ingratitudinem cõmiserit si alia alimenta non prestitit ipse donatarius. Maxime non docto de inopia ⁊ non facta aliqua requisitione. Nec tunc loquitur illa glo. que dicit q̃ potest dici ad alimenta prestanda donatori posse co-
26 gi donatarium. Aut donationẽ reuocari. Quia illa alternatiua† donationem reuocari potest verificari si requisitus nõ prestat alimenta: licet sciat indigere alimentis. Et hoc q̃ ignorans non sit ingratus suadet ratio naturalis quaz sufficit allegare. l. scire oportet. §. sufficit. de excu. tu. ignominia enim facti alieni est iusta et immunis culpa. l. fina. ff. pro suo. l. verius. de probationi. et. l. nen sennius. de negotijs gest. cum similibus: itaq; ignorans non meretur penam ingratitudinis. Et his casibus posset verificari glo. in. l. in condemnatione. de regu. iur. que sentit q̃ donatarius nõ tenetur alere donantem prout et dicit Panormita. in. d. c. fin. de donatio. qui pro concordia dictarum glosarum allegando. Cy. in in. d. l. fi. de reuocã. dicit q̃ aut donatio est magna: ⁊ tũc ꝓcedat gl.

d.l.fin.aut parua.et procedat glo.d.l.in condemnatione profecto respectu alimentorum satis potest dici parua hec donatio ex quo omnia sibi retinuit pro alimentis ipse donator insuper dato sine preiudicio quod deberet ceseri ingratus. Et pter eā cām potuisset.

27 ¶ † Donatio reuocari nō reuocat ipso iure. Sz habet moueri qre la corā iudice: et pbari ingratitudo in iudicio et dilucidis argumētis doceri. Tūc reuocat nō prius. vt est tex.in.d.l.fi. et tale iudiciuz

28 debet moueri p ipm donatorē. † Adeo quod si donatari⁹ milies fuisset ignarus si donator tacuit: et querimoniā in iudicio non mouit heres eius mouere nō pōt, vt est exp̄ssum in.l.fi.pallegata.et in.d.c. fi. Cū itaq; non presupponat quod dict⁹ donator querimoniā maxime iudicialē mouerit: et iā decesserit. Res est clarissima quod successor pticularis siue vl'is nō potest hanc querimoniā mouere per casus aptos dictor iuriū. Nec ob. qd dicebat quod ex quo incontinēti actuz fuit de alimentis donatori pstandis censeatur cōuentū vt pstarentur. Quia rūdetur clarissime. Quod censet conuentū prout sonāt verba que clara sunt. s. quod haberet donator vsumfructū pro alimentis: et placuit donatario quod illam haberet donec vixit: lz actū fuerit quod potuerit illam auocare: ita quod ex hoc pōt potius argui pro quod cōtra donatariū: iō cōuētio nullatenus obstat. Nec etiā ob. si dicatur si alteri donauit satis censet reuocasse primā donationē. Quia respondetur: id negando: et maxime si donauit oīa bona: qz tunc nō veniunt alteri donata q̄ non sunt sua bona. Tū dato quod reuocasset non mouit querimoniā in iudicio put requiritur. vt. d.l.fi. Et put al's querela inofficiosi testamēti nō pparata reglariter nō trāsmittitur. l.siquis filiū. C.de inoffi.te. et pariter querela inofficiose dōationis ar.l.j.et.l.si liqueat. et.l.fi.de inoffi.dona. ita et ista qrimonia non preparata non transmittitur. d.l.fi.de reuoca. dona. et.d.c.fi. de donatio. Laus deo.

Summariū super consi.16.

¶ Consilium.xvj.

In nomie dñi nostri iesu xpi. ¶ Aperta fronte videtur in hac cōsultatione dicendū quod dicta pupilla non succedat in dictis castris suo auo paterno: et eius heredibus et successoribus cōcessis. Nam papa exp̄mit quod illa castra concedit in feudū: et verba in hac parte sunt clara: ita quod hoc. s. quin sit feudum nō videtur deducēdum in dubitationē. l.ille aut ille. §.cū in verbis. de leg.iij. Et maxime cū in eadem bulla prius fiat mentio quod nonnulla ex eisdem castris fuerant parēti supplicantis cōcessa in nobile feudum sub annuo cēsu. Et postea in dicta bulla pluries nūcupatur feudū: ideo non videtur recedendum a verbis adeo claris ar.l.nō al'r.de lega. iij.et.l.j.§.si is qui naue de exerci. Sciuissent.n.et supplicās et rescribens appellare emphyteosim si voluissent esse cōcessionem emphyteoticam prout al's in simili dicit tex.in.c.ad audientiam de deci. Confirmantur predicta: qz in fine bulle cōtinetur quod quotiens ipse cui dicta castra vel eius heredes et successores a fidelitate concedentis vel romane ecclesie se retraxerint dicta concessio sit nullius mo-

1 mēti. † Natura eīn emphyteosis nō est quod emphyteota debeat fidelitatem seruare dño concedente emphyteosim vel quod recedens a fidelitate amittat ius suum: sed de natura feudi est quod debeatur fidelitas dño vt in titu.de forma fidelitatis.et in titu.de noua forma fidelitatis per totos.et in titu.quid precedere debeat iuramentum an fidelitas.et in titu.qualiter vasallus iurare debeat fidelitatem: et in cau.de forma.xxij.qōe.vlti. Ideo feudum ad fidelitatem dicitur prout voluit Jo.an.in.c.j.de feudis.et Barto.in consil.mihi.lxxix. incipien.proponitur quod sindicus et est text.in.c.nulla per quos fiat inue.et feudatarius fidelis appellatur: vt in titu.quib⁹ modis feuda.amit.ij.c.j.§.Item si fidelis.et in titu.in quibus casibus feuduz amit.post princi.versic.non enim. Et in dicta bulla consideratur pro causa concessionis quod ipse cui cōceditur et sui antecessores semper fideles extiterunt romane eccle.ad quam directum dominiuz spectabat: ideo cum fidelitas respiciat naturam feudi non naturā emphyteosis debet ista concessio censeri concessio in feudum non concessio in emphyteosim vel in aliam speciem contractus. ¶ Et

2 maxime † cum emphyteosis nō amittatur si nō seruatur fidelitas: et feudum sic: vt in titu.quibus mo.feu.amit.j.et.ij.per totos. et in

3 c.j.§.est et alia.et.§.seq.que fuerit prima causa benefi.amit. † Nec solutio census videtur aliena a natura feudi. Et licet nō sit alienus et magis conueniens nature emphyteo. Non pptera desinit esse feudum. Sed potius deberet censeri feudum nō habens propriaz naturam feudi vt in titu.de feu.quod contra propriam naturam feudi.et in.d.§.est.et alia.versi.sunt enim quedam feuda ita data vt fidelitas pro his non sit protestanda. Licet itaq; seruitia fidelitatis minime sint prestanda non propterea videtur desinere esse feudum. Debent ergo censeri feuda ista de quibus agitur habentia aliquod pactuz vel aliqua pacta emphyteotica prout al's dicebat Barto.de quodam contractu quod erat emphyteoticus habens pacta feudalia in consil.clxj.ṡm ordinem informis incipi. proponit quod sindicus monasterij in princi. Si autem est feudum tunc omnia

4 iura: vt ita dixerim clamant † quod filia non succedat in feudo. vt in c.j.§.hoc autem notandum est qui feu.dare po.et in.c.j.§. filia vero.de succe.feudi.et in tit.de gradibus succe.in feu.c.j.§. ad filias. et in ti.de natu.succe.feu.§.j.et in ti.de his qui sibi et hered.suis masculis et femi.in fi.vbi dicitur quod ad feminas non transit feudum nisi in concessione sit dictum expresse. Et quādo dicitur expresse limitatur eorum successio etiam vltra quod verba sonāt. vt in.c.j.§. quin etiam episcopum vel abbatem.et in.d.c.j.de his qui sibi et heredib⁹ suis.c.j.et in.c.j.§.filia.de succe.feudi. Et ideo videtur quod dicta neptis nō succedat in dictis castris que prout per predicta videt censentur concessa in feudum et dictum feudum amittatur: et redeat ad ecclesi.romanam concedentem [illegible] non supersunt masculi successibiles: licet forte videatur non habere propriam naturam feudi. Nam propter hoc non tollitur quin amittatur eo modo quo proprium feudum.i.habēs propriam naturam feudi amittitur vt est expressum in.ca.j.de feudo non habente proprium naturam feu-

5 di. Quod maxime videtur dicendum: quia conce[illegible]itur iurisditio et merum et mixtum imperium † et femina non videtur capax iurisditio.et fortius nec meri vel mixti imperij.l.cum preter.§.possunt versi.moribus.ff.de iudicis.l.ij.de regu. iur.l.et originem.§.incorpalia.de muneri.et hono. ¶ Nec videtur refragari quod dicta cōcessio sit vgolino de Corbario et heredibus et successoribus suis. et de suis

6 heredibus pluries et pluries sit reiteratio. Quia respondetur † quod in materia feudali appellatione heredum veniunt soli descendentes masculi et non hij qui de propria natura feudi non sunt successibiles prout sunt heredes extranei et heredes femine. Sed ponitur pro heredibus masculis vt est tex.in.c.j.§.penutil. de lege corradi vbi tex.exprimit quod ille qui querit feudum pro se et heredibus suis censetur querere tm̄ pro descendentibus masculis ad idem tex.in c.j.§.et si clientulus.de aliena.feu.vbi exponit herede.i. filio et sunt quamplures et quamplures tex.in li.feudorum in quibus verbum heredes non ponitur pro omnibus heredibus. Sed solum pro descendentibus propter naturam feudi. Et ideo Bald.in consil. mihi. cclx. incipien.in hoc concordes sunt omnes dicentes quod siquis stipulatur feudum pro se et liberis vel pro se et descendentibus vel pro se et heredibus non veniant femine: lz verba pariter ad feminas adaptentur. Et hoc quia verba indeterminata debēt adaptari.ad naturā feudi ṡm eū qui dicit quod hic est cōmunis opinio. et vera. ¶ Itē

7 Bal.in tit.de natu.succe.feu.c.j.§.donare. † dicit primo quod verbū heredes in feudo expressum non cōprehendit ascendentes. Et subdit quod si conceditur feudum tibi et tuis heredibus quibuscūq; non veniunt nisi habiles ṡm naturam feudi. Et sic etiam vl'ia verba restringuntur: et quod in materia feudali verbum heredes non comprehendat extraneos sed restringatur ad descendentes firmāt Bar.et Bal.in.l.gallus.§.etiam.de lib.et posthu. Dy.in.l.in conuentionalibus.de verbo.significa.glo.et Dy.in.l.ex facto.§.fina. ad trebel. Barto.in.l.quod dicitur.de verborum significa. et Imol.ibi idem firmat allegans Spe.in titu.de locato.§.nunc aliqua.versicu.vz.et Joā.and.ibi in addi.post vbertum de bobio.idem Joan.cal.in cō filijs suis titu.de feu.consil.j.et Antoni.de but. consi.xxiij.incipiē. in facto fratrum montis oliueti.et Ponta.in consilio.j.ṡm ordinē non informis: et sentit Barto.in.l.j.C. si imperia. lib. so.libro.x. Quod non est ex alio nisi quia de natura feudi non succedunt. Et pari ratione dicendum est quod non comprehendantur femine sub verbo heredibus simpliciter prolato in materia feudi: nam et natura feudi nō admittit feminas ad successionem vt supra de-

8 ductu†. Et pari rōne videtur dicendū q nec cōprehēdatur sub verbo successoribus. Et lz posset dici q dz interpretari q aliqd addat ar. l. si qn. de leg. j. z. c. si papa. de priuile. lib. vj. Tn pōt intelligi qd addat de successoribus vlibus qui nō sunt heredes put sunt bonorū pos. qui nō sunt pprie heredes insti. de bo. pos. §. quos aūt. lz qn q veniant etiā in materia stricta appel. heredū. l. in cōditionibus primū locū. §. si patronus. ff. de cōdi. z demon. Et in dicta bulla cōcessio primo fuit simplr facta Ugolino z heredibus: z nō fit aliter mentio de successoribus: z tn postea semp copulat successores. Ex quo suadet q primo sumpserit verbū heredibus large postea summat stricte. Uel dicamus q verbum heredibus ponatur pro successoribus in hereditate: z alijs bonis verbū successoribus ponat pro successoribus in dictis feudis: ita q verba verificentur in his qui sunt heredes: z successiue successores in feudo: z in id recidit. Succedentes enim in feudo successores appellantur: vt in ti. qui successores inuitentur z similibus. Qd etiā ex alio videt pbari. Quia in dicta bulla conceditur iurisditio z merum z mixtum imperiuz. Et mulier nō potest habere iurisditionem. l. cum pretor. §. possunt. de iudic. cañ. mulierum. xxxiij. q. v. ¶ His tamen minime refraganti bus contrariam partem arbitror iuri magis consentaneam. Et p suppono q lz regulariter feudum non transeat in feminas: tamen non est omnino contrarium nature feu di quod femina succe-
9 dat: †immo in multis casibus feudum trāsit in feminas. Nā septē casus enumerat Ponta. in consi. cccxcviij. fm ordinem non in formis incip. circa primū consultationis articulū col. iiij. quorū septē casuū duo casus conferunt ad propositum nostrum. ¶ Primus quando feudū datum est ad certū seruitiū quando pōt explicari p feminam prout per masculū: nam tunc in illo feudo succedit femina prout masculus tex. est no. in. c. si cui militi de capitulis extraordi. quem titulum pauci libri hñt illum: tamē titulum allegat Bal. in. l. quotiens. C. de suis z legi. secundum eundem Pon. ¶ Secūdus casus est quādo pro feudo nullum seruitium debetur: vt est casus in. d. c. z no. Bal. in. d. l. quotiens. Tertius vbi feudum est paruum. Nam tunc non causatur ob. ad faciendam fidelitatem: z consequenter ad seruitij exhibitionem. Ideo succedit femina: vt est casus no. in. d. c. si cui militi quē ad hoc allegat Bald. in. c. j. §. est talia que fuerit prima causa benefi. amit. secundum eundem pon. Qui omnes tres casus probantur ratione. Nam ideo feudum non transit in femina: quia feuduz sui natura fit: vt feudatarius prestet fidelitatem z seruitium dño: vt in. c. j. in fi. in quibus cau. feu. ami. in fi. z de forma fideli. quasi per totuz. z. xxij. q. fi. de forma. z in. c. j. qbus mo. feu. amit. c. j. in prin. z. c. v. §. sed nec est alia. Que fuerit prima causa benefi. amit. z in. c. j. in prin. z. §. ad hoc hic finitur lex corradi. Ad que seruitia non est apta femina put masculus. Ideo feudum non transit in feminam regulariter prout dicit Bal. in consi. mihi cclx. incip. in hoc concordati sunt omnes. j. co. Et ideo quando femina ex consuetudine vel ex pacto succedit in feudo. Ipsa est vasalla sed seruitium prestat per masculum prout voluit spec. in ti. de feu. §. j. x. xxj. Quando igitur cessat dicta ratio: qz nullū seruitium hz prestari vel tale quod pōt eque bene pstari per feminam prout per masculum tunc cessat ratio. quare est sancitū q femina nō succedat in feudū. ideo etiā cessat iuris dispositio. l. adigere. §. qūis. ff. de iure patro. c. cum cessante. de appel. l. quod dictum de pactis. Et hoc idem. s. q qn femina seruire pōt prout masculus non excludatur femina a successione feudi: firmat etiam Bald. in. l. quotiēs. C. de suis z legi. z in. c. j. §. si decedenti qui feu. dare po. licet multi tex. et multe lec. Bal. nō habeant illū. §. Idem voluit Bald. in. c. j. §. quinetiam epm vel abbatē. dicens q si feudū ɔcessuz ad seruitiū qd pōt prestare femina vel per alium in eo pōt succedere femina. l. sigs titio. z. l. si mulieri de vsuf. accre. z. l. titie textores. §. nihil distat. de lega. j. z. §. in emphyteosim in auc. de non alie. fm Jaco. de belui. qui dicit. Quod ista questio fuit de facto in regno neapulee fm eundem Bal. Cum igitur pro dicta concessione non imponit onus alicuius seruitij: sed solum q soluatur. Tacea argenti quolibet anno. Que solutio pōt fieri pariter per feminā prout per masculum. Ideo istud feudum transeat ex successione in filiam heredem patris: lz sit femina. Quando enim pro feudo prestatur seruitium reale non est proprie feudū prout voluit Cy. post mar. fili. in auc. ingressi in antepenul. questione. versic. circa premissa. C. de sacrosan. eccle. z Bal. in. l. liberti. libertoqz de op. li. Quod z probat. Quia ex quo pro tali gratia habet solui census vni? Tacee seu era teris: ideo femina succedat: quia feudum censuale non est proprie feudum prout voluit Bald. in dicta. l. liberti liberteqz. adducēs au ctoritatem Cy. in. d. auc. ingressi. Idem voluit ponta. in consi. lxx. fm ordinem in formis incip. visis themate et questione supra posi
10 tis. col. ij. ¶ † Feudum enim proprium requirit seruitium personale z prestationem fidelitatis q fm eum demonstratur ex demonstratione feudi posita in. c. j. in glo. super ver. libellario de pace constantie. x. col. Et subdit q si in instrumento fit mentio de feudo illud feudum conditionatum dicitur et dicit Bald. in. d. l. liberti q est magis contractus emphyteoticus vel contractus innominatus q feudum. Et in tali feudo ita condemnato seu censuali succe

11 dunt illi qui als non succederent prout voluit do. † Anto. in. c. cū apud in fine de sponsa. hinc videmus q licet clerici vel monasteriū regulariter non succedant in feudo. vt in. c. j. de mili. z vasa. qui cōtu. est. z in. c. qui cleri. si de feu. fuerit controuer. inter mili. z vas. z in c. j. an mutus z surdus. z in. c. j. de alie. feu. Nec habetur ecclesia seu monaste. cum loco filiorum hoc respectu quia solum in casibus expressis in iure prout voluit Bal. in auc. nisi rogati post mediū vsi. extra no. C. ad tre. Tamen succedit in feudo censuali prout voluerunt Marti. fil. z Cy. in dicta auc. ingressi. z est de mente Bald. in d. l. liberti liberteqz. qui idez voluit in. d. c. j. de mili. z vas. qui arma bellica deposuit. z in. d. c. qui clericus si de feudo fuerit controuer. z notant docto. maxime panor. in. c. in presentia de probationib?. quod z voluit bal. in. c. que in ecclesiaruz de consti. in iiij. col. dicēs. q si monasterium potest prestare seruitium quod haberet prestari succedit in feudo etiā post mortē feudatari als secus. Militat em ratio que adducitur. s. in alijs casibus. Et prout trāsit in monasteriū lz non habeatur pro liberis hoc casu ita pari ratione trāseat in filiā. Et hic maxime dicendum sit in casu nostro. Quia papa cōcessit Comiti vgolino z eius heredibus z successoribus z sepe sepius in dicta gratia fit mētio de heredibus z successoribus. Et lz als in materia feu. appel. heredum veniāt filij masculi prout pbatū fuit. s. in adductis pro parte cōtraria. Tn ex quo istud si feudum est nō hz naturam feudi suadet ratio q nō sit recedendū a propria vi verborū ar. l. nō alr de leg. iij. z. l. j. §. si is qui nauem. de exerci. ac. cuz si. ¶ Et maxime qz subdit z successoribus q verbum maxime totiēs repetitū nō dz stare sine virtute aliquid operādi ar. c. si papa de pri
12 uil. li. vj. z. l. si qn de le. j. † Nullū em verbū in instrumēto positū dz stare sine virtute aliquid operandi dicit Bart. in Rubri. C. de fide instru. Operetur ergo q cōprehendatur quoslibet successores nōdum liberos masculos. Si em voluisset papa q transiret in eos dūtaxat in quos solent feuda deuenire frustra totiens repetijsset de heredibus z successoribus verisimile ergo est q intellexerit de omnibus heredibus nolens in hoc seq pprīā naturā feudi prout nec sequitur in alio magis substantiali. s. in pstatione seruitij z iuramēti fidelitatis ideo prout quando cōcederetur tali z suis heredibus quibuscūqz trāsit in successores quoslibet adeo q legari potest cui vult feudatarius dicit Bal. in. c. j. vj. col. ver. sed quid si concessum. de prohibi. feu. alie. per Fede. ita z hoc casu. quod etiam demōstra-
2 trahere. †et per consequens contractus nullus et traditio nuda cum non transferat dominium. l. nunꝙ̄ nuda. de acquiren. rerum domi. ⁊ pari ratione nec cessio nuda a causa non trāsferat actionē: quia ita se habet cessio quo ad actionis translationem prout se habet traditio quo ad translationem dominij rei corporalis. gloss. et docto. in. l. fin. C. quando fiscus vel priua. Barto. in. l. non quocūꝗ modo. §. qui gayum. de lega. j. docto. in. l. ad eum. ff. de dona. Sed causa nulla non censetur causa. arg. l. iiij. §. condēnatum. ff. de re iudi. et clemen. pasto. eo. titu. merito ⁊c. Septimo dictꝰ Guilielmus ysac et Dauid vigore legis munipalis tenentur dictam quantitatem debitam Bonauenture deponere apud montem pietatis ibi permanendam per quinquennium: vel computato biennio pro dilatione data dictis ysac ⁊ Dauid: vel non computato nō refert quo ad propositum presentis temporis. Et si illam quantitatem restitueret Bonauenture: non posset illam eandem quantitatem deponere apud mōtem pietatis. Et si tantundem deponeret esset in dānū ⁊ essent illaqueati ⁊ dānificati clypeo dicte legis municipalis. qđ esset absonum: quia non debet quis sub clypeo legis decipi. l. graccus. C. de adul. et. l. nemo dānum. ff. de regu. iur. cum concor. ideo restituere eam dicto Bonauenture non debent compelli. Et ex his videtur ꝙ partes iudicis appel. sint in pronunciando male appellatum ⁊ bene iudicatum quatenus sententia lata fuit pro dictis ysac ⁊ Dauid: immo debuerint ysac ⁊ dauid penitꝰ absolui a dicto Bonauētura per alias rationes supra adductas. Et quia si dicti ysac et Dauid sunt artati id quod debent dicto Bonauenture qui ad tempus eis credidit deponere penes montē pietatis: decet vt mons pietatis teneatur restituere depositum Bonauenture finito tempore: ⁊ non ipsi qui coguntur a se pecuniam abdicare: et illam apud montem predictum deponere. Deueniēdo ad secundum consultationis articulum videtur ꝙ eisdem rationibus dicti Guilielmi ysac ⁊ Dauid sint tuti in ciuitate florentie et eius territorio. Rationes enim supra assignate in primo consultationis articulo: militant etiam in ista: excepta forte prima ratione: quia ille saluus conductus concessus per communitatem florētie non fuit concessus in odium dictorum ysac ⁊ Dauid: sed in eorū fauorē ⁊ fauorē cōitatis mōtispolitiani: ad cuius instantiam cō

3 cessus fuit. †Sed tunc: quia ille saluus conductus continet vtilitatem illius communitatis cuius interest: vt dicti ysac ⁊ Dauid sint securi: vt possint in eorum municipio indigentibus mutuis pecunijs subuenire: ideo non potuit illi saluo conductui vtilitatem tertij etiam continenti renunciari per ipsos ysac ⁊ Dauid. arg. l. post mortem. §. fi. ff. de bono. posses. contrata. ⁊. l. petende. C. de tempo. in integ. resti. ⁊. l. fina. ff. de pac. prout etiam voluit Barto. Bald. ⁊ doct. in. l. siquis in conscribendo. C. de pac. Et tanto fortius: quia dictus saluus conductus non fuit impetratus per dictos ysac ⁊ dauid: qui renunciauerunt: sed per dictam communitatem mōtispolitiani: quam non potuerunt ligare dicti ysac ⁊ dauid eorum renū. ideo dicta renunciatio non videtur trahenda ad impetrationem factam per dictam communitatem montispolitiani. His tamē minime refragantibus contrariam partem arbitror in vtraꝗ cōsultatione veriorem et iuri magis consentaneam. nam ex quo dicti ysac ⁊ Dauid eorum conuentione promiserunt non vti aliquo saluo conductu impetrato vel impetrando: ⁊ dicta conuentio nō fuit dolo malo inita: neꝗ contra iura: neꝗ illicitum aliquid: vel ī fraudem regis quid continens: ergo est seruanda. l. iurisgētium. §. pretor ait. ff. de pac. c. j. extra eo. cum similibus: immo graue est fidem frangere. l. j. de consti. pecu. ⁊ maxime cum fuerit iuramento vallata: que iuramenta etiam lege diuina sint seruanda: et ad seruanda iuramenta artātur etiam iudei: vt habetur in. c. ⁊ si christus. de iureiuran. ⁊ ibi qualiter habent iurare. et per Specu. in titu. de iuramento calū. et per Barto. in. j. consti. ffo. rum. et in. l. iusiurandum. §. ait pretor. in fin. de iureiuran. et per Bald. in. c. j. §. sacramenta. de pace iuramento firman. et Pontanus in. l. qui superstitis. ff. de acqui. heredita. tenet quod iudei iuramentum firmāt contractum alias inualidum: de quo tangit Bald. in dicto. §. sacramenta. Et constat qđ talis conuentio esset seruanda si non obstarēt adducta in contrarium:

in contrarium:ideo responsionibus datis ad rationes in contra-
rium adductas remanebit firma cōclusio:ꝙ dicti Guilielmus ysac
⁊ Dauid compelli possunt ad obseruantiam dicte conuentionis:
et ad restituendum pecuniam eis creditam per dictum Bonauen
4 turam. ¶ Non ob.† ꝙ renunciatio non possit fieri de iure in alte
rius odium introducto:quia ad hoc respōdetur pluribus modis.
et primo negando ꝙ quatenus continet saluum cōductum ⁊ mo-
ratoriam ipsi Guilielmo:⁊ filijs concessum censeatur factū in odiū:
immo potius in fauorem.ꝙ maxime patet:quia talis saluus con-
ductus non conceditur nisi casu quo ipsi soluāt communi Senen-
si quingentos ducatos infra sex dies. Profecto illi soluendo erāt
digni fauore:sed illis non soluentibus creditores non minus erāt
digni odio:et tamen casu quo illi hebrei non soluerent non conce
debatur dicta moratoria. Ergo patet ꝙ non principaliter ex odio
sed principaliter fauore ipsorum Guilielmi ⁊ filiorum:⁊ forte sol-
uerent dictos.ccccc.ducatos fuit cōcessa dicta moratoria. Sed pō-
deratum fuit ꝙ censentur ad vsuram mutuasse: qui ad tempus cre
diderunt ad colorandum ipsam moratoriam ⁊ ipsam legem:lz co-
5 lor ipse fuerit parum iustificatus.† quia ipsi Guilielmus ⁊ filij erāt
notorij feneratores non merebantur fauorem aliquem in odium
fenerantium cum eis.c.quia frustra.extra de vsuris.⁊.ff. qd quisqꝫ
iure in rub.⁊ nigro. Statuentes itaqꝫ priuilegiantes ipsos aper-
tos et notorios feneratores non cēsentur habuisse odio illos qui
cum apertis feneratoribus secrete fenerantur. Et maxime:ꝗ ipsa
cōmunitas iam suo statuto permiserat ꝙ quilibet hebreus posset
seu ei liceat mutuare ad vsuram dictis Guilielmo et filijs sine vlla
pena hebreis qui taliter mutuarent predictis Guilielmo et socijs.
Capitula enim inita cum predictis ab his qui habent potestatem
legis cōdende transeunt in contrarium.l.cesar de publica.⁊.l.ante
pe.C.de dona.causa mor.et.l.qd semel.ff.de decre.ab or.faci.cū ibi
not.per Barto. Et potissime in hoc mota fuit in specie erga dictū
Bonauenturam:quia dicti Guilielmus ysac ⁊ Dauid impetraue
runt saluum conductum pro dicto Bonauentura perusino: cum
tunc temporis non posset tute accedere in territorio Senensi. qd
dictus Bonauentura posset tute ire et redire ⁊ Senis ⁊ in territo
rio senensi:nec valeat inquietari ⁊c. Et pro ratione et causa conce-
dendi allegata fuit ratio:quia ipse Bonauentura habebat subuē-
tionem magnam facere dictis ysac Guilielmo ⁊ Dauid. Certe at-
tenta qualitate ⁊ exercitio quod faciebant ⁊ hebrei supplicantes ⁊
ipse Bonauentura similiter iudeus. Illa subuentio non erat cre-
denda alterius conditionis:nisi ꝙ poneret pecuniam in illo traffi
co ad aliquod tempus:ita ꝙ illa ⁊ coniectura fenoris que vigebat
tempore dicte legis illa eadem vigebat tempore dicti salui condu
ctus concessi dicto Bonauenture.et longe maior: quia dicta vlti-
ma lex est facta generaliter:et satis probabiliter poterat coniectu
rari:ꝙ ex amicitia aliqui senes degentes subuenirēt dictis Guiliel-
mo ⁊ filijs de aliqua pecunia gratis ad aliquod tempus. qd pote-
rat ita faciliter persuaderi.qd Bonauentura forēsis vellet in alie-
num territorium se conferre vt faceret magnam subuentionem di
cto traffico gratis.nam ⁊ distantia loci et qualitas personarum et
quantitas vrgebant in coniecturas contrarias: que non ita gene-
raliter in omnibus alijs militabant:itaqꝫ attentis premissis dispo
sitionibus ⁊ ordinamentis prius factis in fauorē seu exoneratio-
nem fenerantium simul cum dictis Guilielmo ⁊ filijs: non est pre-
sumendum ꝙ concedentes dictam dilationem dictis Guilielmo ⁊
filijs feneratoribus moti principaliter fuerint in odium feneran-
tium:et hoc clarum.ideo potuit pactum trahi ad istum saluum
conductum concessum vt supra:quinimmo dici pōt.ꝙ dictus sal-
uus conductus quatenus se extenderet aduersus dictum Bona-
6 uenturam tanqꝫ subreptitius non valuerit. ¶ † Gratiose enim cō
cessiones subreptitie sunt nulle.c.ad audientiam. de rescrip. Sed
attentis premissis:non persuadetur ꝙ dicti statuentes ꝯcessissent
dictum saluum conductum aduersus dictum Bonauenturam si
omnia que interuenerant fuissent narrata. Si prout arbitrādum
est. Illi statuentes sunt hōies graues ⁊ honesti ⁊ notabiles: prout
credendum est iuxta not.per Bart.in.l.ambitiosa.ff. de decre. ab
or.faci.⁊ in sua dispu.que incipit aduniantia generalis.vbi dicit ꝙ
ciuitates presumuntur facere commissiones ⁊ arbitria dignis ⁊ no
tabilibus personis:nam multa debebant mouere ad non concedē
dum aduersus dictum Bonauenturam. Primo et principaliter:
quia ipsi Guilielmus ⁊ filij se sub iuramento obligauerunt non vti
aliquo saluo conductu. Itē se obligauerunt sub instrumēto guarē
tigiato:ꝙ ex forma statutorum solet fere vbiqꝫ: maxime in tuscia
esse multum priuilegiatum vt nihil possit obijci. Item quia iā fue
rat super hoc ligatum ⁊ obtentum laudum multum priuilegiatū:
lege municipali.de qua in themate a quo non fuit valide appella-
tum vt infra dicam. Nec decet ꝙ lata sententia que transiuit in rē
iudicatam rescribatur.arg.l.causas et lites.C.de transac.⁊.c. inter
monasterium.de re ind. Item ⁊ quarto:attento ꝙ dicta communi
tas fecerat immunes omnes qui dicto Guilielmo et filijs mutuas-
sent etiam sub vsuris:de qua ordinatione forte dicti statuentes nō
habebant notitiā seu memoriā. vltimo ꝗ dicto Bonauēture fue-
rat concessus saluus conductus in ere ⁊ in persona libere postula-
tus ea pretensa causa:quia dictus Bonauentura pro subuentio-
ne dicti ysac ⁊ eidem mutuare bonam summam denariorum. Non
enim libere ⁊ secure iuisset ad mutuādum dicto ysac si impediatur
sibi exactio dicti mutui finito tempore. Et maxime:quia per indi-
rectum dictus Bonauentura priuaretur dicta pecunia credita di
ctis Guilielmo ⁊ filijs si dictum ordinamentum obseruaretur con-
tra eum. Attēta qualitate dictorum Guilielmi ⁊ filiorum qui sunt
falliti vt satis constat:ex quo viuere volunt sub saluis conductis.
Et de facili contingeret ꝙ in perpetuum priuaretur toto credito
si ad tempus biennij differeretur. Et saltem ex parte censetur sibi
auferri suum creditum:si ad tempus maxime ita longum differtur
7 exactio† ꝗ tēpus censetur pars crediti.l.j.§.dies.in fin.ff.de edē.
⁊ minus censetur solui:qd post tempus debitum soluitur.institu.
de actio.§.plus autem.⁊.§.tempore ibi:qui tardius soluerit ꝙ sol-
uere debeat minus soluere intelligitur. Ideo non videtur ꝙ sibi
obseruetur saluus conductus eidem factus.ꝙ non est credendum
fuisse de mente disponentiū. Ideo si ista narrata fuissent ipsis di-
sponentibus:non disposuissent saltem ita generaliter saltē in pre-
iudicium dicti Bonauenture. Et saltem non de leui concessissent
in eius preiudicium.istud autem sufficit ad reddendum gratiam
subreptitiam.s.ꝙ de leui non fuisset concessum si fuisset expressum
aliquid quod non fuit expressum in.c.postulasti. de rescrip. ¶ Nō
8 ob.secunda ratio:† quia licet simplex renunciatio trahi nequeat
ad iura futura:tamen per pactum renunciari potest.l.j.C.de pac.
l.de fideicommisso.C.de transac.cum similibus. Non obstat.ꝙ cen
setur excepta auctoritas superioris:quia per illud pactum non de
rogatur auctoritati superioris : sed derogatur iuri competenti et
competituro ex dispositione superioris. Non enim interest supe-
rioris:ꝙ ille cui dispositione superioris cōceditur aliquod ius illo
iure vtatur. Nec eius auctoritas tollitur vel minuitur:si ego renū-
cio iuri quod ego ab eo impetro. Profecto.l.siquis in conscriben-
do.⁊ similes loquuntur in iuribus concessis a principe vel ab alijs
iurislatoribus qui superiores sunt:⁊ tamen disponunt.ꝙ illis iu-
ribus a superioribus concessis renunciari possit. Nec per hoc dero
gatur auctoritati superioris⁊ hoc constat. ¶ Nec obstat quartum
argumentum in contrarium adductum:quoniam mihi presuppo
nitur.ꝙ Guilielmus prestitit consensum ysac etiam Dauid eius
filijs deputando alium qui consensum prestaret nomine suo: man
dando dictis ysac ⁊ Dauid:ꝙ reciperent dictam pecuniam in cre-
ditum a dicto Bonauentura. Profecto mandando alteri:ꝙ con
sensum prestaret ipse censetur consentire:prout videmus in cōsti-
9 tuente procuratorem ad adeundum censetur consentire† ita ꝙ ex
ipsa constitutione procuratoris resultat statim aditio.l.paulus re
spondit per procuratorem.de acquiren.heredi.cum no.ibi p Bar
to.⁊ docto. Non enim requiritur presentia : sed sufficit consensus
in absentia prestitus ante vel post:vt per Bal.post Cy.in.l.iij.C.
de sponsa.ad hec que habentur in.l.siquis mihi bona.§.iussum.de
10 acqui.heredi. ¶ Preterea† quando pater ⁊ filius simul cōtrahūt
videtur sibi inuicem consentire:adeo ꝙ stante statuto.ꝙ filius nō
possit contrahere sine consensu patris:si pater et filius simul con-
trahunt:licet pater non prestet specifice consensum filio:tamen va
let actus.l.cum pater.§.libertis.de leg.ij.prout dicunt ibi Bart.⁊
Imo.per tex.ibi.⁊.l.titius.ff.qui.mo.pig.vel hypo.soluit.⁊ Bald.
in.l.si filius.C.ad mace.⁊ Bar.in.l.qui rome.§.duo fratres.in.iiij.
oppo.⁊ in.xij.q.de verb.oblig.ideo pariter hoc casu:si dedit man-
datum.ꝙ ipsi reciperēt pro se ⁊ ipsis filijs. Et super hoc emanauit
laudum:⁊ deinde sententia que vltima sententia solum nititur in
vltima municipali dispositione nuper facta. Ideo super hoc non
videt instandum:nec credo esse probatam patriam potestatē: nec
sequitur est filius:ergo sub patria potestate constitutus : immo di
cit Barto.in consilio incipiē.visa inquisitione facta contra Fran-
ciscum.in ordine mihi.cxlij.ſm ordinem perusinum:non formis:
dicit ꝙ quis presumitur sui iuris:⁊ sic paterfami. Ad hoc enim vt
sit filiusfami.requiritur matrimonium quod non presumitur ſm
11 eum.† Et licet Ange.post glo.in.l.sed si de sua.in princ.de acqui.
heredita.velit contra.s.ꝙ quis presumatur filiusfami. quia pater
presumitur viuere centum annis:prout dicit glo.tamen illa gloss.
nihil ob.rationi Bart. Et insuper:licet presumatur viuere centū
annis:cuius contrarium dico in.l.si emancipati.in princi.de colla.
quia licet lex dicat quem posse viuere centum annis ad plus:non
12 propterea presumitur† quia non omne quod esse potest presumi-
tur esse.et tex.in.l.hereditatem.ff.ad.l.falci.probat contrarium.et
insuper:licet presumeretur viuere centum annis:si non habemus
tempus natiuitatis non concludit presumptio predicta. Sed hoc
ad propositum non refert:quia patres vtriusqꝫ partis viuunt.et
Ponta.in dicta.d.l.sed si de sua.in princi.post Rapha. cuma. ibi
dicit.ꝙ qui allegat ꝙ talis sit filiusfami.incumbit onus proban-
di:⁊ similiter ei qui allegat qd sit paterfamilias.arg.l.ei qui dicit.
et hoc tenui in dicta.l.si emancipati.⁊ licet posset probari propter
ea non videatur in hoc facienda magna vis:tamen placuit facere
aduertentē habentem indicare:quia prout hactenus non est pro-

batum. ita ꝛ forte non probabitur. ꝛ si probaretur remanēt alie ra-
tiones supra deducte. ꝛ insuper statuto municipali cauetur. ꝙ cõ-
tra lauda lata in dicta curia non possit dici de nullitate: ꝛ ideo tol-
litur ista allegatio nullitatis que diceretur causari ex eo: quia filij-
fami. non possint se obligare: cum dicta denegatio dicendi de nul-
litate indefinite loquat̄ ꝛ indefinita equipolleat vniuersali. l. si plu
ribus. de lega. ij. c. vt circa. de elec. lib. vj. c. si romanorum. xix. distin
ctio. ꝛ ideo lex generaliter loquens est generaliter intelligenda. l.
j. §. et generaliter. de leg. prestan. et. l. de precio. de publi. ꝛ c. quia
circa. de priuile. ꝛ per hoc tollitur etiam alia ratio. ꝙ dictus Bo-
nauētura sit filiusfami. que etiam tollitur ex eo: quia abraam eius
pater dederat eidem licentiam auctoritatem et consensum standi
in iudicio: ꝛ acta necessaria ꝛ oportuna ꝛ iudicialia faciendi: ꝛ ma
xime in causa quam habebat cum Guilielmo ysac ꝛ Dauid. et oĩa
alia faciendi que ipse Bonauentura cum consensu et auctoritate
ipsius Abrae facere posset ꝛc. Sed constat ꝙ. d. Bonauētura hoc
facere potuisset cum consensu: ergo sub illis vniuersalibus verbis
omnia alia faciendi hic comprehenditur: et sic ita gessit cũ pream
bulo consensu patris: nec ob. si dicatur ꝙ se retulit ad causam quã
habebat cum Guilielmo: que tunc vigebat: et sic non referatur ad
13 gesta coram arbitris cõpromissarijs: † quia respondetur. ꝙ dictio
maxime tollit contrarium: quia est implicatiua. l. j. §. vel maxime.
de col. bo. cum si. Item istud compromissum fit in illa causa: ꝫ for-
te non iudicialiter. Ideo etiam hoc cõprehendatur sub dictis ver
bis: ꝛ maxime attentis superioribus contētis in eodem instrumē-
to: cum dictus Abraam constituerit procura. ad agendum nomi-
ne ipsius Abrae: ꝛ etiam ad compromittendum. ꝛ est verisimile: ꝙ
prout volebat ꝙ nomine ipsius Abrae posset compromittere qua
tenus ageretur de causa que ageretur vel agitanda esset noĩe ipsi⁹
Abrae. ita ꝛ voluerit prestare cõsensum: ꝙ posset cõpromittere no
mine proprio in causa propria: cum non subsit ratio differentie.
Et ex precedentibus sequentia declarentur. l. si seruus plurium. §.
fina. de leg. j. ꝛ. l. qui filiabus. eo. titu. ꝛ. l. heredes palam. §. sed si no-
tam. de testamē. cum si. Facit: quia pronunciatum est ꝙ laudum sit
exequendum: ꝛ sic videtur pronunciatum super repulsione huius
exceptionis: ꝛ etiam in primo iudicio fuit allegatũ: ꝙ erat filiusfa
mi. ꝛ repulsa talis allegatio insuper duo statuta reperiuntur. vnũ:
ꝙ filijfami. nequeant se obligare sine consensu patris. aliud: ꝙ loq-
tur de causis compromittendis: ꝙ compromissum initum per fi-
liumfami. valeat: quia istud statutum de compromissis tanꝙ ma-
14 gis speciale: † item compromissum potest fieri nulla precedente
obligatione: prout mandatum. ꝛ prorogatio prout hic dicit nota.
Bal. in. l. cum no. solum. §. necessitate. col. vj. ver. sed pone duo sta-
tuta sunt. Ideo: licet non oriatur obligatio: non propterea com-
promissum vel laudum est nullum: ꝛ maxime interueniente iura-
mento: ꝙ inter cetera habet virtutem. ꝙ si actus non valet eo mo
do quo agitur: valeat vt valere potest. l. cum pater. §. filius matrē.
de leg. ij. Et etiam considerando: ꝙ huiusmodi statutũ non impe-
15 dit oriri naturalem obligationem. † nam vbi lex dicit: ꝙ quis non
obligetur: intelligitur de ciuili obligatione: instit. de inuti. stipu.
§. pupillus. iuncta. l. j. ff. de noua. ꝛ insti. de inuti. stip. §. sed si seru⁹.
iuncta. l. naturaliter. de conditio. inde. item. §. alteri. insti. de inuti.
stipu. iunctis que habentur in. l. stipulatio ista. §. alteri. de verbo.
oblig. ꝛ probatur in. l. iuregen. §. sed cum nulla. ꝛ. §. igitur nuda. ff.
de pac. ꝛ in. §. si ob maleficium. e. l. ꝫm vnam lec. Et cõstat compro-
missa tenere: vbi sola naturalis obligatio remanebat. l. pe. C. de ar
bi. Non ob. v. ratio in contrarium adducta: quia dicta pendentia
cause appellationis interposite aduersus dictum laudum non ha
bet obstare ex eo: quia dicta appellatio non tenuit duplici ratiõe.
Prima: quia prout mihi videtur non fuit appellatum intra decem
dies a die scie: prout interponi debet: al's non valet. auť. hodie. C.
de appella. c. roma. §. pe. eo. ti. lib. vj. cum si. Secundo: quia. l. muni
ci. tollit hoc casu omnem appellationem: ꝛ ideo cum sit casus legis
non est super hoc extādum. d. l. ancille. ꝛ. l. illam. ver. de modo. Et
si dicti arbitri fuerunt extraiudiciales: etiam de iure non potest ap
pellari. l. j. C. de arbi. licet super hoc posset instari: sed non curo: ex
quo viget clara lex muni. que potest tollere appellationem: cũ sta-
tuentes habeant omnem appellationem ꝛ nõ possit appellari ad
16 aliquem superiorem communitatis statuentis: quo casu statutum
non posset tollere appellationem: vt per Bart. ꝛ Imo. in. l. si. ff. de
aqua plu. ar. per Bar. in. l. omnes populi. in questione illa sup qui
bus fieri possunt statuta: ꝛ Bal. in. l. fi. C. de sentē. ꝛ interlocu. om.
iu. et per Bar. in. l. ambitiosa. C. de decre. ab ordi. fac. per Bal. in. l.
necessarium. ff. de ori. iur. de quo etiam per Jo. an. in addi. Specu.
in titu. de appel. §. nunc tractemus. in princ. ꝛ per Bald. in. l. cum
de consue. de. ll. ꝛ de pace constantie. §. in causis. per Jo. an. in. c. fi.
de appella. lib. vj. per Barto. in. l. j. in fi. a quibus appel. non licet.
per docto. in. c. venientes. de iureiuran. per Ponta. in rub. de ar-
bi. colũ. xxvj. Nec est extandum in casu nostro: cum ciuitas senen-
sis vtatur iuribus principis neminem recognoscens in superiorē.
Nec ob. vj. ratio: quia immo dictus Bonauētura videtur potuisse
se obligare propter generalem licentiam ꝛ consensum adhibitum

per patrem vt. s. deductum: cum vt dixi sint verba vniuersalia que
nihil excludunt per iura vulgaria: attento maxime ex quo erat fo
rensis dictus Bonauentura ꝛ non poterat sine dispendio Senis li
tigio vacare: satis videbatur cessio ex causa venditionis facta de
dictis iuribus concernere dictam causam. Preterea. d. Bonauē.
cedendo non se obligat: sed cessio tendit in solutionem: ꝛ sic ad libe
randum: ꝛ satis est ꝙ putabat se obligatum transferre: quia tradi-
tio ex causa putatiua sufficit ad transferendum dominium: ꝛ non
dicitur traditio nuda a causa: vt probatur in toto titu. de condi. in
de. ita ꝛ sufficiat ad translationem actionis per cessionem: ꝛ sic da-
to ꝙ non obligaretur dicta venditione iurium: tamen cedendo se
obligatum transtulit actionem in cessionarium. Item est aduertē-
dum. ꝙ cum dictus Bonauentura sit forensis statutum habilitās
vel inhabilitās personam non vendicat sibi locum in forēse: prout
voluit Barto. in. l. cunctos populos. C. de sum. tri. in. iij. q. princi.
alleg. l. j. in princ. de tuto. ꝛ cura. da. ab his. ꝛ no. in. l. etiam. de tute.
ꝛ idem Bal. in. d. l. cunctos populos. ꝛ Pet. de ancha. qui eos se-
quitur in sua latissima repe. c. j. de consti. in antiquis. xij. q. princip.
col. xcij. et Inno. in. c. a nobis. de senten. excom. et Specu. in titu.
de sen. §. qualiter. versi. sed pone quidam. licet secus sit in statuto
dante formam vel solennitatem actui. l. j. C. de eman. libe. l. si fun.
de euic. docto. in rubrica de consue. ꝛ Bart. ꝛ Bald in. d. l. cunctos
populos. ꝛ Pet. de anch. vbi. s. ꝛ Bald. in. l. extra territorrorium.
de iuris. om. iudi. dicens. ꝙ statuta que dant esse vel non esse in actu
in loco celebrato militant etiam in forense: vnde statutũ disponēs
ꝙ lauda lata in curia mercatorum sint efficacia ꝛ mereantur execu
tionem: ꝛ non possit appellari. militant etiam in forense ꝛ multo-
fortius in casu isto in quo non appel. ipse bonauentu. sed aduersa
rius ꝛ potissime: quia dictus bonauentu. pro consequendo benefi
cia statutorum satisdedit secundum formam statuti sub rubrica de
ciuibus Senensibus cogendis ad petitionem predictorum foren-
sium in quo statuto inter cetera disponitur: ꝙ forensi qui promit-
tunt prout dicitur promisisse dictus bonauētura obseruentur sta-
tuta in exigē do suum debitorem: ꝛ sic gaudere debet dictus bona
uentura beneficio dicti statuti disponentis: ꝙ non possit appel. a
laudo. non ob. vij. ratio in contrarium adducta ex pluribus. et pri-
mo quia dicta lex municipalis habet duas partes: vnam que dat
moratoriam pro duobus annis dictis Guiliel. ꝛ filijs ꝛ hoc non iu-
nat dictos Guiliel. ꝛ filios propter conuentionem quam fecerunt
ꝛ propter alia. s. deducta. aliam partem ꝙ dicte pecunie credite ad
tempus debeant deponi ad quinquennium penes montem pieta-
tis. ꝛ in hac parte lex municipalis loquitur impersonaliter non di
cit Guiliel. ꝛ filij debeāt deponere: ideo si lex illa tenet artat ita ali
os prout ipsos retinentes: immo ex quo dat moratoriam ad bien-
nium a contrario sensu sumitur ꝙ post biennium possit conueniri
vt prius: ꝛ tamen post biennium ex forma dicte legis municipalis
essent deponendi apud montē: ideo innuitur ꝙ hoc pretextu nõ
possint ipsi aduersus creditores te tueri nisi prius deposuerint: iõ
nec potest se tueri pretextus dicte secunde partis dicte legis pen-
dente tempore biennij sue moratori qui sibi non est proficua ex
alijs adductis. s. facit quia nõ potest quis se tueri ex iure alterius
maxime fisci. l. his consequenter. in princ. cũ sua glo. ff. fami. herci.
ꝛ qđ habetur per Cy. ꝛ Bal. in. l. si seruus quispiam. C. de seruis fu
gi. per Bart. in. l. ij. de execu. rei iudi. per compost. et ceteros i. c. mā.
de rescrip. et in. c. cum dilectus. de iure patro. ꝛ si dicti Guilielmus
ꝛ filij redderent dictam pecuniam dicto cessionario: non tenerētur
ꝑpterea communi vel monti pietatis cum fuisset apud eum ꝗ po-
terat cogi deponere prout ipsi: ꝛ considerato ꝙ lex ipsa nõ magis
dirigat verba erga eos ꝙ̃ erga alios: et maxime attento ꝙ dictum
quinquennium videtur intellligendum post biennium: ꝛ isto biē-
nio concesso dictis Guilielmo ꝛ filijs non possunt ipsi gaudere: iõ
interim non possunt se tueri: ꝛ ꝑpterea essent excusati post bien-
nium: cum non possiderent nec dolo nec culpa desijssent possidere: ꝛ lex ipsa de eis non loquitur magis ꝙ̃ de alijs. Secũdo respon-
detur: qꝛ dicta lex non videt intelligenda de ista pecunia numera-
ta per dictum Bonauenturā qui accessit ad mutuandũ fretus suo
saluo conductu ꝛ lege facta. ꝙ quilibet posset libere mutuare ꝛc. ꝑ
ea que habentur in. d. l. ꝙ semel. de decre. ab ord. faci. ꝛ per alia su-
pra adducta. item ex alio non obstat dicta lex municipalis in casu
isto: quia verba dicte legis deficiunt contra dictũ cessionariũ: attē-
to ꝙ dictus cessionarius non dedit aliquid dictis hebreis ad tem-
pus vel vsuram: nec est proprie loquendo creditor dictoꝝ Guiliel
mi ꝛ filiorum: quia ipse nihil sibi credidit nec fidem eorum sequu-
tus fuit: vnde ex ethymologia vocabuli non venit appellatiõe cre
ditoris: vt in. l. j. ff. si cer. peta. ꝛ licet docto. ibi dicant ꝙ veniat ap-
pel. creditoris. tamen ista prouisio que est odiosa ꝛ irrationabilis
maxime in capitalibus: quia vsurarius non priuatur suo capitali:
ꝛ longe minus mutuās ad tempus: qui potest esse non fenerator.
ꝛ attentis etiam capitulis initis cum dictis hebreis: ꝛ etiam proui
sione facta in fauorem dicti Bonauenture: que sunt supra ponde
rata: ideo non repeto: ideo suadet ratio. ꝙ stantibus predictis di-
spositio ista strictissime intelligatur. arg. regule odia inui. ꝛ. l. ꝙ nõ
ratione

ratione de.ll.cum multis similib⁹. Et maxime: quia dictus cessionarius non est dignus odio: & in eo videtur cessare ratio dicte legis: ideo videtur ꝙ cesset dispositio.l.adigere.§.q̄uis.de iure patrona.&.l.ꝙ dictum.de pactis.&.c.cum cessante.de appel. Et etiã cessant verba cum finis debeat declarari per principium: tum qꝛ ex precedentibus sequentia declarantur.l.si seruus plurium.§.fi.de leg.j.l.heredes palam.§.sed si notam.de testamen.cum simi.tũ maxime: quia sequentia habent necessariam relationem ad precedentia: quia veniunt adijciendo conditionem precedentibus vt aperte denotant illa verba cum hac conditione &c. Ideo cum precedentia loquantur in his qui dederunt &c. ita & sequentia loquantur in creditoribus qui dederunt &c. Potissime etiam: attento qđ tempore cessionis non erat edita dicta lex et cedenti competebat actio illesa. ideo cessat ratio quam adducunt docto. ꝙ vtitur iure cedentis per.l.qui stipendia.C.de procura.cũ similib⁹. ¶ Et alias habemus † ꝙ exceptio competens contra cedentem etiam ante cessionem non competit contra cessionarium ex causa onerosa: vt habetur in.l.apud celsum.§.de auctoris.&.l.sed cũ legitima.de excepti.doli.in.l.doli.de nouati. ista enim exceptio nõ inest rei neqꝫ actioni saltem respectu capitalis: & maxime in acquisitione actionis: ideo &c. vt habetur in dictis iuribus: ex quibus omnibus puto intrepide tenendum: ꝙ dicta lex nullatenus obstet dicto cessionario: & si singula non prodessent: tamen multa supra ponderata & saltem nonnulla ex eis iuuant: & ideo partes iudicis appel. a laudo sunt in pronunciando male appellatum ex capite nullitatis et ex capite iniustitie appel. & partes iudicis appel. ab vltima sententia interposite per dictum cessionarium sint in pronunciando bene appellatum & male iudicatum: in illis partibus a quibus extitit appellatum: & successiue primum caput sententie: quo pronunciatum fuit laudum fore exequendum subsistere & remanere absqꝫ aliqua suspensione vel modificatione & victũ victori &c. Et hec de primo principali consultationis articulo. Deueniendo ad secundum consultationis articulum illum breuiter expediam: nam ea que concernere poterant vtrũqꝫ articuluꝫ sunt iam sublata: restat respondere ad duo dũtaxat: que hunc dũtaxat respiciunt: et profecto verba dicte conuentionis sunt lata & clara: non enim conuenerunt ꝙ non vterentur saluis conductis per seipsos impetrandis: sed simpliciter saluis conductis impetratis & impetrandis: et per consequens siue impetrarentur per seipsos siue impetrarẽtur ab alijs. † Cum verba ipsa sint generaliter prolata: ideo generaliter intelligenda sunt.c.quia circa.de priuileg.l.j.§. et generaliter. de lega.prestan.&.l.si pluribus.de lega.ij. Nec a verbis est recedendum.l.non aliter.de lega.iij.cum concordan. Et maxime: qꝛ alias facillime potuisset eludi dicta renunciatio: & ipsimet operari ꝙ saluus conductus per alium pro eis impetraretur & illa renunciatio redderetur elusoria & quodammodo inutilis: ꝙ esse non debet.argumen.l.j.§.excep.in fi.quarum rerum actio non detur.&.l.si quãdo.de lega.j.&.c.commissa.de elec.lib.vj. fraudibus autẽ est obuiãdum.l.in fundo.in fine.ff.de rei vendica.c.quãto.de diuor.cum similibus. vnde non debet dicta conuentio interpretari tantum de saluis conductis interpretandis ab eis: sed generaliter prout verba sonant: a quibus nõ est recedendum: maxime ne detur occasio fraudis adhibendi & reddendi ludibrio dictam conuentionem renunciatiuam saluis conductis per iam dicta: & satis est verisimile ꝙ in casu isto ipsimet fuerint causa impetrationis & fuerit quidaꝫ color quesitus: quia iudei qui mutuant sub fenore multum de facili inueniuntur: ideo inuenissent qui sine saluo conductu mutuassent: & est verisimile ꝙ inuenirent: & mihi persuadeo: ꝙ dictus Bonauentura si ex non vsu dicti salui conductus dãnificaretur cõmunitas montispolitiani releuaret eam illesam supplendo defectuꝫ dictorum Guilielmi filiorum: itaqꝫ mihi persuadeo ꝙ non versetur interesse communitatis predicte. Et satis est ad propsituꝫ: ꝙ dicti Guilielmus aut eius filij nequeunt aduersus dictum Bonauen. vti dicto saluo conductu propter eorum conuentionem si cõmunitas montispolitiani pretendet aliquod interesse: ipsa habebit opponere & docto de interesse releuabitur per dictum Bonauenturam: qui prout mihi asserit non intendit litigare cum dicta communitate mõtispolitiani: licet posset instare ꝙ dicta impetratio fuerit subreptitia et facta in fraudem: vt deprehendi potest ex superius dictis: super quibus me non extendo: quia non est intentus preiudicare dicte communitati: sit autem conclusio. qđ dicti Guilielmus & filij possunt exigi et conueniri florentie: nec possunt iuuari beneficio dicti salui conductus conueniri posse florentie: intelligo vel ratione domicilij: vel quia conuenerunt posse ibi cõueniri vel alia ratione iuridica: de quo non queritur. Sed solũ vtrum obstet saluus conductus. Laus deo.

¶ Summariũ super consilio.xlvj.

1. ☞ Conuentiones partium obscure quomodo resoluantur.
2. Subrogatum sapit naturam sui subrogati.
3. Mens preualet verbis.
4. Equitas rigori prefertur.
5. Locupletari nemo debet alterius iactura.

¶ Consilium.xlvj.

REpetito diuino numine. ¶ Multum confuse fuerunt conuentiones de quibus agitur: & male fuerunt explicate intentiones contrahẽtium. & in his super quibus vertitur dubitatio: & alio puncto ex quo multe lites emanarunt: & quantum pertinet ad presentem consultationem clarissimus vtriusqꝫ iur. doctor dominus Pet. de vbaldis pater & dominus meus: plurimum quidem egregie elaborauit: nã interpretationem & verborum et mentis contrahentium coniungendo & concordando mentem: & verba itaqꝫ mihi de subscriptione requisito incumbit paucius vti & conclusiue incedere. et † quia vltima conuentio dependentiam habuit a prima: & ad primã vltimo loco se refert: ita ꝙ ex illa prima pendet plurimum interpretatio prime & secunde. vt in aut. de filijs ante dotem instru. natis. & ꝙ habetur in.l.asse toto: et in.l.institutio talis.de here. insti. prout & hoc tangit dominus consulens: ideo circa primam conuentionẽ poterat verti dubitatio & in facto & in iure: ꝙ vltimum pactum ex dubitatione pacti resultat: si enim illa duo quinta que in dotem cõcedebantur ascendebant ad valorem mille florenorum res erat plana: quia illa quinta erant in dotem concessa: & domina Pantasilea ad nihilum fuisset obligata: nec etiam ipsa domina Bianciola vel sui heredes. & iste casus non occurrit cum presupponat dominus consulens presupponi in puncto: ꝙ non ascendebant ad dictum valorem mille florenorum dicta quinta: ꝙ & satis deprehenditur ex vltima cõuentione in qua fatentur partes: ꝙ pro residuo dotium predictorum quatuor millium floren. debebatur quantitas.ccclxx.flo. certe si illa duo q̄nta erant estimationis mille florenorum non debebatur quicq̄ in quãtitate: sed pro illo residuo debita fuissent bona pro condecenti estimatione.ccclxx.florenorum. & si ex aduerso diceretur si mille debebantur post mortem & ad dominam Biãciolam incumbebat onus solum soluẽdi.dc.flore. quare se obligauit in vita ad soluẽdum.ccccxxx.flore. & sic plus tempore iuxta.§.plus.&.§.tempore.insti.de ac. & etiam plus quantitate: quia promisit.xxx.flore. vltra summam.dc.flore. potest responderi ꝙ ea fuit verisimilis ratio: quia ꝓ parte Mariani & Ualmarij poterat allegari & verti in disceptationem ꝙ illis duobus quintis nõ ascendentibus ad valorem et estimationem mille floreñ. illa mille erant promissa loco pene: ita ꝙ forte instabant habere iura duorũ quintorum iam absolute concessorum in dotem: et etiam mille in penam false assertionis & promissionis: ꝙ erant estimate mille flo. Cum verba videantur in hãc intelligentiam tendere & dicte Biãciole vidue: que habebat cum talibus viris litigare intererat litib⁹ non vexari.l.minoribus.xxv.annis subuenitur.ff.de mino. nõ mirandum si ipsa noluit se obligare ad certam summam certo tempore resoluendã: vt a tali dubitatione & vexatione releuaretur: vt sic declararet solum quatuor milia deberi: & pro residuo.4000.solũ deberi.ccclxx.flore. prout satis plane patet declaratum per vltimam transactionem: adeo ꝙ licet nonnulli impingant Petro quare in dicta transactione promiserit pro domina Biãciola floreñ.dcxx. floreñ. Ego quidem nihil ei impingendum arbitror. Cum itaqꝫ in dictis quintis non esset valor mille floreñ. Et partes conuenerint pro dictis quintis deberi mille floreñ. soluendos per dominã biãciolã intra quadrienniũ pro rata.dcxxx.flore. & pro residuo.ccclxx. souendos prout solui debebant vigore primi instrumenti: & vigore primi instrumenti ad dominam Pantasileam spectabat soluere quantitatem.cccc.floreñ. post mortem suam: restat in consequẽtiam ꝙ ad dictam dominam Pantasileam spectat solutio dictorum.ccclxx.floreñ. post mortem suam. & si dicat: si ita est quare erat opus rem hanc remittere consilio domini Pet. cum consilio sapientis habeat remitti res dubia: nõ res clara. argumen. eius quãdo habetur in.l.ancille.C.de furtis.&.l.j.C.de relati. et.l.ꝙ labeo. ad carbo. si enim presupponebatur deberi mille pro dictis quĩtis & deberi post mortem dictarum dominaruꝫ prout presupponitur: cum dominus Pe. ƀm verba dicte conuentionis haberet consulere: qualiter dicti.ccclxx.floreñ. deberentur per heredes dictarũ dominarum post earum mortẽ: ita ꝙ non habebat consulere an deberentur nec an deberentur in vita: sed habito pro constanti ꝙ deberentur post mortem qualiter debebant solui per heredes dictarum dominarum. respondetur ꝙ videbatur inconueniens: prout & reuera esset: ꝙ dicta Bianciola que volebat dare pro dotibus dictarum suarum neptum: illa duo quinta rehaberet illam quintam si forte ascendissent ad valorem.dcccc.floreñ. vel.dccccxcix. & domina Pantasilea solueret.cccc.floreñ. ideo habuisset tunc dominus Pe. consulere: prout & nunc consuluit: ad quam effectualiter pertinet solutio dictorum.ccclxx.floreñ. nam ex quo dicti mille flore. subrogabuntur in locum illorum duorũ quintorum. Et † subrogata assumunt naturam eorum in quorũ locũ subrogantur: vt.l.si eũ.§.qui iniuriarũ.cum concordantijs prout domina Bianciola soluebat de suo bona dictorum quintorum: & non domina Pantasilea que nihil incõmodi sentiret: si estimatio dictorum quintorum

ascendisset ad mille: ita ⁊ non sentiat effectuale incommodũ quatenus estimationes dictorũ bonorũ ascendunt: vt sic idem iure sit de toto ad partem. ar. l. que tota. de rei vẽ. ⁊ l. qui scit. de vsur. et. c. pastoralis. §. siquis cum totum. de offi. delega. Et ne sequatur iniquum ⁊ quodãmodo absurdum: ꝙ defectu valoris vnius flore. dicta domina Pantasilea dãnificaretur in. cccc. flore. ⁊ dicta domina Biãciola lucraretur bona estimationis. cccxxix. flore. ꝙ esset penitus alienũ ab omni equitate ⁊ mente cõtrahentiũ. ¶ Et pro-
3 fecto † mens preualet verbis. l. in conuentionalibus. de verbo. sig. l. cum virum. C. de fideicõ. l. in conditionibus primũ locũ. de cõdi. ⁊ demon. ⁊. c. intelligentia. de verbo. signi. cum simi. ¶ Et simili-
4 ter † equitas preualet rigori. l. placuit. C. de iudi. ⁊ l. j. C. de legi. iõ dominus Pet. habuisset tunc consulere: ꝙ heredes Biãciole seu Bianciola tandẽ in dictis. ccclxx. flore. cõtribueret quatenus ascẽdebat valor bonorum ⁊ dicti Marianus et Valmarius habebat executionem facere in bonis domine Bianciole ſm dictam declarationem per illam clausulam que subditur: ſm qđ consiliũ dictus Marianus ⁊ Valmarius accipere de bonis ipsarum dominarum Bianciole ⁊ Pantasilee post mortem ipsarũ possint: prout ĩ dicto consilio dispositũ fuerit: cui consilio ⁊c. Decet itaqꝫ equitati ⁊ mẽti ꝯhẽtiũ: ꝙ q̃tenus ascẽdit estimatio dictoꝝ duoꝝ q̃ntoꝝ onus dictoꝝ q̃ntoꝝ spectet ad hẽredes dicte Biãciole. ⁊ de residuo due ptes cedant effectualiter dãno heredum dicte Bianciole: ⁊ tertia pars dicti residui cedat dãno heredũ domine Pantasilee: tamen quia dictis Mariano ⁊ Valmario nõ promisit domina Bianciola nisi sexcentos flore. ⁊ domina Pantasilea promisit quadringẽtos predicti Marianus ⁊ Valmarius non possunt dictos. ccclxx. flore. petere nisi contra dominam Pantasileã: ab ea ergo seu ab eius heredibus petere habent dictos. ccclxx. flore. ne fraudentur eorum dotibus: ⁊ ita satisfit verbis contractus: ⁊ hoc respectu⁊ menti cõtra-
5 hentium ⁊ equitati. Tamen † quia dicta Bianciola vel eius heredes non debent lucrari cum iactura domine Pantasilee vel eius heredum. l. nam hec natura. ff. de cõdi. inde. ⁊ l. siquis mãcipijs. §. penul. ff. de insti. ⁊ l. illicitas. in princ. versi. item ne quis iniustũ locum. ff. de offi. presi. qui enim vult lucrari cum aliena iactura dolo facit. dicit text. in. d. §. pe. item cũ dicta Bianciola assumpserit onus dotandi dictas suas neptes de dictis duobus quintis. ⁊ ipsa promiserit ꝙ valor dictorum duorum quintorum erat mille flore. dicta Pantasilea videtur intercessisse pro dicta Bianciola: ideo casus iste est similis casui duorum reorum in quibus ille ad quẽ negocium principaliter spectat habet resarcire ⁊ seruare indẽnẽ aliũ reum debendi ad quẽ non spectat negocium: prout tangit dominus consulens in secũdo. ar. adducto pro prima parte. non repeto ideo idem sit in casu isto hoc respectu: similiter ⁊ in quo viget eadẽ ⁊ forte maior ratio cum de similibus idem sit iudiciũ. c. inter ceteras. de rescrip. l. non possunt. ff. de. ll. ⁊ vbi eadem ratio idem ius. l. illud. ad. l. aqui. ⁊ l. a titio. de verb. obli. cũ si. Et licet in duob⁹ reis debendi fiat discussio ⁊ diuisio: vt in aut. de reis promittendi. §. j. ⁊ per totuꝫ. ⁊ in aut. hoc ita. C. de duobus reis. tamẽ in casu isto hoc contingere non põt: quia hic quelibet se obligauit ad certam summã: ita ꝙ nõ potest vna conueniri nisi ad quãtitatem cõtentam in sua promissione: ibi non quelibet poterat conueniri insolidum ex natura cõuentionis: sed per nouas constitutiones datur eis beneficium diuisionis ⁊ discutionis: in hac ergo parte non cadit similitudo. sed ꝙ vna censeatur quodãmodo intercedere pro altera quatenus negocium spectabat ad illam cadit similitudo: ⁊ idẽtitas rationis. merito his respectib⁹ resultet eadẽ iuris dispositio: ⁊ sic sit ꝯclo: ꝙ dicta dña pãtasilea post mortẽ suã teneaẽ ⁊ ꝯueniri possit ad dictos. ccclxx. flore. dictis Mariano ⁊ Valmario: ⁊ ab eis cõueniri possint eiusdem domine Pantasilee heredes: tamẽ debeat resarciri dictis heredibus domine Pantasilee quatenus ascẽdit valor dictorum quintorum vltra summã. dcxxx. flore. item de residuo due partes: ita ꝙ onus effectuale dicte solutionis sit tertie partis residui qđ restat supra valorem bonorum: cum bona ipsa remanserint apud heredes domine Bianciole. ⁊ licet dominus consulens non ita explanet: tamen ita intelligit prout ⁊ ab eo habui ⁊ prout innuunt eius verba dum in consilio presupponit quintorum illoꝝ estimationẽ ascẽdere ad q̃titatẽ. dcxxx. florenoꝝ. Laus deo.

¶ Summarium super consilio. xlvij.

1 ☞ Substitutio pupillaris si in pupilla. etate decesserit censetur pupillaris. nu. 5.
2 Substitutio pupillaris dicitur filij testm̃.
3 Testati causa excludit causam intestati.
4 Substitutio pupillaris nõ dicitur fideicõmissaria.
6 Substitutio compendiosa facta pupillo quando dicatur pupillaris ⁊ quando non.
7 Succedat verbum dicitur cõmune directum non importãs substitutionem. nu. 13. ⁊. 14.
8 Communia verba in dubio interpretanẽ vt directa.
9 Communia verba quando adiunguntur verbo directo ciuili dicũtur directa.
10 Negatum videtur de alio vbi duo premittuntur ⁊ de alio asseritur et econtra.
11 Fratres consanguinei ⁊ vterini cõcurrentes quomõ succedant.
12 Cõmune verbũ adiectum certe rei nunq̃ trahitur ad vniuersalem substitutionem.
15 Directum verbum vt heres qñ demonstratiue apponitur nõ alterat naturam verbi cõmunis.
16 Substitutio fideicõmissaria facta psonis quib⁹ legitima debeẽ qñ vitiatur vsqꝫ ad cõcurrentem quãtitatem legitime.
17 Clausula si non valeat iure testamẽti valeat iure codicillorũ quid operetur.

¶ Consilium. xlvij.

In noĩe dñi nr̃i iesu christi.

1 ¶ Videtur prima facie dicendũ † ꝙ dicta substitutio sit interpretãda pupil. cum sub conditione si in pupil. etate decenerit facta fuerit substitutio: prout. l. reassumam. ⁊ per con-
2 sequẽs succedat dicta Carmelia tãq̃ pupillariter substituta † cum pupillaris substitutio cẽseaẽ testm̃ filij. l. patris ⁊ filij testm̃. de vulg. ⁊ pupil. ⁊ l. ij. §. quisquis. ⁊. §. interdũ. e. ti. ⁊ l. papi. §. sed nec impu-
3 beris. de inoffi. te. Et † cã testati excludit cãm intestati. l. anteq̃. C. cõia de succes. ⁊ l. q̃ diu. C. qui admitti. ⁊ l. q̃ diu. ij. ff. de acqui. heẽ. Et ideo substituta pupillariter excludit successorem ab intestato: prout ⁊ probaẽ in. l. in te. C. de testa. mili. ⁊ l. heres instituta. ⁊ l. precibus. C. de impub. ⁊ alijs substi. ⁊ est clarissimũ. Solũ aũt est exitã-
4 dum vtrũ sit pupillaris substitutio an fideicõ. † Si eñ esset fideicõ. deuolvereẽ hereditas ad successores ab intestato: q⁊ ꝑ substitutionẽ fideicõ. succeditur testatori nõ filio cui fit substitutio. l. coheredi. §. cũ filie. de vulg. ⁊ pupil. iõ filio succediẽ ab intestato: ⁊ ab ĩtestato successores detrahũt ex ꝑsona filij legitimã ⁊ trebellianicã si est heres vniuersalis. c. Ray. ⁊. c. Raynaldus. de testa. ⁊. c. si pater. e. titu. lib. vj. ⁊. d. l. precib⁹. itaqꝫ dicta Carmelia haberet fideicõ. petere aduersus heredes ab intestato detracta omni quarta que deberet detrahi: legitima aũt est tertia totius cum vna remanserit: filia autẽ nouissima. C. de inoffi. test. Si itaqꝫ in bonis testatoris erant sexcẽti ducati vel plures: seu bona eiusdẽ estimationis non potuit in dictis. cc. ducatis onerari. l. qm̃ in prioribus. C. de inoffi. testa. ⁊ c. prealle. ita ꝙ tunc dicta bona dicte vincentie essent ab intestato deuoluta parentibus pro virilibus portionibus: sin autẽ interpretatur substitutio pupillaris omnia bona deuoluerentur ad domi-
5 nam Carmeliam substitutam per predicta. ¶ Qđ aũt † sit cẽsenda pupillaris videtur dicendum ex pluribus. ⁊ primo: quia in dubio substitutio quando potest conuenire verbis ⁊ ꝑsonis est interpretanda pupillaris ⁊ non fideicom. prout dicit tex. in. c. si pater. de testa. in. vj. ⁊ in. d. l. in te. C. de testa. mili. ¶ Qđ maxime est dicẽdum
6 qñ est facta substitutio sub cõmemoratione pupillaris etatis † q⁊ substitutio cõpendiosa facta sub dinumeratione etatum: vt quia dicat si decesserit in pupil. etate vel postea quandocũqꝫ talẽ substituo interpretatur pupillaris etiam vbi alias interpretareẽ fideicõ. prout cõcludit glo. magna in. d. l. precibus. quã in hac parte sequũtur doc. ibi ⁊ in. l. centurio. ff. eo. titu. ⁊ in. d. c. si pater. ⁊ in. d. c. raynu. Cum itaqꝫ dicte vincentie fuerit substituta carmelia sub conditione: si decesserit in pupillari etate vel postea: quandocũqꝫ videẽ ꝙ sit interpretanda pupillaris ex quo dicta vincentia filia in potestate decesserit in pupillari etate. ⁊ sic pupillaris substitutio conue-
7 niat qualitati persone et videatur etiam conuenire verbis: † cum verbũ succedat sit verbũ cõmune: prout dicit Bar. circa fi. in. l. centurio. de vulg. ⁊ pup. per tex. in. d. c. raynu. ⁊ idẽ tenet Bal. in. d. c. si pater. ⁊. d. Jo. an. ibi tenet ꝙ est directũ. ⁊ Bal. in. l. fi. C. de sa. san. eccle. dicit ꝙ est directum si refertur ad personã heredis cui fit substitutio aut refertur ad bona testatoris. ⁊ tunc est contra ſm eum. Sed non multũ refert ad propositum nostrũ: quia parum differũt verba cõmunia ⁊ verba directa iurisgentium: prout voluit Barto.
8 in. d. l. centurio. ¶ Et etiã † verba cõmunia in dubio interpretanẽ vt directa sustitutionẽ inducũt per. d. c. si pater. in generali ratiõe sui: et probatur in. l. iam hoc iure. ⁊ l. lucius. de vulg. ⁊ pupil. et per docto. in. d. l. centurio. ⁊ in. d. l. precibus. ⁊ in. d. c. raynu. ⁊. d. c. si pater. ꝙ maxime videtur dicẽdum in casu nostro si legitima dicte vincentie ascendit ad dictos. cc. ducatos: vt quia dictus testator haberet in bonis. dc. ducatos. nã si interpretaretur fideicõ. non valeret per. d. l. quoniã in prioribus. cum actus debeat interpretari vt valeat: non vt pereat. l. quotiens in actionibus. ff. de rebus dubijs. l. quotiẽs in stipulationibus. de verb. obli. c. si papa. de priui. lib. vj. cũ similibus. ⁊ maxime cũ dicat ꝙ voluit valere oĩ meliori modo ⁊c.
9 ¶ Item ex alio videtur interpretanda directa † quia qñ verbum cõmune adiũgitur verbo directo ciuili interpretatur directa etiã vbi aẽs esset dubium: puta quia dicit testator substituo talem heredem: tunc enim assumit naturam directi cui adiungitur: prout voluit post Nico. de mat. ⁊ Bart. Bal. in. d. l. precibus. in pe. car. Sed in casu nostro in substitutione est verbum succedat etiam adiũctũ verbũ heres ꝙ est directũ ciuile. l. verbis ciuilibus. de vulg. ⁊ pupil. prout ⁊ verbũ instituo que duo sola verba sunt magis directa q̃ alia: ⁊ apud legistas appellantur directa ciuilia ⁊c. per. d. l. verbis ciuilibus

ciuilibus.et Ioan.and.in dicto.c.si pater appellat verba directa directo: dixit enim testator succedat domina Carmelia heres vniuersalis merito propter verbum ciuile heres verbum succedat importet directam substitutionem. ¶ His tamen minime obstantibus contrarium arbitror de iure respondendum: nam aduertendum est: quod testator in suo testamento disposuit quod restituerentur dicte vincentie eius filie centum nouem ducati. Et continuando sermonez nihilo intermedio subiunxit quod instituebat heredem dictam Uincentiam in ducentis ducatis: et sic continuato sermone disponit primo de centum decem ducatis tanquam bonis debitis ipsi Uincentie: deinde de ducentuz ducatis de bonis ipsius testatoris: et immediate subiunxit: quod dicta Carmelia succedat in dictis.cc. ducatis si dicta Uincentia decesserit in pupillari etate vel postea quandocunque. Et ex quo continuato sermone premittit de duabus summis. Et sub conditione disposuit quod dicta Carmelia succedat in summa ducentorum satis apparet voluntas testatoris: quod voluit quod

10 Carmelia succederet in alijs centum decem ducatis: † quia vbi duo premittuntur et de vno asseritur: de alio censetur negatum et econtra.c.nonne.de presump.l.cum preter.ff.de iudi.l. siquis ex argentarijs.§.prohibet.de eden.quod et iuuatur coniectura satis vrgenti: quia ex quo dicta Uincentia habebat auum et auiam ex latere matris: et auiam ex latere patris: et habebat seu habitura erat bona prouentura a patre testante: et bona prouenta immediate a matre et mediate: prout arbitror ab auo materno equitas suadebat quod bona ipsius testatoris post mortem filie deuenirent potius ad matrem testatoris quam ad preteritum socerum vel socrum: et bona prouenta a matre et forte profecta ab ipso auo materno reuerterentur ad ipsum auum maternum vnde profecta fuerunt: et hac ratione coniecturandum est quod motus fuerit dictus testator quod satis fuit rationabile: cum alias videamus quod similibus consideratione

IN nome dñi nostri iesu christi. ¶ Viso themate et perfunctorie transcurso processu: quia causa est breuis et meo iudicio res est clara: ideo breuiter rem absoluam. 1 †Constat enim quod dos per mulierem regulariter non petitur constante matrimonio nisi propter inopiam habentis eam soluere. l. ij. in prin. et. l. si constante. in princi. ff. solu. matri. et. l. vbi adhuc. C. de iure dotium. et. l. vnica. §. ex actio. C. de rei vxorie actione cum similibus. Et cũ hoc concordat tenor instrumenti super quo fundatur hoc iudicium. 2 Item constat †q̃ actio dande dotis est regulariter mariti. argu. l. doce ancillam. C. de rei ven. et. l. si pro te. C. de do. promis. 3 Item constat: †q̃ ex contractu conditionali pendente conditione nulla oritur obligatio. l. cedere diem. de verbo. sig. et. l. q̃ si pendente. ff. de cõditio. inde. Et ideo pendente conditione agi non potest. quia sine actione nemo experitur. l. si pupilli. §. videamus. ff. de nego. gest. 4 et. l. nam postea. in princ. ff. de iureiuran. et. l. hoc iure. de vb. obli. † Et licet ex forma statuti instrumenta guarentigiata habeant executionem paratam tamen instrumenta conditionalia non merentur executionem ante euentum conditionis quinimmo nec anteq̃ cõstet purificatam conditionem. ar. dicta. l. hoc iure prout not. Bald. in. l. cum te. in fin. C. de manu. te. non enim antea instrumentum est liquidum. Et huiusmodi statuta verificantur solum in instrumentis liquidis prout dicit Bartol. in. l. proinde. ff. ad. l. aqui. facit ad predicta. l. fulcinius. §. si in diem. ff. ex quib. cau. in pos. eatur. vbi tex. dicit q̃ nihil interest q̃ quis non sit debitor vel sit debitor sub conditione propter q̃ exigi non possit. Cum itaq; dicta dos sit promissa mulieri seu alteri pro ea recipienti sub conditione si matrimonium soluetur vel si angelus et Leonardus vergerit ad inopiam vel male ipsorum negotia pertractarent nec dictũ matrimonium est solutum Nec deducitur q̃ angelus nec q̃ leonardus vergerint ad inopiam seu male eorum negotio pertractarent nec q̃d euenerit casus restituende dotis in quem casum est factum dictum instrumentum. idcirco euidenter apparet q̃d non potuit nomine dicte ludouice peti executio dicti instrumenti prout petita fuit quinimmo nec potuisset agi via ordinaria ex quo dicte domine Ludouice cuius nomine petitur nulla competit actio non purificata conditione contractus seu non apparente purificatione cõditionis per supra deducta. et quidem predicta sunt clara et ꝓcederent etiam si per testes probaretur q̃. d. angelus percepisset. xxv. floreñ. pro dicta dote domine ludouice super quo deponunt tres testes qui tamen non probant: quia vt ex eorum attestationibus deprehenditur sunt singulares et testibus singularibus non adhibetur fides. c. cum dilecti. de elec. et. c. tam literis ibi solis de testibus cum si. Quinimmo dicit Bald. in. l. edicto ante medium. C. de edicto diui allegando Bart. in. l. celsus de vsucapio. q̃ prout non creditur testibus singularibus: ita non creditur testibus qui possunt esse singulares et contestes. et idem vult ipse Bald. in. c. bone õ elec. et in. l. testium. C. de testi. vbi adducit not. per Guiliel. de cuno et dicitur idem tenuisse. d. Antonium in. d. c. cum dilecti. preterea dicti testes non deponunt de actu receptionis dicte quantitatis: sed 5 de confessione angeli facta absente dicta. d. ludouica. †Et confessio facta absente parte non probat. l. certum. §. siquis absente. ff. de confess. et. l. fi. ff. de interrog. acti. Ideo non prodest dicte ludouice licet non videatur sibi necessaria alia confessio vel probatio receptionis stante tenore instrumenti nec dicte attestationes ꝓbarẽt in fauorem leonardi si peteret dictam q̃titatem: tum propter singularitatem testium: tum quia saltem duo ex dictis testibus non 6 deponunt de presentia leonardi. ¶ †Et ex quo dictus angelus seu eius heredes sunt sub conditione obligati restituere dictã dotem dicte domine ludouice non tenetur q̃titatem quã recepit de dicta dote restituere leonardo nisi sibi caueretur q̃ non cogeret soluere dictam dotem eueniente cõditione per. l. si filia. §. j. vers. integram. ff. familie her. et vigore dicti instrumẽti iuncto alio instrumẽto ꝓmissionis. xxv. floreñ. de quinquaginta confessatis in instrumẽto dotali de quo in themate non probatur dictum angelum recepisse q̃titatem. xxv. floreñ. sed solum medietatem dicte quãtitatis. arg. l. reos. §. cum in tab. ff. de duobus reis et. l. si mihi et titio. in princi. cum si. Idcirco etiam prestita cautione. de qua. s. non posset dictus

leonardus alio nõ docto petere ab heredibus dicti angeli vltra quãtitatem .xij. floreñ. cum dimidio licet ista disceptatio nõ fuisset necessaria in hac causa que fit noĩe ludouice non noĩe leonardi cõcludo. Igitur ex iam dictis q partes iudicis debẽt esse in pronũciãdo dictũ instrumẽtum nõ fore exequendum et p parte dicte dñe Ludouice inepte fuisse actũ et absoluendo reos conuentos et victũ victori in expensis condẽnando. Laus deo.

Summarium super cõsilio .cxiij.

1 Possessio et dominium rei donate transfertur in donatariũ donatore sibi vsumfructum retinente. nu. 4.
2 Usufructuarius naturaliter possedit.
3 Possessionem ciuilem habere dicitur proprietarius.
5 Possidere presumitur quilibet secundum vires tituli sibi facti.
6 Precarij constitutio transfert ciuilez possessionem.
7 Possessorio retinende agens quibus possit tueri.
8 Possessorio dicitur quis turbatus sola iuris negatiua super illo in iudicio siue extra.
9 Negatiuam licet probationis fundamentum sit non tenetur creditor probare.
10 Donatori probandi onus incumbit conuentorum non adimpletorum per donatarium.
11 Probationem precisam et concludentem non requirunt difficillia iura in probando vt fieri solita inter domesticos. idem in crimine adulterij. idem in filiatione.
12 Filius natus in domo viri et vxoris presumitur legitimus.
13 Antiqua facta non requirunt concludentem probationem. idem in confinibus probãdis. idem in delicto symonie seu vsure.
14 Domestici probant ea que fiunt in domo.
15 Confessio facta absente parte valet iure canoñ.
16 Confessio facta absente parte iure ciuili simiplene probat.
17 Solutio per quem fiat non refert.
18 Pacta siue conuentiones seruanda minime sunt nõ seruanti.
19 Resolutio contractus secuta traditione non fit sola conuentione: sed requiritur retro traditio.
20 Probare debet donatari⁹ ad cõtract⁹ resolutionẽ: verbuz noluit.
21 Noluit verbum quid importet.
22 Ignorans non dicitur velle aut nolle.
23 Resolutionem contractui quando non dat pena ipso iure.
24 Resolutio contractus est quid facti.
25 Actio personalis non transit in singularem possessorem.
26 Restitutio in integrum datur lesis iusta ignorantia.

Consilium .cxiij.

In nomine domini nostri iesu christi. Circa primum consultationis articulum dicendum videtur q pro parte dicti pauli sint probata incumbentia de obtinenda victoria possessorio retinende per euz intentato. Nam † constat q per reseruationem vsufructus factam a donatore in re donata quam possidet tẽpore reseruationis trãsfertur possessio: et dominium rei donate in donatarium. l. quisqs. C. de donationibus. iũcta. l. traditiõibus. C. de pac. † Usufructuarius enim possidet naturaliter et non ciuiliter omẽs enim tenent qd ciuiliter non possidet vsufructuarius. † Sed possidet ciuiliter proprietarius. q autem naturaliter possideat vsufructuarius cõmuniter tenetur licet quidam contra. l. naturaliter. in princi. ff. de acqui. pos. et. l. iij. §. vnde vi. ff. de vi et vi armata. Idcirco cum psupponatur quod dictus venantius donator tẽpore donationis possideret bona de quibus agitur. † Per reseruationem vsufructus fuit translata ciuilis possessio in blasium donatarium et insuper p alios actus qui presupponuntur in themate. et licet possessio blasij non transiuerit in angelum eius heredem per apprehensionẽ hereditatis per. l. cum heredes. in princi. ff. de acqui. here. tamen per culturam recollectionem fructuum dictorum bonorum factam a dicto angelo probatur eius possessio. l. titia et que ibi habentur. ff. de solutio. † Et presumitur possedisse vigore dicte donationis et sic ratione tituli precedentis. arg. l. ij. C. de acqui. pos. et. l. j. C. de ipo ponenda lucratiuis descriptione lib. x. Et ex quo presupponitur q ipse habuit instrumentum dicte donationis et sic notitiã ipsius donationis maxime ex quo illud habuit sine. c. reseruationis vsufructus et sine promissione alimentorum. ex quo dictus angelus vẽdidit dicta bona dicto paulo et constituit se precario nomine dicti pauli possidere transtulit in dictum paulum ciuilem possessionem quam habebat. † Quia per constitutionem precarij transfertur in emptorem possessio saltem ciuilis. ff. de precario. l. et habet. §. eũ q. e t. ff. de acqui. pos. l. interdum. in princi. et in. §. fin. et ibi per Bart. et doc. † Et per cõsequens dictus paulus probat principale requisitum in possessorio retinende q intentauit. s. suam possessionẽ in qua non est turbandus vt habetur per Innocen. et doct. in. c. lz causam. de proba. et per Barto. in. l. j. §. hoc autem interdictum et in. l. si duo. in princi. ff. vti possidetis et quasi per totum illum titulum. † Probatur etiam aliud requisitum ad victoriam in dicto possessorio videlicet q ipse paulus turbatur in eius possessione negando in iudicio et extra ipsum paulum aliquod ius habere: et cõsequẽter non habere in eis possessionem sed dicta bona ad ipsos aduersarios pertinere etiam iure possessionis: qz per talem negationem maxime factam in iudicio possessor agens hoc interdicto vti possidetis censetur turbatus: et talis turbatio sufficit in huiusmodi interdicto prout voluit Barto. in. l. si prius in quinta oppositione. ff. de noui ope. nũcia. et Bal. in addi. Spec. in. §. vj. in versi. lxv. versu si emphyteota et in sua disputatione accusatus de vi turbatiua. et in. l. ordinarij. versi. deinde queritur ago contra te. C. de rei vendicatione et in. l. non ab re. C. vnde vi. et facit q notat idem Barto. in. d. l. j. §. hoc autem interdictum vti possidetis. Ex quibus deducitur q dictus paulus pbando predicta debet obtinere sniam qd non turbetur in sua possessione sed sibi liceat possidere absqz turbatione et c. Deueniẽdo autem ad secũdum iudiciũ reconuẽtionis videtur prima facie dicendum. q dicto Angelo incumbat on⁹ probandi dictum blasium donatarium obseruasse ea que promisit dicto venantio et sic sibi subuenisse in cibarijs et medicinis omibus ipsius blasij expensis: nam quãdo quis est obligatus alteri aliquid dare vel facere sub pena incumbit sibi onus probãdi affirmatiuam hoc est impleuisse illa q tenebatur. † Et non tenetur creditor probare negatiuã licet sit fundamentum sue intẽtionis ista est theorica bart. Et doct. in. l. in illa et. l. hoc iure. de verb. oblig. et doc. in. l. ij. C. de iure emphyteotico per not. per glo. ibi q et tenent hos. et doc. in. c. super his. de accusa. et est cõis indubitata opi. idcirco videtur q ad dictum blasium seu eius heredem incũbat onus pbãdi se subuenisse et c. Et non dicto venantio seu habenti causam ab eo: alias censeatur cõmissa pena resolutionis dicte donationis: sed non videtur q sit probatũ q dictus blasius obseruauerit pmissa. nam licet dictus venantius se laudauerit de dicto blasio dicẽdo et asserendo dictum blasium gereret et gessisse erga dictũ venantiũ tãq bonus filius erga proprium bonũ patrem. ideo videtur q sit resoluta donatio per. l. j. C. de dona. que sub modo. Ex quibus videtur q in causa recõuentionis partes iudicis sint in pronunciando in fauorem dictor martini et francisci pretendentiũ causaz a dicto venãtio cõtra dictum paulum pretẽdentem cãm a dicto angelo. non enim requirit aliqua citatio ad commissionẽ pene: qz iure nõ cauetur: et quia recõuenientes successerũt in locũ venãtij videtur q put venãtius poterat petere resolutionem dicte donationis: ita et possint petere dicti eius successores presertim facta resolutione ipo iure. His tamẽ non obstantibus cõtrarium puto de iure rũdendum. ad cuius rei euidentiã premitto: † q quis censetur alimẽtatus ab eo cui incũbebat onus alimẽtandi. l. fi. C. de alimentis pupillo prestãdis. per quẽ tex. Bar. in. l. cum seruus. de verb. obli. tradit theoricam q quando reperitur factum aliquid q requirit impensam presumitur factum ab eo et expensa ipsius qui erat obligatus illud facere q et tenent Bald. et Saly. in. d. l. fi. de alimen. pupil. prestan. Item pmitto: † q prestatio cõtinua alimentorum inter habitantes in eadẽ domo est difficilis ad probãdum: quia non solẽt vocari testes quãdo fiunt continue he impense. Et in his que fiũt ita difficila in probando iura nõ requirunt precisam et concludentem probationem: sed satis est probare per aliqua media per que sit verisimilitudo vrgens rem ipsam ita esse pz in probãdo adulterio q est quidam actus sui natura secretus adeo q esset difficile vnqz probare coitum seu copulã nisi per quedam extrema arguentia verisimiliter ipsam copulam puta si testes dicant vidisse amasium cum amasia solos in loco secreto: vel nudum cũ nuda in lecto. vt habet in. c. tertio loco et in. c. literis. de psum. et per bart. in. l. iij. de furti. et habent in. l. capite quinto. de adulte. et no. in. c. preterea cum gs. de testa. sic etiã in probando filiationem ex pte patris que cũ nõ possit precise pbari vt habetur in. l. lutius. ff. de condi. et demõ. iura pmittunt vt sufficiat probari per circunstãtias verisimiliter arguentem filiationem. vz qd fuerit natus ex vxore in domo viri. vt habetur in. l. filium diffinimus. ff. de his qui sunt sui vel alie. iuris. et in. l. si vicinis. C. de nuptijs. † Nam aliter est impossibile probare talem esse filium maxime legitimũ talis. Et maxime si pbaretur ex aduerso q eius vxor et mater illius filij prestabat aliquãdo aditum alijs psonis et tamen nõ obstãte tali pbatione diceret legitime probata filiatio et q sit natus ex viro et vxore pbando modũ de quo supra vt habet notabiliter in. l. miles. §. vxor. ff. de adulte. † Sic etiam ptz in probando factum valde antiquum cũ de sui natura non possit de facili haberi probatio pcise concludens ideo ppter hoc iura tollerant pbationes p modum possibilem licet non pcise concludentem: vt in probãdis confinibus seu iurib⁹ antiquis. vt habetur in c. cum causam. de proba. et in. l. cum aliqs. C. de iure delibe. et in. c. cũ olim. de priuile. et in. c. si papa. eo. titu. in. vj. et q habetur in. l. si arbiter. C. de arbi. sic etiã in probãdo delictũ symonie vel vsure q cõmuniter cõmittunt in secretis p hoies cautelosos. Ideo admittuntur pbationes alias non integre et recurrim⁹ ad cõiecturas. vt habet in. c. ad nostrã. de emptio. et vendi. et. c. illo vos. de pign. et. c. per tuas de symo. et. c. mediatores de testi. in. vj. † sic etiã patet in pbandis his que agunt in domo q non pñt de facili pbari p extraneos. Ideo iura tollerant probationẽ per psonas domesticas imo etiaz p suos

ꝑ suos vbi alias non admitterent. vt habetur in.l.fina.C.de repu-
dijs.⁊ in.l.ij.C.quādo.⁊qui.quar.pars debe.li.xj.⁊ aliasin simili in
c.veniēs el.ij.ad finē de testibus ⁊ multa alia exempla possent po-
ni in iure ad fundamentū huius p̄suppositi in casu autem nostro
ꝙ Blasius donatari⁹ p̄stiterit alimenta dicto venātio vltra p̄sum
ptionem de qua.§.cōcurrunt duo que simul iuncta satis videntur
sufficere ad probandum ꝙ dictus Blasius obseruauerit promissa.
Primum qꝛ vt p̄supponitur dictus venantius tam in vita blasij
ꝙ̄ post eius mortem semꝑ se laudauit de dicto Blasio dicendo et
asserendo dictum blasium gerere ⁊ gessisse erga dictum venātium
tanꝙ̄ bonus filius erga ꝓprium patrem. Si enim noluisset sibi p̄-
stari alimenta ⁊ medelas quas prestare promiserat verisimiliter di
ctus venantius non se laudasset de dicto Blasio prout laudabat.
Nec dictus Blasius se gessisset erga dictum venantium tanꝙ̄ bo-
nus filius erga proprium patrem: quia non est bonus filius q non
vult seruare ea que patri promisit maxime sub iuramento. Et li-
cet filius non teneatur alere patrem nisi in casu necessitatis quan-
do nō se obligauit. Et propterea tunc possit esse bon⁹ dato quod
non alimentet patrem: ⁊ ꝓpterea tunc non sequeretur gessit se vt
bonus filius erga patrem: ergo ipsum alimentauit ꝓut.s̄.debitū.
Incontrarium tamen secus videtur in eo qui recepta donatione
promisit suo iuramento donatorem alimentare per predicta secū-
dum ꝙ magis vrget predictus venātius in instrumento secunde
donationis confitetur ꝙ dictus Blasius obseruauit ea que ꝓmi-
15 serat dicto venantio ⁊ decessit. † Et licet dicta confessio fuerit fa-
cta absente angelo herede pro dimidia dicti Blasij ⁊ cōfessio absen
te parte facta non plene probet.l.certum.§.si quis absente.ff.de cō
fes.⁊ in.l.fi.ff.de interroga.actio.cum sua glo.⁊ per glo.in.l.cum de
indebito.§.fi.ff.de proba.⁊ in.c.si cautio.de fide instru.⁊ in.c.fi.de
confess.⁊ in.l.j.C.eo.titu.tamen de equitate canonica non ciuili te
netur secus. Ad quod allegatur glo.que communiter reputatur
singularis.in canoñ.quotiens cordis oculus.j. q.viij.que videtur
hoc velle.per tex.ibi ⁊ cañ.iuramenti.xxij.q.v.⁊ illam glo. videtur
sequi Joan.and.⁊.d.Anto.de but.in.d.c.si cautio.⁊ illam glo.bal.
in.l.pactum dotali.C.de colla.videtur etiam sequi in.ix.q. dicens
ꝙ per illam gloss.per iuramentum potest queri ius omnibus etiā
absentibus de iure canonico.⁊ idem etiam dixit in quibusdam ad
ditionibus super.decreto.xvj. questio.j.idem reperio allegatū te-
nuisse Pet.de ancha.in.c.j.de iureiuran.ꝙ facit vt confessio iura-
16 ta prosit absentibus de iure canonico. † insuper Barto.in.l.admo
nendi.ff.de iureiuran.loquendo de iure ciuili dicit ꝙ licet cōfessio
facta absente parte non plene probet: tamen probat semiplene: et
idem volunt docto.cōter ibi ⁊ in.c.fi.de confes.⁊ Panor.in.d.c.si
cautio.de quo in.c.fi.de succe.ab intest. Cum igitur concurrat ī ca
su nostro obligatio dicti Blasij de prestando alimenta dicto venā-
tio: ⁊ habitatio continua insimul facta vsqꝫ ad mortem Blasij ⁊ cō
fessio clara et certa ꝙ blasius obseruauit que promiserat. Et plu-
res alie assertiones dicti venantij ꝙ dictus Blasius se gesserat er-
ga eum vt bonus filius erga proprium patrē cōcurrente difficulta
te ꝓbationis videtur satis sufficienter probatum ꝙ dictus Bla-
sius obseruauit conuenta: ⁊ non incidit in penam resolutionis di-
cte donationis propter non obseruantiam promissorum. Et licet
dictus angelus non obseruauerit ignorans dictā ꝓmissionem. Et
propterea forte si promissio non fuisset obseruata per euꝫ nec per
alium inciderit in penam resolutionis contractus de rigore iuris
tamen est aduertendum ꝙ dictus venantius in instrumento secū-
de donationis confitetur ꝙ martinus frater dicti blasij ⁊ coheres
dicti angeli conuenta ⁊ promissa per dictum blasium obseruauit: ⁊
obseruat ⁊ obseruare ⁊ prosequi intendit censetur confiteri qđ fue-
17 rit sibi satisfactum. † Quia non refert per quem debitum soluatur
quia potest solui pro ignorante: ⁊ inuito debitore.l.solutionem et
iudicium.ff.de solu.⁊.l.soluendo.ff.de neg.gest.⁊.l.fi.C.eo.titu. Et
per consequens non videtur commissa pena licet Angelus nō sol-
uerit qđ conuertit. Ex quo soluerat Martinus eius frater ⁊ cohe-
res. Et ex quo dictus venantius tunc fecit nouam donationem de
bonis primo donatis dicto blasio videtur venisse cōtra p̄mam do
nationē quam ꝓmiserat obseruare ⁊ non cōtrauenire ⁊ ab inde in
posterum videtur ꝙ dictus angelus nō esset astrictus ad obseruā
18 tiam cōuentorum: † quia quis nō tenet obseruare cōuētiones non
seruanti.l.cum proponas.C.de pac.⁊.l.quero.§.interlocatoreꝫ.ff.
loca.cum simi. Nec iuramentū tunc ligat.c.peruenit.⁊.c. quemad-
modum de iureiuran.prout gloss.⁊ doct.concordant in dictis iuri
19 bus. † Dato autem sine preiudicio veritatis ꝙ dictus Angel⁹ in-
ciderit in penam resolutionis propter nō obseruantiā tamen reso
lutio contractus secuta traditione nō fit sola conuentione: sed re-
quiritur retrotraditio.l.ab emptione.ff.de pac.⁊.l.nihil tam natu
rale.ff.de regu.iur.⁊.l.j.⁊.ij.C.quando liceat ab emptione recede-
re.ideo dicta resolutio dicte donationis non censetur facta. Nec
obstat dicta.l.j.C.de donatio.que sub modo: quia est aduertendū
ꝙ illa lex est exorbitans ⁊ penalis: ⁊ ꝓpterea duplici respectu re-
stringenda regula in penis: ⁊ regula que a iure cōmuni exorbitāt
20 in sexto cum multis concordantijs. † ideo vt verificet debēt pōde-
rari verba ipsius.l.⁊ qui ex ea nititur debet ꝓbare verba ipius.l.ve
rificari in casu suo.vt no. Jo.an.in.c.j.de homicidio lib.vj.queꝫ re
fert ⁊ sequitur Bal.in.l.si quis non dicā rapere.C.de epis.⁊ cle.et
moderni legentes.idem notant in.l.siquis maior. C. de transacti.
igitur cum in.d.l.imponatur pena resolutionis contractus ipso
iure si quis ꝓmisit alimentare donatorē noluit obseruare ad hoc
vt dicta pena irrogetur requiritur ꝙ verificetur verbum noluit ꝑ
21 predicta. † Verbum aūt noluit importat voluntatē nō implēdi.et
sic differt a verbis non voluit.l.j.§.scientiam.ff.de tributo.⁊.l.nol-
22 le.ff.de acquiren.heredi.⁊.l.eius est velle.ff.de reg.iur. † Sed igno
rans obligationem non habet voluntatem obseruandi vel nō ob-
seruandi.arg.l.nec ignorans.C.de donationi.⁊.l. mater decedens
ff.de inofficioso te.⁊.l.cum aquiliana.ff.de transac.idcirco cum di-
ctus Angelus ignoraret dictam conuentionem nō potest dici qđ
noluerit obseruare ⁊ consequenter nō verificatur dispositio dicte
23 l.j.de dona.que sub modo. † Nec vigore pene contractus que non
inducit resolutioem ipso iure: ⁊ propterea dicti Martinus ⁊ frā-
ciscus in causa reconuētionis habent succūbere cum petant ꝓnun
ciari dictam donationē factam dicto Blasio non valere nec tene-
re ⁊ ipsam esse nullam: ⁊ nullius valoris.⁊ dictum Blasium cecidis
se a dicta donatione propter pacta in ipsa apposita non seruata ꝑ
dictum blasium dicto venantio: ⁊ sic non concludunt ꝙ dicta do-
natio resoluatur: sed quod declaret nulla ⁊ nullius momenti. Et
dato sine preiudicio veritatis ꝙ in libello concludatur ꝙ rescinda
tur: tamen secūdum thema libellantes se fundant in non solutiōe
Blasij et non in cessatione solutionis Angeli eius heredis. Quia
tamen non vidi libellum reconuentionis non facio in forma libel
lantis magnam vim: sed in alijs supra deductis. Et insuper pōde-
ro ꝙ pena resolutionis apposita in contractu potest intelligi qđ
resoluatur contractus per ipsos contrahentes: ⁊ sic non seruans
obligetur ad resoluendum contractum ⁊ non resoluatur contract⁹
ipso iure nam verba contractus possunt id significare.⁊ verba con
tractus interpretantur contra stipulantem ⁊ contra eum qui ex cō
tractu nititur.l.quicquid astringende.§.j.de verbo.obliga.⁊.l.la-
beo.⁊.l.si in emptione.in princi.ff.de contrahen.empt.⁊ pene sunt
restringende.⁊ in eis benignior est interpretatio adhibenda.l.si p̄-
ses.⁊.l.interpretatione.ff.de pen.⁊ in regula in penis in.vj.cum si-
24 mili. ¶ † Resolutio autē contractus est quid facti.arg.l.cōsilio.ff.
de cura.furi.⁊ in factis succedit obligatio ad interesse.l.stipulatio
nes non diuiduntur.versi.celsus.de verbo.obli.⁊ petitur obseruā-
25 tia facti vel interesse actione personali. † Et actio personalis non
transit in singularem successorem.l.fi.ff.de cōtrahē.emp.l.j.§.si he
res.ad treb.ideo non transit in dictum Mattheum ꝭm donatoreꝫ
⁊ longe minus in dictum franciscum emptorem. Et propterea di-
cti Martinus ⁊ franciscus nequeunt agere ad dictam penam reso
lutionis. Ultimo dato ꝙ predicta nō concluderent licet meo iudi
cio concludant pro absolutione dicti pauli.sed dato sine preiudi-
cio veritatis ꝙ dictus contractus prime donatiōis sit resolut⁹ vel
veniat resoluendus ad instantiam dictorum martini ⁊ francisci ꝓ-
pter non obseruantiam dicti angeli tamen dicto angelo compete-
ret in integrum restitutio propter iustam ignorantiam q̄ presumi
tur in herede regula cū quis in ius.⁊ regula presumitur in.vj.⁊.l.ve
26 rius.ff.de probatio. Et † leso ex iusta ignorantia competit in inte
grum restitu.cum causet iustum impedimentum.arg.l.j.⁊.l.sed.⁊ si
per pretorem.§.fi.ff.ex quibus causis maiores.⁊ not.glo.⁊ bart.in
l.ij.C.d iure emphyteotico.⁊ gl.⁊ bar.⁊ doc.in.l.cū fili⁹.§.in hac de
verb.obliga.⁊ Speculator in titulo.de locato.§.nunc aliqua versi.
xviij.⁊ in titu.de prescriptioni.§.j.ver.sed pone colonus.⁊ Bart.
in.l.qui duos.de reb.dubijs ipse.⁊ Ange.in.l.j.§.siquis autem.ff.
de itine.actuqꝫ priua.⁊ glo.in verbo non vtendo.l.si per fundū.ff.
quemadmodum seruitus amittatur.⁊ Imol.⁊ Pon.in.l. panto-
nius.de acqui.heredi.⁊ Panor.in.c.vigilanti de prescriptionibus
allegat glo.in.l.j.C.de patria potestate.

¶ Summarium super consilio.cxiiij.

1 ☞ Adulterij pena est mortis naturalis.
2 Statuta non trahuntur extra territorium.
3 Judeus non punitur pena capitis cognoscens virginem etiam christianam.
4 Stuprum committitur cum virgine.
5 Stupri pena que sit.
6 Judex etiam delegatus seruare debet iura loci in quo delictū fuit comissum sententiando.
7 Pena.l.ne quis christianam.C.de iudeis est iuris exorbitantis restringendi idem in pena.l.j.C.de dona. que sub modo fiunt.
8 Exorbitantia probanda sunt per se fundantes in illis.
9 Equipollentium siue equiparatorum est idem iudicium etiā ratione dispositionis in vno que ad aliud trahitur.
10 Rescriptum dicitur subreptitiū in quo tacetur veritas rei.
11 Subreptitia rescripta que ipso iure dicantur nulla.
12 Judei quando subijciuntur.ll. romanoruꝫ ⁊ iurib⁹ municipalib⁹.
13 Municipalia sunt iuris communis.
14 Judei sunt condēnandi secūdum iura ciuilia ⁊ non mosayca.

¶ Consilium.cxiiij.

In nomie domini nostri

iesu christi. ¶ Licet primo aspectu dicendum videatur ꝙ dictus iudeus veniat condemnandus pena capitali: quia quando iudeus cognoscit carnaliter christianam videtur puniendus pena adulterij per. l. ne quis christianam.C.de iude. ¶ 1 † Pena autem adulterij est pena mortis naturalis de iure communi.l.q̄uis.⁊ auct.sed hodie.C.de adul.de iure aūt.ff.est mitior pena.l.siquis vidua.ff.de quest.vt dicit bart.in l.si adulterium cum incestu.in princi.ff.de adul. Igitur videtur ꝙ dictus hebreus veniat puniendus dicta pena mortis propter dictum coitum habitum cum christiana. Nec videntur obstare iura municipalia perusina que imponunt pro delicto adulterij mitiorem penam. Item disponunt ꝙ elapso certo tempore de delictis prius commissis nequeat cognosci: 2 † quia respondetur ꝙ statuta perusina non trahuntur extra territorium.l.extra territorium cū ibi notatis.ff.de iuris.omn.iu.⁊.c.vt animarum.in princi.⁊.c.statuto.de constitu.lib.vj.⁊ habetur in. l. cunctos populos.C.de sum. tri.⁊ in.l.omnes populi.de iusti.⁊ iure. Et propterea videtur ꝙ ex quo papa disposuit qđ de dicto delicto cognoscatur Tuderti debeat ibi imponi pena iuris communis: ⁊ consequenter dictus hebreus sit puniendus pena mortis. ¶ 3 † His tamen nō obstantibus contrarium puto de iure respōdendum videlicet ꝙ non sit puniendus dictus habreus pena mortis. Nam est aduertendum: 4 † ꝙ cum virgine committitur stuprum non adulterium.l.stuprū.ff.de adul. 5 † pena autem stupri regulariter non est pena mortis: sed pena cōfiscationis dimidie partis bonorum si est persona honesta: si vero humilis est pena relegationis insti.de publi.iudi.§.sed eadē lege iulia. Item est aduertendum ꝙ statutum perusinum pro pena adulterij imponit penam pecuniariam ducentarum librarum: vel trecentarum librarū: si mulierem cognitam retinuerit in domo ꝑ horam. Ex quibus videtur ꝙ ex quo dictus hebreus non cognouit nuptam non veniat puniendus pena mortis: sed pena pecuniaria: si imponenda est pena statutaria: si autem pena iuris cōmunis pena publicationis dimidie partis bonorum: Si dicamus hebreū censeri honestam personam alias pena relegationis. glo. autē in d.§.sed eadem lege dicit censeri humiles personas illas que numerantur in.l.humilem.C.de incest.nup.vbi non enumeratur iude⁹: videtur autem ꝙ licet de dicto maleficio cognoscatur Tuderti ex commissione pape: 6 † tamen deberi imponi pena statutaria statuti perusini vbi delictum fuit commissum. Nam iudex quo ad formam iudicij seruare debet iura loci vbi de causa cognoscit. sed quo ad decisionem cause debet seruare iura loci vbi contractus vel delictum extitit commissum.l.si fundus.ff.de euicti.⁊.l.j. ff.de vsur.et l.saculari.§.sunt quidā. ff.de extrordi.crimi.⁊.l.j.C.de noxa. ꝑut volunt Innocen. Jo.and. Anto. Pe.de ancha.⁊ Imo.in rubrica extra de consuetudine.⁊ Host.in.c.j.eo.titu. ꝙ procedit etiam ī iudice delegato prout volunt prefati doct.in.d.rubrica.⁊ ibi composte.⁊ Petrus de perusio ibi.⁊ Florē.in.c.fi.eo.titu.questione quinquagesima. Et propterea videtur ꝙ licet iudex hoc casu quo ad ordinem iudicij debeat seruare ius commune seu in ea municipali. Tudertina tamen in sententiando debeat seruare statuta loci vbi delictum fuit commissū per predicta. Et licet de iure cōmuni fiat dubium: si statutum imponit pro delicto minorem penam censeatur derogatum pene legali. circa ꝙ Jo.an.in addi.Spec.in titul. de pena.teme.litig.refert iudicatum Ienue ꝙ censatur recessum a pena iuris communis subdit. alij debent id verū si apparet de mēte statuentium voluisse penam statutariam subrogasse loco pene legalis: alias secus de baptismo.c.maiores: vltimo recitat opi. Ja. de belui.tenentis legem municipalem derogare iuri cōmuni. et sic videtur inherere opinioni ꝙ derogetur pene iuris communis.argu.l.qui filium.§.sabinus.ff.ad treb.⁊ similiter Bal.in.l.data opera.C.qui accusa.non pos.in secunda charta tenet precise ꝙ censeatur recessum a pena legali: quia statutum est speciale ius.⁊ species derogat generi ⁊c.⁊ idem videtur tenere in consilio mihi.lxviij.incipiente in questiōe dñi Milani.⁊ idem videtur velle Pet.de ancha.in repetitione capituli canonum.de consti.xiiij.questiōe principali col.cxxij.qui recitatis opinionibus dicit ꝙ si haberet iudicare nunꝗ recederet a pena statuti in casu autem nostro cessat talis difficultas: quia statutum expresse disponit ꝙ vbi in statutis est expressa pena imponatur pena statutaria: vbi vero non reperitur expressa pena in statutis procedatur de similibus ad simila: vbi vero simile non reperitur decisum tunc recurratur ad penam iuris cōmunis. Cum igitur in casu nostro reperiatur per statutum imposita certa pena pecuniaria in adulterio ⁊ in stupro: ideo censeatur ꝑ 7 statutum derogatum pene legali. ¶ † Nec obstat.d.l.ne quis christianam: quia dupliciter respondetur. primo ꝙ loquitur in iudeo contrahente matrimonium cū xpiana non aūt loquitur in simplici fornicatione seu stupro.⁊ ideo illa.l.exorbitans ⁊ penalis nō videtur ꝙ debeat extendi vbi cessat matrimonium cum pene sint restringēde.c.statutū in principio.de ele.lib.vj.⁊ regula in penis.eo. lib.cum simi. Et similiter iura exorbitantia.l.ius singulare.⁊. l. qđ vero contra.ff.de.ll.⁊.c.cum dilectus. de consue. † Et ideo qui se fundat in.d.l.debet taliter rē deducere ꝙ verificent̄ verba.l.exorbitantis ꝑut dicit Jo.an. in.c.j.de homici.lib.vj.quem refert ⁊ sequitur Bal.in.l.siquis non dicā rapere.C.de episcopis ⁊ clericis. Cum igitur in casu nostro non fuerit contractum matrimonium inter iudeū ⁊ xpianam: ideo videtur ꝙ cessat dispositio.d.l. ne qs christianam.⁊ ita consulendo tenuit petrus de perusio frater Baldi in consilio incipiente. Item dictus gayus ꝓ quo facit ꝙ iura imponunt penas illicitis nuptijs.l.siquis incesti.⁊ aut.incestas.C.de incestis nup.que nō reperiuntur posite in simplici coitu incestuoso vel alias ꝓhibito. Secūdo respondetur ꝙ.d.l.ne quis christianam assimilat seu equiparat istud delictum commissum inter iudeum ⁊ xpianū delicto adulterij: ⁊ propterea delictū illud de quo loquitur illa lex dē puniri pena adulterij: sed adulterium perusie cōmissum debet puniri pena pecuniaria vt supra deductum est: idcirco etiam delictum de quo illa lex loquitur debet puniri pena pecuniaria vigore statuti supra deducti. 9 † Quādo enim duo casus sunt eqparati ꝙ disponitur in vno censetur dispositum in alio equiparato.l.si quis seruo cum ibi notatis.C.de fur.⁊ ꝙ per glo.⁊ ꝑ doct.in c.si postꝗ.de ele.lib.vj.facit qr.l.semper loquitur.l.ariani.C.de hereti.⁊ ideo.d.l.ne quis christianam cēsetur hodie loqui.⁊ sic hodie equiparare illud delictum delicto adulterij: ⁊ per cōsequēs dē nūc pro dicto delicto imponi pena que hodie imponeretur ꝓ simplici adulterio ꝓ quo vigore statuti imponeretur pena pecuniaria. nec obstat ꝙ statutum nō se extēdit extra territorium statuētis: qr rūdetur ꝙ ex quo delictum fuit cōmissum perusie attēditur statutū perusinū nec censetur extendi extra territorium licet iudex alteri⁹ territorij de delicto cognoscat prout supra deductum est. Nec est verisimile ꝙ ꝑnceps qui commisit ꝙ cognosceretur in ciuitate tuderti.⁊ sic alterauit causam respectu loci cognitionis voluerit alterare cām in maioritate pene: sed si censeret̄ cōmissum ꝙ imponerent̄ pene iuris cōis censeret̄ cōmissio subreptitia: ex quo nō fuit narratū ꝑncipi rescribenti ꝙ pene iuris cōis erat derogatū per iura municipalia loci delicti perpetrati. nā si illud fuisset narratum non de leui concessisset ꝙ puniret̄ maiori pena tuderti ꝗ̄ punitus fuisset 10 si fuisset captus perusie ⁊ de delicto perusie fuisset cognitū. † Sufficit autem ad reddendū rescriptū subreptitium ꝙ aliquid taceatur ꝙ si fuisset expressum ꝑnceps non de leui rescripsisset.c.postulasti 11 in fine de rescriptis. † Rescripta autem gratiosa seu dispositiua subreptitia sunt ipō iure nulla.c.ad audientiam el secundo de rescriptis.licet rescripta ad lites iustitie subreptitia non sint ipso iure nulla: sed annullanda mediante obiectu exceptionis.c.super literis de rescriptis.⁊.l.j.⁊.l.prescriptionis.C.si contra ius vel vtilitatam publicam.satis autē potest dici rescriptum gratiosum si postulanti ꝙ de delicto cognoscatur tuderti concederetur ꝙ cognosceretur ⁊ alteraret̄ pena iuxta desiderium impetrantis. Ideo tūc cēseretur rescriptum subreptitium ⁊ nullum. Ideo est interpretādū ꝙ cognoscatur tuderti nō alterata pena que alias esset imponēda et sic pena imponēda in loco delicti perpetrati. Possit etiā attentari ꝙ nulla pena veniret imponēda: qr ꝑ statutum perusinum disponit̄ ꝙ de dicto delicto nequeat cognosci attento lapsu tpis ꝙ si 12 fuisset ꝑncipi narratū forte id non cōcessisset. † Illud autem cōstat ꝙ iudei iudicantur ꝭm iura romanorum saltem in hijs q̄ geruntur 13 cum christianis.l.iudei.C.de iudeis. † Sed iura municipalia sunt de iure communi approbata.l.omnes populi.ff.de iusti.⁊ iur.merito iudei ligantur ⁊ condemnandi sunt ꝭm statutū.⁊ hoc latius determinat excellentissimus doc.dominus Alexander de Imo.in consi.incipiente christi nomine repetito videtur in secunda col.nu 14 mero.lxxv.in quinto volumine. † Et ꝙ iudei iudicentur secundū iura ciuilia ⁊ non ꝭm iura mosayca etiam inter eos consuluit Rapha.fulgo.in consilio incipiente in questione ꝓposita dubitandū non est et Rapha.cuma.in consilio incipiente videretur. Facit ꝙ no. Pe.de ancha.in consilio incipiente latius saluus conductus. vbi concludit ꝙ si datus est saluus cōductus titio cū duobus socijs cōprehēduntur etiā iudei. Ex quib⁹ cōcludendū est vel ꝙ de dicto delicto nō debet amplius cognosci vel si cognoscatur non debē imponi pena capitalis: sed pena pecuniaria imposita ꝑ statutum perusinū ꝙ iudici ostendetur. Et si statutū cessaret (ꝑut non cessat) sē imponenda esset pena iuris cōis videretur etiam tunc ꝙ non esset imponenda pena capitalis: sed pena confiscationis dimidie ꝑtis bonorum vel pena relegationis. Laus deo.

Summarium super cōsilio.cxv.

1. ☞ Reus quibus absoluatur.
2. Emphyteote quando opponitur de non solutione canonis per tertium possessorem.nu.4.
3. Emphyteosis ius non reuertitur res ipō iure per non solutionē canonis ad proprietarium.
5. Ignorantia non iuuat quominus res incidat in commissum per non solutionem canonis.
6. Obligatio in vnum casum facta trahitur ad alium sine quo ꝑmus esse non posset.

Emphyteota

7 Emphyteota cessans quinquennio a solutione canonis qua dicebatur cecidisse in cōmissum vt in solutione dicti quinquennij non facienda reuertatur res ad dominum non cadit iure suo vbi dominus patitur ip̄m possidere. nu. 10. ⁊ 13.

8 Compensatio q̄uis iura fieri dicant ipso iure non fit nisi a parte opponatur.

9 Statuta capiunt interpretationem passiuam a iure cōmuni. idem in contractibus vltime voluntatis.

11 Emphyteosis res in cōmissum lapsa non dicitur ablata a p̄mo domino per renouationez factā alteri cum clausula saluo iure tertij.

12 Solutio canonis per tertium etiam suo nomine proprio facta ꝓdest emphyteote.

Consilium. cxv.

In nomine domini nostri

iesu xp̄i. Licet in hac cōsultatiōe videat̃ prima facie dicendū qd̄ dictus ambrosi⁹ re⁹ cōuentus veniat absol-

1 uendus. † nā reus absoluitur rōne iuris sui si hz: ⁊ etiā si nō hz ratione defect⁹ iuris actoris. l. fi. C. de rei vend. ⁊ l. qui accusare. C. de edē. ⁊ c. cū eccl'ia sutrina in fi. de cā pos. ⁊ ꝓprie. cū si. ⁊ idcirco cū dictus ambrosi⁹ habeat titulū emptiōis ⁊ titulū renouatiōis sibi facte ab ep̄o videt̃ ꝙ possit se tueri ex iure sibi cōpetenti. Et dato qd̄ nullū ius habeat videtur ꝙ debeat absolui ex non iure agētis. Nā ex quo frācisca ad quā ꝓut p̄supponit̃ in themate spectabat dicta domus emphyteotica nō soluit canonē per quinquēniuz videt̃ qd̄ amiserit oē ius suum saltem vigore capituloꝝ de quibus in themate que p̄supponūtur esse in viridi obseruantia ꝑ que disponit̃ ꝙ si emphyteota cessat in solutione canonis per cōtinuū quinquēniū res emphyteotica sit deuoluta ip̄o facto ad ep̄atum. ⁊ consequenter cū dicta Francisca cessauerit soluere canonē per qnquennium ⁊ vltra videtur ꝙ dicta res fuerit reuersa ad ep̄atū. ⁊ ꝯsequēter ip̄a francisca amiserit ip̄o iure ius suū. ⁊ per cōsequēs nō habeat actio-

2 nē ad petendū dictā rē: ⁊ sic dz succūbere defectu sui iuris. † Et licet de iure cōi dicatur ꝙ tertius possessor neq̄at opponere cōtra emphyteotā de nō solutione canonis ꝓut vult Bar. in. l. ij. C. de iure emphyteo. ⁊ Specu. in titulo de locato. §. nūc aliqua versi. lxvj.

3 ⁊ Bal. in. l. solēnibus. C. de rei vendica. † Tamē mouentur rōne: q2 ꝓpter non solutionē canonis res nō reuertitur ad ꝓprietariū ipso iure: sed ita demū si ꝓprietarius voluerit vt denotāt verba tex. d. l. ij. prout ponderat ibi Bar. ⁊ Specu. vbi supra que ratio videtur ꝙ cessat in casu isto in quo per capitula disponitur exp̄sse ꝙ ꝑ non solutionē canonis res reuertatur ip̄o facto ad ep̄atuz nec requirit

4 aliā voluntatem episcopi. † Et de iure pōt tertius possessor opponere de iure tertij qn̄ illud ius absorbet in totū ius agentis. vt not. Bar. in. l. si alienā. ff. soluto matri. ⁊ in. l. ij. ff. de rei ven. ⁊ Bal. ⁊ Saly. in. l. si seruus quispiā. C. de seruis fugi. ⁊ doc. post cōpostelanuz in. c. mandatum de rescriptis. ⁊ doct. in canone dilectus de iure patronatus. ⁊ Specu. in. d. §. nunc aliqua. ver. lxvj. aperte vult ꝙ si ꝓpter canonē non solutum res ip̄o iure reuerteretur: tunc possessor posset opponere de nō solutione canonis. Nec videtur obstare ꝙ dicta francisca non possedit dictaz rem emphyteoticā: sed eā possedit eius aduersarius seu suus auctor: quia iure nō cauetur ꝙ propter dictam causam emphyteota excusetur a solutiōe canonis. immo doc. sentiunt cōtrarium dū tractant an sufficiat emphyteote si possessor rei emphyteotice soluit canonem nomine proprio. si em̄ non possidens excusaretur a solutione canonis ꝓpter non possessionem frustra dubitaretur an ipse ceciderit a iure suo non soluendo canonem si possessor soluit. Nec etiaz obstat si dicta francisca ignorauit ius sibi competere prout ignorasse presumitur per. l. qui in alterius. ff. de reg. iur. ⁊ c. cum quis in ius. ⁊ c. presumitur ignorātia. e. ti. lib. vj. ⁊ iusta ignorantia vt dictis iuribus. ⁊ l. fi. ff. ꝓ suo.

5 † quia respondetur ꝙ ꝓpter iustam ignorantiam successoris non iuuatur quominus non soluendo canonez res incidat in commissum prout volunt glo. ⁊ Barto. ⁊ docto. in. d. l. ij. ex quibus videtur concludenduz ꝙ dictus Ambrosius sit absoluendus. Maxime q2 dictus episcopus concedendo dictam rem emphyteoticam alte-

6 ri videtur voluisse qd̄ res censeatur ⁊ sit reuersa ad ecclesiam: † quia faciendo actum censetur quis velle omne id sine quo ille actus nō posset sortiri effectum. l. ad rem mobilem. ⁊ l. ad legatum. ff. de procurato. ⁊ l. ij. ff. de iurisditio om. iudi. cum similibus. Ideo attento quod non poterat alteri refirmare si res non erat reuersa ad episcopatum: ideo si dicta reuersio dependebat ab eius voluntate censentur voluisse quod esset reuersa. et licet in renouatione facta francisco apposuerit illā clausulā saluo iure alteri⁹ cuiuscūq3: tn̄ forte illā

7 clausulā nō apposuit i renouatiōe facta dicto ambrosio. † His tn̄ nō obstātib⁹ ꝯtriū puto de iure rn̄dēdū ad cui⁹ rei euidētiā p̄mitto qd̄ lz dicta capitula disponūt qd̄ si nō soluatur canō ꝑ quinquēnium res sit reuersa ipso facto ad episcopatū: tn̄ videt̃ ꝙ nō reuertitur nisi ep̄s voluerit. nā etiā de iure cōi res reuertitur ad ꝓprietarium ip̄o iure si nō soluatur canon ꝓut communiter dicunt docto. Ex quo ius permittit ꝓprietario propria auctoritate expellere nō soluentem tamen intelligitur si ꝓprietarius voluerit per. d. l. ij. ꝓut

8 s. deductum est. † Sic et al's videmus in compensatione quam iura dicunt fieri ipso iure. l. si constat. ⁊ l. fi. C. de compensa. ⁊ tamē nō fit nisi pars velit opponendo exceptionez compensationis. vt no. glo. ⁊ docto. in. d. l. si constat. ⁊ speculator in. d. §. nunc aliqua. versi. lxvj. vbi ponit plura similia in quibus s̄m eum iura volunt aliquid fieri ipso iure: ⁊ tamen intelligitur si pars voluerit. ita dicamus in casu nostro ꝙ licet capitula dicant ꝙ res reuertatur ipso facto ad episcopatum tamen intelligatur si episcopus voluerit. ⁊ sic ꝓut de

9 iure communi. Pro quo facit: † q2 statuta recipiūt interpretationem passiuam a iure communi. l. si serui vestri. C. de noxa. ⁊ l. sed et si lege. §. vt gradatim. ff. de mune. ⁊ hono. ⁊ intelliguntur vt quantum minus fieri potest recedatur a iure communi etiaz si oporteat recedere a ꝓpria vi verborum vt est tex. in. c. cum dilectus. ⁊ ibi no. doc. de consue. illa enim capitula presupposita eorū validitate ꝓut presupponitur sunt quedam iura municipalia. Et insuper etiā cōtractus ⁊ vltime voluntates interpretātur si fieri potest conformentur cum iure cōmuni vt ptz ex no. ꝑ Bart. in. l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de op̄is libertoꝝ ⁊ Jmo. in. c. potuit. circa finem de locato. qui loquuntur in materia emphyteotica ꝓut nos loquimur ⁊ multa similia possez adducere que breuitatis causa omitto ꝓ quo etiā

10 facit: † quia inconuenit ꝙ emphyteota liberetur ab obligatione qua tenebatur vigore contractus emphyteotici liberetur propter moram suam in non soluendo canonem inuito ꝓprietario. Attento ꝙ mora semper debet esse nociua et non ꝓficua moroso. l. hominem. ff. mandati. ne ergo resultet inconueniēs ꝙ mora emphyteote liberet emphyteotam citra voluntatem ꝓprietarij debet interpretari ꝙ res reuertatur ad proprietarium ipso facto hoc est nō expectata sententia iudicis tamen si ꝓprietarius voluerit ꝑ p̄dicta. Idcirco si non apparet ꝙ ep̄s voluerit ꝙ dicta francisca ꝓpter nō solutionem canonis sit priuata iure suo non videtur ꝙ ipsa amiserit ius suum. ⁊ sic vtile dominium ꝙ ꝓut p̄supponitur habebat qui enim allegat episcopum id voluisse debet illud concludenter ꝓbare cum sit fundamentum sue intentionis. l. ei qui dicit. ⁊ l. in exceptionibus. ff. de ꝓba. Sed non videtur ꝓbatum ꝙ dictus ep̄s id voluerit merito nō videtur probatuz ꝙ dicta Francisca ceciderit a iu-

11 re suo. † Non enim ap̄pet dicta voluntas ep̄i per renouationem factam francisco maxime q2 adiecit clausulam saluo iure tertij cuiuscunq3 habentis interesse ꝑ quam clausulam ostenditur ꝙ ep̄us non intendebat ꝑ dictam renouationem auferri alicui ius ꝙ habebat et ita est verisimile qd̄ per renouationem factaz ambrosio similiter idem voluerit. argu. l. si seruus plurium. §. fina. de lega. j. et. c. scribam cum sua glo. de p̄sumptionibus cum similibus. Preterea non apparet ꝙ dictus episcopus haberet notitiam ꝙ dicta francisca haberet ius in dicta domo emphyteotica vel ꝙ esset de descendentibus dicti simonis primi stipulatoris prout ignorasse p̄sumitur. l. verius. ff. de proba. ⁊ regula p̄sumitur ignorantia in. vj. ⁊ l. fi. ff. pro suo. ignorans autem non censetur velle nec nolle. l. nec ignorans. C. de donatio. ⁊ l. mater decedens. ff. de inofficio. testamen. ⁊ l. cum acqui. cum ibi notatis. de transactio. Et de se constat ratione naturali quam sufficit allegare. l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excusa. tu. Idcirco non censentur voluisse ꝙ francisca perdiderit ius qd̄ habebat propter non solutum canonem. Nec obstat quod faciendo renouationem censeatur voluisse id per quod renocatio teneret ꝓut supra in contrarium dicebatur: quia respōdetur ꝙ ꝓpter amissionem iuris dicte francisce: non propterea videbatur ꝙ validaretur dicta renouatio sed pariter reddebatur nulla propter dispositionem dictorum capitulorum. ⁊ ꝓpterea est verisimile quod renouauerit: quia credebat ꝙ non superesset persona ex primo stipulante ad quem dicte domus pertineret vel an esset necessario renouanda ⁊ maxime attento qd̄ al's alteri renouando incideret in penam capitulis contentam cum non sit verisimile qd̄ voluerit incidere in penam per que iuuatur presumptio supra ponderata qd̄ episcopus ignorauerit ius competere dicte francisce. Ex quibus concludendum est quod dicta Francisca nō censeatur amisisse ius suum propter non solutum canonem. ⁊ maxime hoc dicenduz esse si canon fuisset solutus per dictum Franciscum vel Ambrosium

12 possessorem licet soluissent nominibus eorum proprijs: † nam solutio possessoris soluētis nomine ꝓprio prodest vero emphyteote prout cōcludit Bal. in. l. solēnibus. C. de rei vendi. ⁊ in. l. arborib⁹. §. si vsufructuarius. ff. de vsufructu. vbi refert Andreā de pisis idē velle. ⁊ idem voluit ip̄e Bal. in additionibus Speculi in. d. §. nunc aliqua. versi. lxxxij. Si autem dicta solutio canonis non est facta ꝑ aliquem remanent alia supra deducta ꝑ que deducitur ꝙ dicta frā-

13 cisca non amisit ius suum. Quo presupposito infertur † ꝙ dict⁹ Ambrosius non potest opponere de solutione canonis non facta quia tertius possessor non potest id opponere prout voluit Barto. in. d. l. ij. de iure emphyteotico speculator in. d. §. nūc aliqua versicu. lxvj. ⁊ Bald. in. d. l. solēnibus. Nec obstat ꝙ Bald. loquitur in possessore non habente refirmam an proprietario: quia ex quo renouationes facte dicto Francisco dicto ambrosio presupponunt̃ nulle vigore dictoꝝ capituloꝝ censet̃ ꝑinde ac si facte nō fuissent. arg. l. iiij. §. cōdēnatū de re iudicata. ⁊ cle. pastoralis. eo. titu. licet forte

idem dicendū foret in habēte refirmam validā casu quo ꝓprietari⁹ refirmando non cēseatur habuisse voluntatem qd̄ primus emphyteota admiserit amittere ius suū ꝓpter solutionem nō factam: sed non oportet in hoc insistere ex quo renouationes non valent. Ex quibus omnibus remanet conclusio ꝙ dicta francisca foueat iustitiam non obstantibus adductis in contrarium que apparent sublata per adducta supra pro hac parte. Est etiam aduertendum ꝙ si dicta francisca amisisset ius suum propter non solutum canonem ꝛ ignorasset concessionē factā dicto Simoni eius auctori ꝓut presumitur per. d. l. verius. ꝛ. d. l. qui in alterius. cum similibus posset ꝓpter iustā ignorantiā petere restitutionē in integrū per quaȝ cōsequeretur ius amissum ꝓut voluerunt glo. ꝛ Bart. in. d. l. ij. C. de iure emphyteotico ad idem qd̄ habetur per glo. Bart. ꝛ doc. in. l. cum filius. §. in hac. de verb. obliga. ꝛ multa possent ad ꝓpositū induci quod leso propter iustam ignorantiaȝ competit restitutio in integrum ex clausula generali si qua mihi ꝗque breuitatis causa omitto. Laus deo.

¶ Summarium super consilio. cxvj.

1 Factum in dubio presumitur quod fieri solet.
2 Dictum in vno capitulo repetitum videtur in alio.
3 Conuentio gn̄alis cōprehendit etiam ignorata.
4 Socius ponens pactū alteri socio in diuidenda societate his verbis. aut vis capere totum corpus nostrorum traffici ꝛ appothece et dare mihi florenos. cc. aut relaxare sub eodem onere. ille qui totum corpus traffici acceptauit non potest repetere postea partem lucrorum dicti traffici quam habuit ex portione sui lucri pro illis tēporibus quibus simul steterunt.
5 Pn̄tis tp̄is verbū non comprehendit p̄teritum vel futurum.
6 Singularis numerus non verificatur in plurali.
7 Dubia ex verisimilibus iudicantur.
8 Ex quātitate pecunie interpretatur qualitas contractus.
9 Verba interpretantur contra eum qui ex cōtractu nititur.
10 Extracta de traffico communi concordia nō dicuntur esse ampli⁹ de societate.
11 Socius dolose aliquid celans illud tenetur alijs resignare post diuisionem.
12 Dolus coniecturis probatur.

¶ Consilium. cxvj.

Viso copiosissimo et elegātissimo excellentissimi. ll. doctoris domini dulcis de spoleti olim mei discipuli. et eo respectu et pro etate vt filij dilectissimi pro virtute vero & doctrina: vt patris hono. Et visa copia decreti & instrumenti de quibus in consilio: licet inclinauerim 1 in decisionem domini consulentis: † tamen satis anceps fui ppter duo vltra ea que deducuntur in consilio primo: quia sumus in criminalibus in quibus confessio extraiudicialis nedum quod plene probet: sed videtur quod faciat solum indicium per nota. per glo. 2 cum qua doctores transeunt in. l. capite quinto. de adulte. † Indicium enim est minus quā semiplena probatio: vt not. glo. in. l. que 3 probatio. ff. de proba. † et tamen in ciuili facta absente parte facit semiplenam probationem. vt not. Bart. in. l. admonendi. ff. de iureiuran. et docto. ibi. et in. l. in bonefidei. C. eo. tit. Et facta presente plene probat dummodo contineat causam. l. generaliter. C. de non nume. pecu. c. fina. de successio. ab intesta. & c. si cautio. de fide instrumen. vbi habetur quod nonnulli tenent quod de equitate canonica confessio facta absente parte in ciuilibus plene probat: et tamen constat quod etiam de iure canonico confessio facta in criminalibus non sufficit ad condēnationem: vt per glo. & docto. in. c. quam sit. de exces. prelatorum: licet in casu illius capituli preiudicet in aliquali condemnatione propter scandalum causatum ex tali confessione ex quo videtur quod dato quod in. l. desiderium. C. depositi. confessio preiudicaret confitenti secundum summarium Bald. cum loquatur in ciuili non videtur inferri quod 4 pariter preiudicet in criminali prout nos loquimur. † Et alias fit differentia inter confessionem factam in ciuili et confessionem factam in criminali: quia contra confessionem in facto proprio factam in iudicio non amittitur probatio: vt per Barto. in. l. non fatetur. ff. de con. tamen secus in causa criminali. in. l. si confessus. et ibi per Bartolum. ff. de custodia reorum. Item facta in iudicio est maioris efficacie: quia cōfessus habetur pro condemnato. l. vnica. C. de con. et. l. prima. ff. eodem titulo. et ideo parit actionem: et se- 5 cus in confessione extraiudiciali etiam facta presente parte. † Et ideo confessio in iudicio facta absente parte non preiudicat. vt. l. certum. §. si quis absen. ff. de con. et. l. fina. ff. de interro. actio. Ita et fortius videbatur quod non preiudicaret quo ad absentem confessio facta extraiudicialiter: ex quibus videbatur satis dubium quod illa confessio facta inter Margaritam et eius virum in in- 6 strumento cessionis preiudicaret in hac causa criminali. † Secundo: quia mihi dicebatur quod dicte Margarite dictus Ceccus dederat medietatem suorum bonorum: vt dicta Margarita consentiret ipsum accipere in maritum. Ex tali autem donatione: quia nulla videtur esse non transferetur dominium. l. si ita stipulatus fuero te sisti. §. si tibi nupsero. ff. de verborum obligatio. et iunctis que habentur in. l. non dubium. C. de legib⁹. et in. l. prima. §. si vir. ff. de acquirenda possessio. et in. l. nunq̄ nuda. ff. de acquirendo re. domi. Tandem re diligenter considerata attentis egregie dictis per dominum consulentem concurro in eius sententiam. Ponderando etiam quod decretum loquitur alternatiue quod habens tenens vel possidens bona immobilia non possit aliquid de ipsis alienare non petita et obtenta licentia: et non dato fide- 7 iussore &c. † Et ad veritatem alternatiue sufficit alteram partem verificari regula in alternatiuis. in sexto. cum similibus. ita quod videtur quod dictum decretum verificetur in eo qui possidet bona: dato quod ipsa bona non habeat: hoc est quod non habeat aliquod aliud ius nisi solam possessionem in ipsis bonis immobilibus si aliquid ex dictis bonis alienat verificatur dictum decretum ex pena ipsius: sed si non habet nisi possessionem non potest aliquid aliud alienare nisi ius possessionis: et sic alienando possessionem: hoc est possessionem suam faciendo alienam aliquid videtur alienare de ipsis bonis: ideo incidit in penam dicti decreti: ideo cum mihi presupponatur esse legitime probatum quod dicta Margarita tenebat et possidebat dicta bona pro dimidia ante instrumentum cessionis factum per eam dicto Cecco: et quod postea dictus Ceccus et eius heredes insolidum possederunt dicta bona videntur dicta Margarita et dictus Ceccus incidisse in penam dicti decreti: pondero etiam quod dicta Margarita non solum cessit iura que habebat: sed etiam secundum verba dicti instrumenti videtur quod concesserit dicta bona pro dimidia vt docere videntur illa verba instrumenti et ea iura: et dicta bona omnia et singula pro dicta medietate: vt supra cessa consequi possit dictus Ceccus &c. et ibi. et super dictis iuribus et bonis: vt supra pro dicta medietate plenum liberum et generale & speciale mandatum &c. per que verba videtur demonstrari quod dicta Margarita concedebat etiam dicta bona: ita quod si illa possidebat censetur ipsa bona alienare quo ad dispositionem dicti decreti. Et alias si secus diceretur de facili eluderetur dictum decretum: quia non esset facile fisco probare dominium alienan- 8 tis † cum dominium proprium non facile probetur: vt habetur 9 in. l. cum res. C. de probatio. quantofortius dominiū alienū. † Lex autem debet interpretari vt non de facili fiat ludibrio. c. commissa. de electione. libro sexto. et facit. l. si pretor. in principio. ff. de in. 10 et. l. prima. §. que onerande. ff. quarum re. actio non datur: † & ideo mens iurisdatoris hoc est faciens dictum decretum videtur verificari in possessione transferente in alium possessionem: licet solū haberet: maxime si non probatur ꝙ possidens nō haberet aliud ius.

¶ Attento

11 ¶ Attento † quod possidens presumitur dominus rei possesse ut not. Inno. in c. olim de privil. et Moder. in rubrica. ff. de novi ope. nunciat. quod saltem procedit ubi dominium deducitur incidenter non principaliter per legem sicuti. §. si queratur. ff. si servitus vendi. et l. j. cum ibi notatis per gloss. et docto. ff. fami. herci. ubi licet iudicium divisoriorum. videlicet familie herci. et communi divi. non competat nisi dño ut ibi. et in. l. iij. in prin. ff. cõi divi. tamen sufficit pbare possessionẽ ex qua resultat presumptiva pbatio dñij ut habetur in. d. l. j. eo qz dñium nõ deducitur principaliter: ita in terminis nostris sufficiat pbatio possessionis ad probandum dñium si dñium requireretur qz non agitur principaliter ad dñium rei sed ad penã pter delictũ perpetratũ adversus decretũ superioris nec magis principaliter deduceretur dñium in his terminis q̃ deducatur dictis iudicijs divisorijs: pondero etiã q in instrumẽto cessionis nõ apparet q dictus Ceccus dederit medietatẽ suorũ bonorum dicte Margarite: ut in eum cõsentiret pro marito: ita q non ob. si aliter nõ apparet dictus. §. si tibi nupsero ad quem etiã potest responde-

12 ri per supradicta. s. sufficit q pbetur possessio alienãtis. ¶ † Tertio posset forte responderi q qualitas mulieris attenta qualitate viri merebatur illam dationem medietatis bonorũ quo casu cessat dispositio dicti. §. si tibi nupse. per. l. si voluntate cũ ibi no. C. de do-

13 tis promi. prout dicunt Bar. et doc. in. d. §. si tibi nupsero. † Nõ ob. etiam ea que dixi circa confessionem factam absente parte: qz dato sine preiudicio veritatis q dicta confessio non pbaret in hoc iudicio criminali: tamen militant alia media supra deducta: qz. s. sufficit probatio possessionis per iam dicta et saltem dicta confessio et dicta cessio demonstrat animũ dicte domine Margarite qd. s. nõ possidebat iure familiaritatis. Et confessio etiã absente parte preiudicat et prodest etiam pro et contra absentẽ in his que cõcernunt animũ confitentis per ea que habentur in. l. nensenius. ff. de neg. gest.

14 et per Bar. in. l. nuda. ff. de dona. ¶ † Et circa differentiam quam deduxi inter cõfessionem factã in criminali et cõfessionem factam in civili posset attentari q procedat quando in criminali agit de pena corporali prout est pena adulterij de quo loquitur. d. l. capite quinto et eius glo. per. l. q̃uis. et autẽ. ibi positã. C. de adul. nã tunc

15 est ratio: † qz cõfitens non est dñs suimet seu suorũ membrorũ in. l. liber homo. ff. ad. l. aqui. secus ubi agitur de pena pecuniaria prout agitur in presenti causa: et hoc per no. signanter per Bal. in. l. sciãt C. de pba. qui dicit q lz ibi dicatur q in criminalibus pbationes

16 debẽt esse luce clariores: tñ † eadẽ pbatio requiritur in criminali q̃ in civili causa ceteris paribus hoc est ubi causa criminalis tẽdit ad penã pecuniariã puta ad centũ eadẽ pbatio sufficeret in ea causa q̃ sufficeret in causa civili in qua ageretur ad cẽtũ pro quo facit. l. absentem. §. adversus in prin. ibi sm morẽ privatorũ. ff. de penis. Ex quibus et alijs deductis per prefatum dñm consulentem: ego Petrusphilippus de corneo. U. J. doc. de perusio concurro in sententiam domini consulentis. s. q dicta Margarita et dictus Ceccus inciderint in penam dicti decreti. Laus deo.

¶ Summarium super consilio. cxxix.

1 Matrimonij onera sunt patris.
2 Vidua quando dicitur perseverare in matrimonio. numero. 7.
3 Vidua quando alimentari debet ab heredibus viri.
4 Acta inter patrem et filium nurui non preiudicant.
5 Contractus inter patrem et filium qñ valeat.
6 Dos constituta in bonis immobilibus põt incontinenti soluto matrimonio restitui ad vitandũ alimentorum prestationẽ anni luctus.
8 Nubere potest vidua infra annum luctus.
9 Tutor esse nequit minor.
10 Tutela ascendentes preferuntur ceteris demptis testamẽtarijs.
11 Tutor esse nequit filiusfamilias.
12 Alimenta nepotibus invitus prestat avus.
13 Opera alimentati debentur ei qui alimenta prestat.
14 Alere q teneatur mater pupillum usq ad triennium.

¶ Consilium. cxxix.

In nomine domini nostri iesu christi. ¶ Licet circa primum consultationis articulum videatur prima facie dicendũ q dictus Michaelangelus teneatur alimentare dictaz Luciam. †

1 Nam in vita filij: et sic constante matrimonio ad eũ spectabat onus alimentandi filium et nepotes et nurum. nam onera matrimonij filij

2 spectant ad patrem. l. si filia. §. idem ait. ff. fami. hercis. † vidua autẽ censetur esse in eodem matrimonio. l. fi. C. de bonis maternis. et. l. filij. §. vidua ad muni. et. l. fi. C. de verborũ significa. et. l. cum te. C. de nuptijs. et. l. de emancipatis. C. de legi. here. ibi priorem thorũ ser-

3 vaverit. Ideo dicebat Ricar. malũ. et post eũ Cy. in. d. l. fi. † q uxor post mortem viri debet alimentari de bonis viri q saltem videtur dicendum intra annum prout voluit gl. ij. in fi. in. l. divortio in pri. solu. matri. et idem ibi Bar. et clarius Ange. ibi. et in. l. titia. de solu. et in. l. unica. §. exactio. C. de rei uxo. act. tenẽs q indistincte intra annum debet vidua ali ab heredibus viri: quia interim nõ potest honeste nubere. et. l. j. C. de secũdis nup. et qz censetur durare matrimoniũ

d. l. fi. sm eũ qui dicit se. ita sepius consuluisse. Et licet loquatur de heredibus seu de bonis mariti: tamen idem dicendũ est in socero qui constante matrimonio tenebatur ad onera matrimonij. Nam ratio qua moventur doc. in heredibus viri eadem militat in socero. Et ubi eadem ratio ibi idem ius. l. illud ad. l. aqui. et. l. a titio. de verbo. ob. Nec videtur obstare q socer in vita mariti assignavit do-

4 tem marito qui seorsum a patre supportavit onera matrimonij: † qz respõdetur qd acta inter patrem et filium nõ videtur qd debeant preiudicare nurui. arg. C. res inter alios acta in rubro et nigro. cuz

5 similibus. † Et maxime qz contractus inter patrem et filium in potestate non valet in profectitijs. l. ij. C. de inoffi. dona. et. l. frater a fratre. ff. de cõdi. inde. legitimatus per rescriptuz princ. est sub patria potestate. §. illud in aut. quibus mo. natu. effi. sui meritorum. His tñ

6 nõ obstãtibus cõtrariũ puto de iure verius. vz † qd dictus Michael angelus si est paratus restituere nurui suam dotem: et stat per nurũ quominus recipiat non teneatur alere dictam nurum etiam infra annũ. ex quo enim dos consistit in bonis immobilibus dos est statim restituenda mulieri. d. l. unica. §. exactio. et nõ suadet equitas q pars mariti teneatur ad onera matrimonij. et ad dotis restitutionez cũ dos detur propter onera matrimonij. l. pro oneribus. C. de iure dotiũ. et. l. dotis fructus. ff. e. ti. et expressum est in iure q ibi dos esse debeat ubi sunt onera matrimonij. l. si is qui. §. ibi dos. ff. de iure dot. ideo cum dos de iure esse debeat penes mulierem: licet

7 viduã. † Quãvis quod ad quid censeatur durare matrimoniuz: tamen ex quo ad dotẽ nõ censetur durare similiter non censetur durare quo ad onera matrimonij quibus deservit dos que esse debet ubi onera matrimonij per pdicta. Et sic non militat ratio. Ricar. malũ. et sequaciũ qñ dos consistit in bonis stabilibus vel post annum si consistit immobilibus. Et q post annum non teneatur pars mariti. et sic eius heredes vel pater volunt glo. Barto. Ang. et ceteri in d. l. divortio in princi. et quod si dos cõsistat in bonis immobilibus non teneantur alere uxorem: etiam intra annum firmãt Dy. Bal. Imo. et Ponta. in. d. l. divortio. et sentit glo. in. d. §. exactio. ubi idẽ vult Saly. Qui etiam vult q si dos consistit in rebus mobilibus si pars mariti vult potest statim dotem restituere et relevabitur ab onere alendi viduam etiam intra annum: quia dilatio est sibi concessa in sui favorem cui potest renunciare per iura vulgaria. Et p hac parte faciunt dicta per Bald. Raph. et Paulus de castro in d. l. fi. C. de bonis mat. et sic ista est communis opi. et tenenda: maxime quia gloss. et Barto. in dicta. l. divortio. non loquuntur specifice quando dos consistit in bonis stabilibus. Nec obstant rationes in contrarium adducte. Non enim obstat quod matrimoniuz censetur durare: quia procedit quo ad quedam non simpliciter. nõ enim procedit quo ad dotem per dictum. §. exactio. et. l. secunda ff. soluto matrimonio. et per totum eodem titulo. ff. et. C. et pari ratione nec quo ad onera matrimonij prout supra satis dictum est quod et patet: quia si dicta ratio militaret quo ad onera matrimonij pariter militaret post annum prout infra annum. et tamen glo.

8 et Barto. et ipsemet Angelus secus volunt post annum. ¶ † Nec etiam obstat quod intra annum non potest de iure civili honeste nubere: quia hoc est sublatum de iure canonico propter dictũ apostoli ad Corinthios septimo capitulo ad finem per capitu. penul. et finale. de secundis nuptijs cui iuri standum est in materia matrimoniali que spectat ad forum canonicum. c. tuaz. de ordine cogni. et quod habetur per gloss. in. §. sexto gradu. instituta. de gradi. maxime in terris ecclesie per ea que habentur per gloss. in capitulo secundo de arbitris libro sexto. et in capitulo secundo de re iudica. eodem libro. et per Barto. et Bald. in. l. privilegia. C. de sacrosanctis ecclesijs. Et ideo cum civitas aquile prout totum illud regnũ sit de terris ecclesie: ut in cle. pastoralis. de re iudi. duplici ratione in his terminis attenditur et attendi debet ius canonicum in his terminis: et sic dicta dõna Lucia potest honeste nubere quando vult etiam intra annum per dicta. c. penul. et finali: et per consequens cessant rationes que in contrarium adducuntur: et sic remanet conclusio q dictus Michaelangelus non tenetur alere dictam Luciã si restituit suam dotem vel stat per dictam Luciam: quominus dos nõ

9 restituatur. ¶ Circa secundum autem quesitum est advertẽdum † q prout mihi dicitur dicta Lucia mater dictarum pupillarum est minor vigintiquinque annis: ideo non potest esse tutrix per. l. fi. C.

10 de le. tu. † Ideo cum ascendentes preferãtur in tutela ceteris tutoribus exceptis testamentarijs auc. mřis et avie. C. quando mulier tutele offi. fungi potest: que licet loquatur in mulieribus potius procedit in parentibus masculis cum officium tutele sit officiũ virile. l. fi. ff. de tute. tamen cum dicte pupille sint sub potestate avi paterni prout fuerat earum pater per. d. §. illud in auc. quibus mo. naturales efficiatur sui. et. l. nam civium. ff. de his qui sunt sui vel alie.

11 iu. et. l. si maritus. C. de pa. po. et insti. eodem titu. §. j. † Et existentibus sub patria potestate non potest constitui tutor insti. de tu. in prin. et facit. l. fi. in prin. C. de cur. fur. idcirco cuz non cadat actio tutele frustra queritur cui deferat de iure tutela cum sint sub potestate avi cum censeantur esse sub quadam eius cura per dictam. l. fi. de cur. furi. iuncta. l. iusta interpretatione in fi. ff. de verbo. significa.

Et attenta patria potestate iunctis etiam sexu ⁊ etate Michael-angeli puto intrepide concludendum quod iudicandum sit vt di-
12 cte pupille: †dummodo etatem triennalem debeant educari apud auum sub cuius cura ⁊ potestate debent esse ⁊ ab eo alimentari per ea que habentur in.l.alimenta.C. de neg.gest.⁊ in.l.nensenius.ff. eodem titulo ⁊ in.l.siquis a liberis.de lib.agnoscendis.⁊ in.l.pater
13 filium.C.de patria po. †⁊ qui debet ab alio alimentari ex legis dispositione debet illi operari.l.sicut.ff.de ope.lib.⁊ si potest honeste alimenta assumere in domo illius qui tenetur alimenta pstare debet ibi alimenta suscipere: ⁊ sic apud eum moram trahere prout vo
14 lunt Bald.⁊ Imo.post speculatorem in.d.l.diuortio in prin. †intra triennium autem debet filius vel filia ali a matre si conditio matris patitur per.d.l.pater filium.⁊ que habentur ibi.⁊ in.d.l.alimēta.⁊ per hec patet responsum ad tertium quesitum ⁊ ad quartum. scilicet quod dicte pupille quatenus excedant triennium debent moram trahere apud auum: ⁊ ab eo alimenta suscipere.⁊ illa que est minor triennio debet ali apud matrem ⁊ per eā per supradicta.

Laus deo.

¶ Summarium super consilio.cxxx.

1 ☞ Actio ciuilis non incidit in criminalem.
2 Possessorio retinendo pluribus simul ɔtendentibus quando succumbit qui possidet vi aut clam vel precario. numero.20.
3 Possessione turbata siue interdicto vti possidetis agenti que sint necessaria ad iudicium obtinendum.
4 Uniuersalis dictio vni soli quando pōt conueniri.
5 Libelli verba interpretantur a libellante.
6 Possessio longissimi temporis causat vtile dominium ac possessorium retinende.
7 Testis deponens super tempore per verbum citra non probat.
8 Testes duo possessorium probant.
9 Prescriptio longissimi temporis causatur possessiōe.xl.annorum.
10 Testes super tempore deponentes quomodo possunt esse singulares.
11 Uiuere nemo presumitur vltra centum annos.
12 Possessionem continuasse presumitur qui semel possedit.
13 Prescriptio nō currit cōtra vniuersitatem nisi centenaria.
14 Ecclesia et ciuitas equiparantur.
15 Prescriptio quadragenaria est subrogata in locū centenarie prescriptionis.
16 Actio publiciana non datur contra dominum.
17 Prescriptio de qua in.l.fi.C.de sacro sanc.eccle.nō loquitur generaliter sed tantū in legatis donationibus ⁊ emptionibus.
18 Possessio turbata dicitur sola contradictione.
19 Actio ciuilis qū possit incidere in criminalem.
21 Presumptio vna tollit aliam.
22 Testis esse non potest qui pretendit particulare interesse.
23 Uniuersitas ⁊ singulares de vniuersitate inter se differunt.
24 Concilium vniuersitatis non dicitur concilium nisi solēniter fiat omnibus vocatis.
25 Possessor singularis non facit ius communitati cum dicte possessionis.

¶ Consilium.cxxx.

In nomine dñi nostri iesu christi. ¶ Uiso libello ⁊ actis pluribus attestationibus testium hincinde ⁊ sententia lata in causa vertente inter Bernardinum ⁊ Alexandum mariani ⁊ eorū procuratores ex vna parte ⁊ loritum ⁊ alios sex consortes litis ex altera parte ⁊ presupposita appellatione interposita a dicta sentētia pro parte dicti loriti ⁊ consortium. ¶ Uidetur prima facie dicēdum quod partes iudicis ad quem debeant esse in pronunciando
1 bene appellatum ⁊ male iudicatum ex pluribus.⁊ primo †quia videtur quod in dicto libello sit cumulata actio ciuilis cum accusatione criminali que cumulatio non permissa per.l.fi.C.de ordi.iudi.⁊ l.interdum.ff.de pu.iudi.⁊ per Bart.⁊ docto.in.l.edita.C.de edē. Secundo quia videtur quod pro parte conuenta sit probatum p
2 plures testes de antiquiori possessione. †⁊ quando plures contendunt super possessorio retinende succumbit ille qui possidet vi claz vel precario ab aduersario in.l.j.§.fi.⁊.l.si duo.ff.vti possi.⁊.c.licet causam.de proba.⁊ qui habet posteriorem possessionem presumitur vi vel clam possidere ab eo qui probat de antiquiori possessione; vt in.d.c.licet causam.⁊ ibi not.docto.⁊ Bartol.in.d.l.j.§.fi.in fi.⁊ ex his videtur quod partes iudicis debuerunt esse in absoluendo in
3 totum dictos loritum ⁊ consortes. ¶ †His tamen non obstantibus contrarium puto de iure respondendum quod partes iudicis appellationis sint in pronunciando bene iudicatum ⁊ male appellatum. Nam pro parte dictorum Bernardini ⁊ Alexandri agentiū seu accusantium est probatum quod ipsi possiderūt anteq̄ fuerint molestati: ⁊ tempore molestationis seu turbationis possidebāt pe
4 tiam terre in libello deductam ⁊ confinatam. †Et prout mihi dicitur sub confinibus in libello positis omnes iuncte terrarum de quibus in libello comprehenduntur: licet in libello prima facie videantur plures petie terrarum designate: tamen ex quo comprehenduntur sub eisdem confinibus ⁊ vocabulo sub quibus est confinata petia terre primo loco descripta in libello.⁊ est descripta sub verbo singulari quod conuenit vni soli: vt de se patet.⁊ probatur in.c.gaudeamus de diuor.⁊ fundus seu petia terre constituitur sola destinatioe domini.l.siquis duas.§.siquis partem.ff.communia predior: ideo potest verificari libellus quod omnes iuncte terrarum de quibus in libello que comprehenduntur sub confinibus assignatis in petia terre primo loco descripta habeantur pro vno fundo: et sic vna petia terre quod saltem procedere videtur si confines dati dicte petie terre non verificarentur omnes si iuncte que allegant̄ empte per dictos Bernardinū ⁊ Alexandrum non comprehenderētur in dicta petia terre. Et hoc persuadetur: quia iuncte que asserūtur empte non sunt confinate in libello quasi sentiens libellans q̄d sufficerent primi confines assignati dicte petie terre primo descri
5 pte. pro quo facit: †quia verba libelli interpretātur a libellante.l.si quis intentione ambigua.ff.de iudi. Ex quibus resultat quod turbatio facta in dicta petia terre: vt supra confinata que probatur p plures testes sufficiat: licet non fiat mentio de iunctis que allegantur empte: sed solum de petia terre predicta. Et propter hoc expedit consideratio supra facta: ⁊ etiam propter aliud quod infra subdam circa prescriptionem ⁊ tempus possessionis dicte petie terre que probatur possessa per Marianum dictorum Bernardini et Alexandri patrem: licet emptio predicta non fuerit facta a tanto tempore elapso nec aliter probantur dicte iuncte empte possesse p tantum tempus quod sint prescripte de qua p̄scriptione infra subdam cum itaq̄ probetur quod dicti Bernardinus et Alexander possiderent tempore turbationis dictam petiam terre ⁊ in ea tur-
6 bati fuerint: ideo merito reportauerunt sentētiam pro se. †Et maxime quia videntur probare dominium saltem vtile per possessionem longissimi temporis que probatio dominij ⁊ longissime possessionis non est impertinens in possessorio retinende per not.per Barto.in.d.l.si duo in prin.et Bald.in.l.j.C.vti pos.⁊ docto.in.c. licet causam.de proba.plures enim testes saltem duo probant q̄d marianus possedit dictam petiam terre per annos.xl.⁊ vnus alius
7 probat quod dictus marianus possedit a.xl.annis citra. †Et licet si vlterius non probasset nihil releuaret eius depositio per no.per Barto.in.l.celsus. de vsuc.⁊ Joan.an.⁊ doc.in.d.c.licet causam.tamē q̄r subdit.⁊ vltra tollitur ratio qua mouentur Jo.an.Barto.et
8 sequa. †non tamen est in hoc insistendum ex quo sunt duo testes deponentes quod dictus Marianus possedit per.xl.annos.⁊ in ore duorum vel trium stat omne verbū.l.vbi numerus.ff.de testi.⁊ c.in omni extra eo.cum simi. Attento etiam quod alius testis.videlicet Nardutius deponit quod dictus Marianus possedit per
9 lx.annos.⁊ consequenter deponit de.xl. †Et sic videtur probata lōgissima possessio.xl.annorum dicti Mariani que regulariter sufficit ad inducendam prescriptionem longissimi temporis.l.sicut.⁊ l.omnes.C.de prescrip.xxx.⁊.xl.anno.⁊ per eam queritur vtile dominium si processit cum bona fide.l.siquis emptionis eo.titu.⁊ bonafides presumitur: vt no.glo.⁊ doc.in.l.penul.C.de euic.⁊ facit.l. merito.ff.pro socio maxime vbi quis possedit longissimo tempore per not.per Barto.in.d.l.celsus.⁊ in.l.fi.C.vnde vi.⁊ quod no. In
10 no.in.c.ij.de in inte.resti.⁊ doc.in.c.peruenit de cens. †Et lʒ super predictis posset instari quod dicte attestationes non probent: q̄r non videtur quod appareat q̄ loquantur de eisdem temporibus. Nam vnus potuit loqui de.xl.annis inchoatis iam sunt nonaginta etiam anni ⁊ continuatis ⁊ alius de.xl.annis inchoatis minori tempore quinquaginta annorū: ⁊ consequenter dicti testes deponentes de.xl.annis possent esse singulares prout contestes: ⁊ propterea videtur quod contra eorum attestationes possit instari q̄d non probent per no.per Bald.in.l.edicto circa medium.C.de edicto diui.qui dicit quod prout non p̄bant testes singulares: ita nec probant illi qui possunt esse singulares prout contestes allegando no.per Barto.in.d.l.celsus.⁊ idem voluit ipse Bald.in.c.bone.de elec.⁊ in.l.testium.C.de testi.adducens no.per Guil.de cu.⁊ allegatur quod idem dixit dominus Ant.de bu.in.c.cum dilecti. de elec. Sed respondetur quod dicti testes necessario in aliquo sunt conte
11 stes cum Nardutio qui deponit de.lx.annis. †Quia ex quo nemo presumitur posse viuere vltra centum annos.l.fi.C.de sacrosan.eccle.⁊.l.an vsusfructus.ff.de vsufr.⁊ attento q̄ infans quicquid videt ignorat.l.j.C.de fal.mone.illi.xl.anni de q̄bus deponit dictus Nardutius necessario concurrunt pro aliquo tempore cum.xl.annis. de quibus deponunt alij duo testes siue deponāt de annis inchoatis iam sunt nonagintatres anni siue deponāt de annis p̄rimoribus. necessario enim capiunt aliquā partem.xl.annorū. vt de se euidenter cōstat: ⁊ maxime hoc p̄cedit: q̄r p̄ut mihi dicitur apparet in p̄cessu.vʒ in articulis ⁊ r̄nsionibus q̄ dictus Marianus decessit iā sunt plures anni elapsi: ita q̄ licet testes deponentes de.xl.annis possint esse singulares inter se: tamen sunt contestes; vt.s̄.cum di-
12 cto Nardutio. †Ita q̄d iuncta presumptione quod qui semel possedit presumitur cōtinuasse possessionē: vt habet̄ in.l.siue possidetis.C.de proba.⁊ per do.Ant.in.c.cū ad sedē.de resti.spo.resultat probatio.

probatio ꝙ dictus Marianus possedit per.xl.annos ꝯtinuos proximos morti ipsius ⁊ consequēter ꝓbatur ꝙ prescripsit dictā petiā terre:⁊ sic quesiuit vtile dominium ꝙ trāsiuit in eius heredes ꝓut sunt dicti Bernardinus et Alexander:nā ꝑsupponitur mihi esse probatum per responsiones conuentorū ad articulos dictoꝝ Bernardini ⁊ Alexandri ꝙ dictus Marianus fuit pater legitimus et naturalis dictorum Bernardini ⁊ Alexandri.Ex quibus deducit̃ ꝙ est ꝓbata aduersus dictos ꝯuentos prescriptio que censeret̃ etiā probata contra dictam vniuersitatē quatenus dicta causa censeret̃
13 agitata cum dicta vniuersitate dicte ville:† lꝫ contra ciuitatem nō currat prescriptio minor centenaria.l.fi.C.de sacrosan.eccle.Et soleat dubitari an priuilegium concessuꝫ ciuitati trahatur ad castrū vel villam:tñ dato sine ꝑiudicio veritatis ꝙ trahantur nihilominꝰ etiā ciuitati videtur ꝙ noceret dicta prescriptio.xl.annoruꝫ in his terminis in quibus non ꝓbatur pro parte aduersa dñiuꝫ.sed si qd
14 ꝓbatur:ꝓbatur sola possessio antiqua attento† ꝙ.d.l.fi.equiparātur quo ad prescriptionem de qua ibi ciuitas ⁊ ecclesia. Et in ecclesia prescriptio centenaria de qua ibi est reducta ad tēpus.xl.anno-
15 rum.†Et prescriptio quadrigenaria est subrogata in locuꝫ centenarie prescriptionis:⁊ tñ cōtra ecclesiam currit prescriptio minor quadrigenaria si ecclesia nō probat de suo dominio etiam si probaret de quasi dñio vel de iure hereditario:ita ꝙ ꝑtēderet habere publicianam vel petitionem hereditatis prout notat Bald.in.l.sine autem.§.si duabus.ff.de publi.allegando Dy.⁊ Bar.in.l.si finita.§.si de vectigalibus.ff.de dā.infec.qđ vltra eum probatur rōne: qꝛ qui possedit.xxx.annis bone fide prescribit aduersus verum dominum.⁊ prescriptione querit vtile dominium.d.l.siquis emptionis.⁊ habetur in aut.nisi tricennalis.C.de bo.mater.⁊ sic a vero domi-
16 no aduocat vtile dominium.⁊ efficitur dominus:† ⁊ contra dñm nō datur publiciana.l.paulus.ff.de publi.nec petitio hereditatis: etiam non datur contra titulo possidentem per iura vulgaria multominus contra dñm.Et sic illud allegans dictum bal.ꝓbatur per punctū rationis.⁊ ita al's etiā cōsulendo visuꝫ fuit.vnde pari rōne idem dicendū est aduersus ciuitatem:ideo multofortius dicendū videtur ꝙ obstet prescriptio minor centenaria.vbi ꝓbatur sola antiqua possessio vniuersitatis ꝓut constat ꝙ nihil aliud ꝓbatur in casu nostro quinimmo nec possessio vniuersitatis probatur:vt in-
17 fra deducam.†Est etiam aduertendū ꝙ.d.l.fi.loquens de prescrip. centenaria nō loquitur generaliter.Sed loquitur in certis casibus ibi expressis.vꝫ in legatis donationibus⁊ emptionibus que nō attingunt casum nostrum.Remanet itaqꝫ ex predictis conclusio supra facta quod ex quo probatur pro parte Barnardini ⁊ Alexandri ꝙ ipsi possidebant tempore turbationis:⁊ turbatio possessio-
18 nis probatur per testes:vt supra deductum est.†Et videtur etiam ꝓbari quo ad causam ciuilē per cōtradictionem factā in iudicio secūdū notata per Bal.in.l.ordinariꝫ in ante penul.col.ver. deinde q̃ro.C.de rei vēdi.q allegat Bar.in.l.si prius.ff.de noui oper. nūc. dicta sententia lata pro dictis Bernardino ⁊ Alexandro fuit iusta ⁊ debet per iudicem appellationis confirmari maxime concurrente probatione longissime possessionis nō obstantibus adductis in contrariū.Non enim ob.ꝙ ciuilis et criminalis actio non debent cumulari:qꝛ respondetur ꝙ dato ꝙ nō debuerint cumulari: tamē iudicium procedit si non opponitur:et super actionibus cumulatis ꝓceditur si non opponitur:vt no.Barto.in.d.l.edita.⁊ doc.se-
19 quuntur.† Et insuper etiam iudex cognoscens de causa criminali puta cōtra furē:lꝫ accusatio tendat ad penā applicandā fisco:⁊ nō ad rei restōnem:nihilominꝰ ex officio iudex cogit ad rei restōonē: vt habet̃ in.l.solemus.§.latrūculator.ff. de iudi.⁊.l. interdū.§. qui furē.ff.de fur.ita pari rōne videt̃ dicendū ꝙ iudex cognoscēs de cā criminali turbate possessionis possit iuste ꝓnunciare ꝙ iniusti turbatores desistāt a turbatione⁊ in posterū non turbent.Nec etiā obstat ꝙ pro parte conuentorū conatur probari antiquior possessio: qꝛ respondetur primo ꝙ dato sine preiudicio ꝙ probaretur antiquior possessio cōitatis ⁊ presumeretur qđ dicti Bernardinus et Alexander vi clam vel ꝑcario a cōmunitate dicte ville possiderent nō tñ ꝓpterea licebat dictis particularibus hominibus ipsos tur-
20 bare.†Quia nō possidebant vi claꝫ vel ꝑcario ab eis.vñ nō militat id qđ habetur in iuribus in cōtrariū adductis : qꝛ loquunt̃ in eo q possidet vi clam vel ꝑcario ab aduersario.⁊ nō in eo qui vi clam vel precario possidet ab alio ad hoc.d.l.si duo in princ.Secundo videtur posse responderi ꝙ nō videtur ꝙ dicta presumptio militet in eo qui possedit longissimo tempore.Quia per longissimam posses-
21 sionē videtur ꝙ presumatur ꝙ iuste possederit per supradicta.†Et
22 vna presumptio tollit aliam:vt habetur in.l.fi.ff.de in inte.resti.† ⁊ clarius respōdetur ꝙ nulla possessio dicte cōmunitatis legitime ꝓbatur:tum qꝛ testes sunt de vniuersitate ⁊ ꝑtendunt particulare interesse:maxime quia per plures ex eis deponitur ꝙ fuit cōuentū inter eos ꝙ si qua pena solueretur vigore dicte turbationis omnibus de vniuersitate solueretur ⁊ sic videntur testes quodammodo deponere in causa propria merito ⁊c.per.l.nullus.ff.de testi.⁊.l.oībus.C.co.titu.Videntur etiam pretendere interesse:quia deponere videntur ꝙ homines de vniuersitate pasturāt in rebus cōmunalibus vniuersitatis ꝙ nō licet in rebus aliorū.Preterea nō videtur ꝙ reddant idoneam causam scientie.Nam videtur ꝙ deponant de actibus particularibus singulariū hoium de vniuersitate.s.ꝙ ipsi
23 solebāt pasturare tanq̃ in rebus cōmunibus.†Quia aliud est vniuersitas.⁊ aliud singulares homines de vniuersitate.l.intantum.§. vniuersitatis.ff.de rerum diui.⁊.l.sed si hac.§.qui manumittitur.
24 ff.de in ius vocā.⁊.l.sicut.§.si quid vniuersitatis.ff.qđ vniuer.no.† Adeo ꝙ si omnes homines de vniuersitate aliquid faciunt:si tamē non faciunt per vniuersitatē solēniter congregata ⁊ communicato cōsilio non censetur actus gestus a cōmunitate prout voluit Bar. Ang.⁊ Pau.de cast.in.d.§.si qd vniuersitati.⁊ Bar.in.l.aut facta §.fi.ff.de pen.Ad hoc enim vt actus gesti afficiant vniuersitatem requiritur ꝙ vniuersitas sit solēniter cōgregata ⁊ cōmunicato cōcilio ⁊ habita deliberatione.vt ipsi actus gerantur.vt not. prefati doc.in.d.iuribus.⁊ in.l.metū.§.aīaduertendū.ff.ꝙ me.cā.⁊ per gl. in.l.aliud.§.refertur.ff.de reg.iur.⁊ in.l.sed ⁊ dolo.§.j.ff.de dolo.et per Bar.in.l.omnes populi circa principium.ff.de iusti.⁊ iur.⁊ ꝙ
25 per gl.in rubrica.C.que sit long.consuetu.†ꝓpter que al's cōsului ꝙ lꝫ omnes homines singulares de vniuersitate vsi fuerint aliqua petia terre tanq̃ re vniuersitatis nō ꝓpterea ꝓbatur possessio vniuersitatis per ꝑdicta:⁊ ita in ꝓposito videtur dicendū in casu isto. Et si qui testes deponerent ꝙ vniuersitas possedit:quia viderunt non videtur ꝙ legittime probent:quia vniuersitas nō videtur.Sꝫ videtur potius percipi iudicio intellectus.Ideo cū nō cadat in ꝓpriū sensum visus nō videtur ꝙ sit sufficiens ratio sciētie. prima tamen ratio est magis plana. Laus deo.

¶Summarium super consilio.xxxj.

1 ☞ Instrumentum transsumptum siue extractum per duos tabelliones habet vim notariꝫ rogati.
2 Instrumenta repugnantia non probant tanq̃ contraria.
3 Expressum preualet tacito.
4 Argumento a contrario sensu derogatur expresse dispositioni.
5 Subauditiones taciti intellectus non inducunt correctionem.
6 Instrumento digniori statur si producta a diuersis partibus contraria reperiantur.
7 Instrumentum non dicitur falsum per omissionem clausule factā a notario.
8 Instrō ampliori potius credit̃ q̃ alteri in quo fuit omissa clausula.
9 Clausula in medio plurium graduum etiam substitutionum posita quando refertur ad precedentia et sequentia.
10 Substitutiones plures eandem hereditatem respicientes non dicuntur separate.
11 Instrumenta eiusdem rei diuersa tamen inter se circa substantiam non dicuntur repugnantia.

¶Consilium.cxxxj.

REpetito diuino numie.

¶Egregie ⁊ diffuse discussa est presens cōsultatio per famosissimū.V.I.doctorem dominū Bartholomeum de Senis vti fratrē honorandū.adeo ꝙ de sola subscriptione requisitus merito posseꝫ sine pluribus allega.ad subscriptionem condescendere:ideo paucis vtar.
1 ¶Considero.n.†ꝙ statutū seu cōsuetudo ꝓut ꝑsupponitur disponit ꝙ instrumētū extractū per duos tabelliones ꝓut ꝑsupponitur esse transsumptū instrumētū quo nititur capitulum fratrum montis oliueti habet eandem vim:quam haberet instrumentum transsumptum manu notariꝫ rogati.¶Et si contingeret ꝙ reperirentur duo instrā manu eiusdē notariꝫ.Et in vno contineret̃ substitutio facta sub his verbis si Matthias decesserit sine filiꝫs legitimis ⁊ naturalibꝰ tūc substituo ei Magdalenā ꝓut cōtinet̃ in instrō quo vtitur aduersarius dictorū fratrū seu dicta Magdalena. ⁊ in alio instrō ꝯtineret̃ eadē substō sub hmōi ṽbis.vꝫ ⁊ si dictꝰ Matthias decesserit sine filiꝫs legitimis ⁊ naturalibꝰ:⁊ sine testō: tūc substituo ei Magdalenā ꝓut cōtinet̃ in instrō dictorū fratrū.⁊ essent paria
2 dignitate qlibet sani capitis diceret de duobus alterū vel†ꝙ tanq̃ cōtraria nullam faciant fidem.arg.l.vbi repugnantia.de regu.iur. et.l.scriptura.et quod ibi habetur.C.de fide instru. vel ꝙ staretur scripture in qua cōtinetur cōditio ⁊ sine testamento.⁊ sic ꝙ censeat̃ facta substitutio sub duplici conditione ⁊ non sub vna duntaxat conditione:tum qꝛ per instrumentū in quo cōtinetur solū vna conditio nō negatur expresse quod non interuenit alia conditio: licet videatur tacite negari:⁊ per aliud instrumentum expresse contine-
3 tur etiam alia conditio.†Et quia expressum plerumqꝫ preualet tacito et efficacius operatur expressum q̃ tacitum.l.nonnunq̃.ff.de
4 cōdi.⁊ demon.⁊.l.expressa.ff.de regu.iur. ¶†Hinc dicimus quod per argumētū a cōtrario sensu nō derogatur expresse dispositioni. vt habetur in.l.cōuenticulā.C.de epi.⁊ cle.⁊ in.l.j.§.huius rei.ff.de
5 offi.eius cui mā.est iurisditio.†Et no.gl.notabilis in.c.cupiētes. §.quod si per viginti. de electione lib.vj. quod per subauditiones tacitas intellectus non est inducenda.ll.correctio.Et hoc respectu potest censeri dignior:quia efficacior scriptura que exprimit conditionem.Si sine testamento: q̃ scriptura que tacite negat illam

6 conditionem interuenisse.† Et quando reperiuntur due scripture diuerse vel cõtrarie a diuersis partibus pducte statur digniori.
7 vt no. Bar. i. d. l. scripture p. l. optimã. C. de ɔtrahẽ. ɀ cõmit. stip.† Cum etiã qꝫ exemplans aliã scripturã magis de facili ɀ frequẽtius errat in omittendo aliqua verba ꝙ in addendo verba que non sunt in originali vt docet experientia rerum magistra. c. ꝙ sit. de elec. li.
8 vj. ɀ c. statutum in prin. de rescriptis. eo. lib.† Et idcirco magis videtur credendum illi instrumento in quo deficiunt illa verba: ɀ sine testamento in dicta substitutione fuerit erratum in omittendo ꝙ in scriptura in qua illa verba continentur fuerit erratum in superflue scribendo. ɀ ideo ɀ his et alijs multis adductis per dominum consulentem concurro in sententiam domini cõsulentis scilicet quod preualeat dicta scriptura dictorum fratrum vel si reputatur contrarie dicte scripture dicti fratres fouent iustitiam: qꝫ possident. Et in pari causa potior est conditio possidentis regula impari in. vj. cum concor. Et pars dicte Magdalene substitute que nititur ex fideicommisso ɀ habet agere debet idonee probare suam intentionem alias succumbere debet per. l. qui accusare. C. de eden. cum si. vulg. ɀ propterea si dictis scripturis non adhiberetur fides tanꝙ contrarijs agendo succumberet. Posset etiam attentari qꝺ etiam quo ad secundum instrumentum quo vtitur pars dicte domine Magdalene dicti fratres foueant iustitiam: quia illa verba nullo condito testamento sunt ablatiui absoluti positi post primã substitutionem. ɀ ante secundam substitutionem. ɀ sic videntur po
9 siti in medio plurium substitutionum.† Et clausula in medio plurium graduum institutionum ɀ substitutionum posita refertur ad precedentia ɀ sequentia in. l. iij. §. si filius. ff. de liberis ɀ posthu. Ad hoc etiam. c. ij. requiris. de appellatio. vbi est tex. ꝙ clausula prohibens appellationem in rescripto posita inter plures articulos refertur ad predentia ɀ sequentia. ɀ docto. ibi. ɀ in. c. inquisitioni eo. titu. intelligunt illa iura in clausula appellatione remota. ɀ sic per ablatiuos absolutos. ɀ tamen plures articuli solent in rescripto apponi mediante copula prout contingit in pluribus substitutionibus in casu nostro secundum tenorem instrumenti quo vtitur pars Magdalene. Et ideo pnt in terminis dicti. c. ij. requiris illa clausula appellatione remota posita in medio plurium articulorũ refertur etiam ad sequentes articulos: ita in casu nostro illa verba sine testamento habeant: determinare etiam sequentem substitutionem. Attento quod illa verba sine testamẽto apposita in dicto testamento non videtur quod regantur a verbo substituit: vt habeant rectum sensum secundum mentem testatoris. Ideo videatur ablatiuꝰ absolute appositus seu clausula absolute posita. ɀ licet dicte cõsiderationi videatur obstare. d. c. inquisitioni. vbi clausula appellatione remota posita in medio plurium articulorum determinat precedentia ɀ non sequentia: tamen respondetur quod loquitur quando ponitur inter negotia omnino separata prout dicunt gl.
10 ɀ docto. ibi. ɀ in. d. c. ij. requiris.† Sed plures substitutiones que respiciunt eandem hereditatem non censentur omnino separate. vt satis videtur probari in. d. §. si filius. vbi exheredatio: licet sit odiosa ɀ restringenda. l. cum quidam. eo. titu. tamen in medio plurium graduum posita etiam ad sequentia refertur multo fortius ista verba sine testamento que non significant quid odiosum: debent etiaꝫ
11 seqũtia determinare.† Et maxime quia. d. An. ɀ Imo. in. c. causaꝫ de rescri. dicunt quod ideo in. d. c. inquisitioni clausula appellatione remota in medio posita non determinat sequentia: quia est clausula a iure exorbitans: ideo restringenda. ɀ propterea non determinat sequentia: et sic videntur velle quod clausula non exorbitans etiam posita inter negotia inuicem non se contingentia etiam ad sequentia refererretur. Laus deo.

¶ Summarium super cõsilio. cxxxij.

1 Filiorum appellatione an venit nepos vtriusꝗ sexus in statutis.
2 Disponere nemo põt cõtra legem municipalem.
3 Alienari prohibita videntur que subiacent fideicommisso.
4 Alienari ꝓhibitus statuto: maxime liberis stantibus si fuerit heres institutus ꝙ possit de hereditate ad libitũ disponere non ꝓhibetur contra statutum alienare.
5 Moderator rei sue quilibet dicitur.
6 Monacho relictum qñ nõ dicatur monasterio relictum.
7 Alienari ꝓhibitus põt alienare illa que sibi dantur per nõ comprehensum verbis statuti.
8 Legitimã filius nõ habet super illis que dãtur patri ne perueniãt in filium.
9 Cessante causa cessat iuris dispositio.
10 Dotata filia statuto exclusa stantibus masculis non prohibeẗ succedere masculis repudiantibus siue iure exclusis.
11 Statuta dicuntur rigorosa ɀ contra ius commune.
12 Nepos nõ venit appellatione filiorum. numero. 15.
13 Tutela respectu cuius dicatur onus siue fauor quoad restrictionẽ seu ampliationem.
14 Tutele datio est latior relictis etiam filijs factis.
16 Donatio vni filio facta non videtur alijs filijs preiudicare.
17 Indefinita qñ nõ equipollet vniuersali.

¶ Consilium. cxxxij.

In nomine domini nostri iesu xpi. ¶ Licet videatur prima facie dicendum qꝺ dicta donatio facta de bonis dicte domine Ramacine vltra quartam partem bonorum suoruꝫ non valuerit in preiudicium alterius nepotis ex filia pdefuncta per casum legis municipalis disponẽtis ꝙ mulier habẽs filios vel filias vnuꝫ vel plures nõ possit relinquere vẽdere vel alienare: ita qꝺ filij eius qui remanserint postea possint priuari a bonis suis nisi causa necessitatis sui victus saluo quod quartam partem bonorum suorũ possit pro suo arbitrio dispẽsare. et de ea disponere: ita ꝙ si in dicta donatione veniunt bona vltra quartã partẽ bonorũ dicte testatricis videtur donatio aperte prohibita per. d. l. municipalem quatenus excedit quartam partem dictorum suorum bonorum. et super casu legis non videtur insistendum per. l. ancille. C. de fur. ɀ. l. illam ver. de modo. C. de col. Nec videtur ꝙ habeat obstare ꝙ non supersunt
1 filij: sed nepotes:† qꝫ appellatione filiorum veniunt nepotes. l. filij appellatione. ɀ. l. iusta interpretatione. de verbo. sig. ɀ. l. filium ad mace. cum si. nec refert ꝙ est nepos ex filia: qꝫ statutum in hoc non facit differentiam. Sed loquitur in vtroꝗ sexu dicendo filios vel filias ɀ subdendo cuiuscunꝗ sexus. Nec etiam videtur obstare ꝙ testator in codicillis disposuit ꝙ dicta dña Ramacina possit pro libito voluntatis donare et quocũꝗ titulo alienare subdendo etiaꝫ
2 vltra quartam partem hereditatis testatoris:† quia videtur posse responderi quod dictus testator non potuerit disponere cõtra dictam. l. municipalem per. l. nemo potest. de lega. primo. Item videtur ꝙ dictus testator dederit dictam potestatem alienãdi dicte do
3 mine Ramacine:† quia post mortem onerabat eam de fideicõ. vniuersali: ita ꝙ al's fuisset impedita alienare bona vigore fideicõ. per l. si. §. sed quia. et. §. sin autem sub conditione. et auẽ. res que. C. communia de leg. Ita ꝙ non videtur ꝙ voluerit derogare sup̄adicte legi municipali. ɀ licet addiderit illa verba vltra quartã: tamen videtur ꝙ referantur ad proxima: et sic ad facultatem sibi concessaꝫ disponendi de ipsis bonis pro anima ipsius testatoris. Quinimmo videtur posse dici ꝙ illa verba pro anima testatoris determinẽt omnia precedentia: ita ꝙ facultas concessa sibi vt ꝓhibito possit donare intelligatur dummodo donec pro anima ipsius testatoris. ar. l. talis scriptura. de lega. primo ɀ. c. ij. requiris. ɀ. c. inquisitioni. de
4 appella. et. c. causam. de rescrip. cum simi. ¶ † His tamen non obstantibus puto concludenduꝫ ꝙ quatenus dicta donatio est facta de bonis dicti testatoris: licet excedat quartam partem omniũ bonorum dicte donatricis: et hoc vigore dictorum codicillorum per quos conceditur dicte donatrici donare vltra quartam parteꝫ sue hereditatis pro libito voluntatis: et videtur ꝙ dictus testator seu codicillator potuerit eam legem adijcere in suis codicillis circa bo
5 na sua:† qꝫ rei sue quilibet est moderator et arbiter. l. in re mandata. C. manda. Et videtur ꝙ testator possit in sua vltima voluntate iuri disponenti quod bona eius quem honorauit alicui querantur quod scilicet non procedat in bonis ipsius testatoris vt probatur in auten. excipitur. C. de bonis que libe. Quam auctẽ. trahunt ibi
6 Bar. et docto. ad † eum qui reliquit Monacho cum hoc quod nõ queratur monasterio: et sic patet quod illa auẽ. per docto. extenditur vltra casum suum et al's habetur quod testator potest prohibere ne bona sua transferantur seu alienentur in aliquem et talis prohibitio operatur si illa talis esset heres legitimus ipsius onerati a testatore: et sic licet ad illum heredem legitimum bona venirent ex
7 l. dispositione:† tamen voluntas testatoris operatur vt non procedat dicta legis dispositio: ɀ sic non queratur legitimo heredi saltem effectualiter: vt per Bar. et docto. in. l. si ita quis. ij. §. ea lege. de verborum oblig. et in. l. codicillis. §. matrem. de lega. scõo quod videretur procedere etiam si legitimus heres esset filius prohibiti
8 alienare.† Nam si testator instituerit patrem et prohiberet ne dicta bona deuenirent in filium posset pater bona testatoris donando alienare ne peruenirent in filium nec videretur quod tunc filiꝰ posset donationem reuocare tanꝙ inofficiosam. ex eo quia ipse filius computatis bonis testatoris donatis non haberet legitimam bonorum patris: licet de iure al's cessante prohibitione predicta: secus esset per titulum de inoffic. testamento. et ita videtur dicendum per ea que generaliter habentur in dicto. §. ea lege. et in. d. §. matrem. et quia suadet ratio naturalis quam sufficit allegare. l. scire oportet. §. sufficit. de excusa. tuto. ɀ in. l. dedi. §. siquis quasi. ff. de condi. ob causam. ɀ ex his videtur quod in casu nostro dictus testator potuerit impedire ne sua bona deuenirent ad filios Ramacine casu quo ipsa Ramacina voluerit alienare et alienauerit. Nec videtur obstare quod statutum prohibet matrem alienare: quia non prohibet ex alia causa quam vt bona matris deueniant ad filios. Et sic fauore filiorũ. vnde si testator ꝓhibet ne ad filios perueniant
9 cessat causa ꝑpter quã fit dicta prohibitio.† ɀ cessante causa cessat iuris dispositio. c. cum cessante. de appella. et. l. quod dictũ. de pac. ɀ. l. adigere. §. quis. de iure patro. vñ dicta ꝓhibitio dꝫ intelligi si sunt

10 sunt successuri in dictis bonis.†Sicut alias dicimus in statuto disponente quod filia femina non succedat stantibus masculis quod nõ procedit si masculi nõ succedũt: qꝛ exclusis a iure vel repudiatione: vt voluit Bar. ꝛ Ang. in. l. iij. §. filiũ circa finẽ. de cõtrata. ꝛ Bal. in. l. maximũ vitiũ. C. de lib. prete. ꝛ facit tex. in. l. in substitutione. §. nõ simili modo in lectione sui. ꝛ ibi per Bal. ff. de vulga. ꝛ pupil. igitur cum in casu nostro nõ ex alio videt̃ ꝙ dicta Ramacina possit pro libito voluntatis alienare etiam vltra quartã: nisi vt impediret filios volentes alienationez matris impedire vigore dicti statuti: qꝛ al's frustra adijcisset illa verba etiã vltra quartaz qđ ꝛ patet qꝛ disposuit ꝙ Magdalena filia dicte Ramacine: lꝫ esset inuitata vna cum matre: tñ in casu quo mater alienasset etiam vltra quartã noluit ꝙ succederet nisi in eo ꝙ superesset: ꝛ sic non esset alienatuz ꝛ ex quo voluit ꝑuare Magdalenã in bonis alienatis per Ramacinã fortius vr̃ voluisse priuare dictis bonis alienatis filios Magdalene qui nõ erãt ita dilecti a testatore ꝑut Magdalena: tum qꝛ illa fuit a testatore honorata ꝛ non dicti sui filij: qꝛ magis ꝓpinqua. ex quibus puto ꝯcludendũ ꝙ dicta donatio facta dicto Christoforo per dictã Ramacinã valeat in bonis dicti testatoris nec possent ꝑ fratres dicta bona ab eo aduocari non obstantibus adductis in cõtrarium quibus satis patet responsum per adducta pro hac parte Non enim obstat dictum statutum: qꝛ supra responsum est: nec obstat ꝙ illa verba etiam vltra quartã possunt referri ad proxima: et sic ad alienationem faciendam pro anima: qꝛ respondetur ꝙ clausula in fine posita regulariter refertur ad omnia precedentia: vt supra dictum est.

11 †Posset etiam attentari ꝙ etiam in alijs bonis valeat dicta donatio: qꝛ dictũ statutũ est nimis rigorosum: ꝛ cõtra ius cõmune ꝓpterea videt̃ restringendum per iura vulgaria: ideo cũ

12 loquatur in filijs non trahat̃ ad nepotes.†Quia appellatione filij de ꝓpria vi verborũ non comprehẽdit nepotes s̃m Bar. post Dy. in. l. liberorũ circa mediũ. ff. de verb. sig. per. l. iusta interpretatione eo. ti. ꝛ probatur in. l. ꝙ si nepote. ff. de testa. tute. ꝛ voluit glo. in. d. l. filij appellatione eo. ti. que enumerat certos casus in quibus appellatione filij nepos continetur. ꝛ postea subdit ꝙ regulariter cõtra allegãdo. §. fi. insti. qui dari tuto. pos. vbi idem dicit̃ ꝙ in. d. l. ꝙ si nepotes. Et sic aperte vult ꝙ regula sit ꝙ appellatione filiorum minime cõprehendantur nepotes a qua regula nõ reperitur exceptuatus iste casus exorbitantissimus merito videtur standuz regule per ea que habentur in rubrica. de reg. iur. in. vi. ꝛ in. l. j. ff. eo. ti. ꝛ ꝙ in. l. quotiens. ff. si quis cau. ꝛ per glo. et doc. in cle. fi. de rescrip. Et lꝫ Barto. in. d. l. liberoruz dicat ad. d. l. ꝙ ibi si nepotes ꝙ illud

9 de condẽnatione apparet q loquuntur post litis cõtestatione: † et sic satis aperte volunt q licet filius suscipiet iudicium et litem contestatam cum creditoribus hereditarijs. Non propterea censeat̃ agnouisse hereditatem patris qđ et voluit bar. in. l. necessarijs ff. de acqui. here. vbi Bart. vult q licet filius insuitate constitutus sit ipso iure heres et teneatur creditoribus hereditarijs tamen nõ propterea potest creditoribus condemnari et propterea non mirũ si dictus petrus non specifice negauit se heredem sed negauit se teneri et c. Ex quibus patet hoc q medio satis claro quod dictus petrus venit absoluendus a dictis tribus capitulis insuper non videtur legitime probatum q dictus Venturucius teneretur. nam super capitulo bouis reperio deposuisse Joannem matthei et mattheum et beum francisci Joannes non deponit q bos fuerit Nicolai nec etiam Mattheus nisi per auditum a venturucio et petro et sic deponunt de confessione partis non facta presente altera parte et confessio facta absente parte non probat. l. certum. §. si quis absente. ff. de confessio. et l. fina. ff. de interrogato. actio. preterea in hac confessione non sunt contestes: quia non vocant se in contestes. et Joannes deponit q audiuit a petro q dict᷒ bos erat Nicolai. et Matthe᷒ deponit q audiuit a Venturucio q Nicola᷒ lucratus fuerat dictum bouem tempore quo comes carolus et c. et sic innuit q lucratus fuit tempore belli non liciti et insuper variãt in loco: q vnus dicit in tenimento tuderti et alius in castro marsani et sic in tenimento perusij: et insuper nedũ testes singulares: sз etiam qui possunt esse singulares et contestes non probant. vt. j. de ducam. beus autem deponit q dictus Nicolaus consignauit vnuз bouem dicto Venturucio et in hoc non habet contestem et testibus singularibus non adhibetur fides. c. tam literis. de testibus. c. cum dilecti. de elec. cum similibus: ideo non probatur q dictus bos pertinuerit ad dictum Nicolaum et licet posset instari q non probet q peruenerit ad manus dicti Venturucij tamen hoc commisso illud constat quod non probatur legitime q dictus Venturucius dictum bouem vendiderit: quia testes de venditione deponentes deponunt de auditu et sic non probant. dicto capitulo tam literis. et capitulo inquisitioni de accusationibus: et sic probatur possessio de presenti nec q fuerit factus locupletior per predicta super capitulo autem equi deponut predicti Joannes mattheus et be᷒: et licet deponant q dictus equus peruenit ad manus Venturucij tamen non probant q fuerit dicti Nicolai. nam de hoc nihil deponit dictus beus et dictus Mattheus non deponit q fuit Nicolai nec similiter dictus Joannes licet deponunt q dõnus Marcus habit dictum bouem a dicto Nicolao et q illum retinuerunt pro dicto Nicolao et sic deponunt de possessione dicti Nicolai et non de dominio vel quasi que inter se differunt et nihil commune habent

10 vt dicit tex. in. l. naturaliter. §. nihil commune. de acqui. pos. †Ita quod probata possessione non probatur dominium vel quasi quãdo principaliter deducitur. et insuper quando deducitur incidẽter non probatur dominium ex possessione de preterito vt not. Bar. de condi. institu. l. quidam in suo. accedant ad predicta que habentur in. l. cũ res. C. de probatio. et sic non probato dominio vel quasi dicti Nicolai non probatur quod sibi competat actio ad repetendum dictum equum seu estimationem vel precium. Item nõ probatur quod dictus Venturucius fuerit fact᷒ locupletior q debз attendi per supradicta. item dictus Mattheus deponit de suo interesse ex quo ipse retinuit dictum equum pro dicto Nicolao ita q interest sua q dictus Petrus teneatur et q ipse censeatur restituisse dictum equum dicto Venturucio de voluntate dicti Nicolai et sic censetur deponere quodammodo in causa propria ita q censetur idoneus testis. ar. l. omnibus. C. de testibus cum similibus et hoc not. per Barto. in. l. deferre. ff. de iure fisci. et in. l. in tantum. de rer diuisione. et per doct. in. c. cum nuncius. de testibus. quo autem ad capitulum decem florenorum dictus Petrus venit pariter absoluendus illa ratione: quia nõ pbatur q sit heres venturucij. Item alia ratione: q non pbat̃ q dicta Joanna adiuerit hereditatem matris ita q sibi debeatur dos materna posset dici q confessio fa

11 cta per dictũ Franciscum confessata per dictũ Venturucium. †Et confessio dicti Venturucij que facta fuit absente parte non probat licet fuerit facta constitutis in infirmitate: quia vltime volũtates plerũq fiunt ab infirmis et quandoq a semimortuis. C. de testamentis. l. quoniam indignum et saltem fiunt cogitatione mortis. Et tamen facta in vltima volũtate non probant put vñr velle glo. et bal. in. l. j. C. de falsa cã adiecta legato q et tenent bar. rapha. et Pau. de ca. ibi et bar. in. l. cuiqs decedens. §. codi. de le. iij. tñ confessio facta absente pte ex cã que si vera cẽt obligaret confitẽtem lз non probet tñ inducit relictum vt hr̃. in dictis iurib᷒ et relictũ inter liberos sine solẽnitate valet. l. hac cõsultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. et l. fi. C. fami. her. censet̃ aũt relictũ ei cui cã confessata si vera cẽt obligaret: sз receptio dotis materne nõ obligaret filiabus matris nisi fuerit ab eis adita hereditas matris merito nõ pbata aditione non debet̃ dictũ relictũ dicte filie. Nec obstat q dict᷒ dñs bñdictus deponit q dictus franciscus dixit q dicti decẽ et octo floreni pertinebant ad dictas filias: q dicta verba non probantur cum in eis non habet contestem. Nec etiã obstat q dictus petrus lamberti deponit q dictus Franciscus reliquit exp̃sse q dicta quantitas dotis recepte restitueret̃ dictis Joãne et Margarite et similiter dictus Venturucius: quia in predictis non habet contestem et testi

12 bus singularibus non creditur vt supradictum est. ¶†Insup viso instr̃o emphyteosis cõcesse p ecclesiã francisco recipiẽti p se suis filijs et nepotibus vsq ad tertiam generationẽ vtriusq sex᷒ masculini et feminini et c. querit̃ vtrũ dicta ẽphyteosis ptineat ad neptes dicti Francisci superstite nepote ex filio dicti Francisci. circa q lз verba contractus videantur inuitare pariter filias et neptes adeo quod de iure communi pariter venirẽt feminine prout masculi. argu. l. si mihi et titio. de verb. ob. et l. reos. §. cum in tabulis. de duob᷒ reis cũ simılib᷒. et firmat bar. quasi i pprijs terminis. in. l. vt iurisiu. §. si liberi. ff. de oper. liber. tamẽ psupposito statuto q est perusie q filia dotata nõ succedat extãte masculo psupposito q dicte filie fuerint dotate et gñter excluse ab hereditate p̃ris et aui stipulãtis donec extat mascul᷒ piter excludunt̃ ab ẽphyteosi put voluit bart. in d. §. si liberi. quẽ refert et seqt̃ Jmo. in. l. si. ff. de cõdi. et demõ. et l. c. potuit. de locato. et Pe. de anc. in cõsi. ccxxiij. incip. visis et ruminatis col. antep. et in cõsi. cccclxxxiij. inci. postq̃ ista dña post pncipiũ. et in cle. ij. de iure patronat᷒ q et tenet bar. in cõsi. incipiẽ. quidã accepit a quodã abbate al's qđ ista hз duo dubia nũero. cxxxij. hз ordinẽ perusinũ nõ iformis et fm ordinẽ informis nu. lx. et fundãt se pfati doc. q testator et cõtrahẽtes cẽsent̃ se cõformare cũ dispõne iurз cõis vel municipalis: et idẽ cõsulẽdo voluit Dy. vt cũ referũt et sequunt̃ bar. ang. et Pau. de ca. in lec. Paduana in. l. heredes mei. §. cũ ita. ff. ad trebe. et in. d. l. penul. C. de ipub. censet̃. n. testator se conformare cũ dispõne iuris cõis vel statutarij. put. s. dictũ est et vltra s. dicta voluit pe. de anc. in cle. ij. de iure patronat᷒. et in cõsi. cxxv. incipiẽte visis et diligẽter ruminatis col. antepe. et in alio cõsi. ccccxxxiij. incipiẽte postq̃ ista dña post pncipiũ in quib᷒ locis approbat dictũ bar. in dicto. §. si liberi. ad idẽ q no. idẽ petr᷒ de anch. in l. tres fratres. ff. de pac. dicẽs. q si statutũ excludit feminas ab intestato pp masculos nõ cõprehẽdunt̃ femine si pater instituit filios mouet̃ p dictũ bal. ibi in. x. no. dicẽs q appel. fratris cõtinet̃ soror nisi ex cõiecturis aliud appareat. tãgit etiã idem Petr᷒ de ancha. in repetitiõe. c. j. de cõsti. in antiqs. xiij. q. pncipali post recitatã q̃stionẽ pillei. Ad idẽ Pau. de ca. in cõsi. lxxvij. inci. casus iste frequẽter cõtingit cõcludẽs q si testator hñs duos filios eos instituit et si alter decesserit sine filijs substituit aliũ si alter decedit cũ filia est locus substõni stãte statuto q frater ab intestato pferat̃ filie al's sec᷒. Jtẽ. d. ant. de but. in cõsilio suo incipiẽte viso pũcto et q̃sito: vbi cõcludit q si p̃r istituto filio phibuit alienare ex eo q voluit peruenire ad suos posteros et succeſſores femie nõ admittunt̃ stãte statuto q femie nõ succedãt ab itestato ad idẽ q no. ant. de iser. in. c. j. ex qbus cau. feu. amit. Ex qb᷒ pcludẽdũ ẽ q dcẽ filie dotate a p̃re non succedũt i dcã emphyteosi donec supest per᷒ fili᷒ dci vẽturucij.

¶ Summarium super consilio. cxlvj.

1 Mater filio succedit ab intestato auo excluso.
2 Ascendens in ascendentem non agnitam an transmittat hereditatem et c. nu. 7.
3 Adijsse presumitur hereditatem qui illam possidet.
4 Aduentitiorum vsusfructus licet patri queratur illumq retinere post filij mortem possit: qñ non procedit nepotibus relictis ex filio numer. 17. idẽ in fratre vel sorore relictis per filium. nu. 16.
5 Mater sui filij qui non agnita paterna hereditate post mensem a morte sui patris decessit hereditatез nõ aditam per eam lapsis. xx. annis ad petitionem eorũdem bonor illa vt heres nõ aditur.
6 Ascendentis hereditas non agnita in descẽdẽtẽ transmittitur.
8 Heres dici non potest extraneus qui ignorat mortẽ testatoris.
9 Hereditas trãsmittitur tantum iure suitatis a liberis in liberos.
10 Uxor quando et quo iure marito succedere possit.
11 Hereditatis trãsmittende vota parẽtuз ascendentiũ que nã sunt.
12 Regula per quã vota sunt parentum et quod querunt liberis seruant non limitatur in materia successionum.
13 Legis cuз accutissimi et. l. j. de his qui ante apert. tab. dispositio ad parẽtes non trahitur.
14 Restitutio in integrũ ex persona minorũ nõ dat̃ lapso q̃driẽnio.
15 Usufructus aduentitiorũ filij quod parentibus acquiritur de quibus parentibus intelligatur.
18 Cõmunem rem pro indiuiso habens licite insistere potest.
19 Malus semper presumitur semel malus.

Consilium.cxlvj.

In nomine domini nostri iesu christi. Uidetur prima facie dñm ꝙ dicte matri cõpetat ius petendi dicta bona. nam constat ꝙ hereditas dicte Margarite auie dictorum pupillorum fuit pro dimidia delata dicto Laurentio ei⁹ filio qui vt mihi psupponitur adiuit dictaz hereditatẽ sue mr̃is ⁊ si non adiuisset transmisisset dictaz hereditatẽ p.l.vnicã.C.de his qui ante apertas tab.⁊.l.vnica.§.in nouissimo.C.de cadu.tol.

1 †⁊ hereditas dictorum pupillorũ delata fuit ad eorum matrẽ excluso auo paterno ⁊ patruo eorũdẽ. auten.defuncto.C.ad tertulia. Nec vr̃ sibi obstare ꝙ hereditas laurẽtij dr̃ non fuisse adita: qꝛ vr̃ posse responderi duobus modis. primo modo:

2 † qꝛ videtur ꝙ hereditas patris trãsmittatur ad matrem per.l.apud hostes.C.de suis ⁊ legitimis. prout per.d.l.tenuit gl.in.d.l.vnica. C.de his qui ante apertas tab.ꝙ hereditas ascendentis transmittatur in ascendentes licet non adita tenuit Jac.but.vt refert ⁊ sequtur bal.in.d.l.vnica.C.de his qui ante.apertas tabul.nam licet ille tex.loquatur de transmissione in liberos ⁊ non in transmissiõe in parentes tamen a paritate rationis trahi debet ad parentes fm eos. preterea ⁊ secundo videt̃ dicendum ꝙ hereditas dicti Laurẽtij fuerit adita. nam psupponitur ꝙ vnus ex dictis filijs Laurẽtij erat infans sub potestate aui qui potuit hereditatem Laurẽtij nomine infantis adire.l.si infanti.C.de iure deli.⁊ presupponitur ꝙ dictus auus possedit in vita dictorum pupillorum bona hereditaria dicti Laurentij insolidum ⁊ sic etiam pro rata delata ad dictuz infantem.

3 †Et qui potest adire hereditatem censetur adijsse possidendo bona hereditaria. vt habet̃ in.l.pro herede.⁊ in.l.gerit.ff. de acqui.here.⁊ facit ꝙ habetur in.l.non hoc.C.vnde legitimi in patre non restituente dotem maternam.

4 †Nec videt̃ obstare huic medio ꝙ pater quesiuit in vita Laurẽtij vsumfructum in dictis bonis aduenticijs Laurentij per titulum.C.de bonis maternis et sequentem titulum ⁊ vsufructus per patrem quesitus in bonis aduenticijs filiorum duret donec viuit pater etiam post mortem filiorum per.l.fina.C.ad tertul.⁊.l.sancimus.C. communia.de succes.⁊ l.quecunq.in princi.C.de bonis que liberis ⁊ propterea ratione dicti vsufructus potuit possidere dicta bona: ⁊ sic etiam hereditate non adita nomine dicti infantis per ea que habentur in.d.l.pro herede.⁊ in.d.l.gerit. Nam ad hoc videtur posse responderi ꝙ licet vsufructus quesitus per patrem in bonis aduenticijs filij duret regulariter etiam post mortem dicti filij per dicta iura tamen quandoq fallit inter cetera. fallit quando filius decedit superstitibus sibi filijs prout voluit pau.de cast.in.d.l.fi.ad tertul.per.l. quecunq v̾si.parentibus de bonis que liberis: ⁊ si dicta limitatio pcedit nõ potuit dictus auus retinere dicta bona pro portione hereditaria dicti infantis rõne vsufructus quẽ non habebat p dicta portione.

5 †His tamen non obstantib⁹ contrariũ puto de iure respondẽdum: videlicet ꝙ dicta mater non possit petere dicta bona nõ probata aliter aditione hereditatis dicti Laurentij. nam regula est ꝙ hereditas non adita non transmittitur.d.C.in nouissimo ⁊ qua regula non reperitur exceptuatus iste casus.

6 †Licet enĩ hereditas ascendentis transmittatur in descendẽtes beneficio.d.l.j.C.de his qui ante apertas tabu. tamen non transmittitur in ascendentes. l.ij.C.ad orficia.⁊ in.l.ij.§.si quis ex liberis.ff.ad tertuli. prout voluit Barto.in.d.l.vnica ⁊ in consilio incipiente in questione pposita dicendum est dicens ꝙ doc.idem tenent ⁊ ꝙ sibi semper visum fuit. Item tenet Ange.in.d.l.vnica in lectura mea licet Raph.aliter eum refert: ⁊ idem tenent Cy.Barto.Ange.Saly.⁊ Paul.de cast.in.d.l.ij.ad orficianum.⁊ communiter a docto.tenetur secũdũ Raph.in.d.l.vnica.⁊ in.d.l.si infanti.

7 †Nec obstat.d.l.vnica p quã se fundat glo. quia loquitur in transmissione iure suitatis: tum qꝛ est situata sub titulo de suis ⁊ legitimis.argu.l.imperatores.ff.de in diem adiectione ⁊ ꝙ no.glo.in.l.sticho.in princi.de condi.indebi. ⁊ in.c.j.⁊ in.c.ab arbitris de officio delega.lib.vj. tum etiaz: qꝛ tex. loquitur per verba heres sua extitit.

8 †Et tamen psupponit quod ignorauerit mortem patris de cuius agebatur hereditate. extraneus.i.non existens in suitate nõ potest esse heres si ignorat mortem eius de cuius hereditate agitur.l.heres institutus.in pn.ff.de acqui.hereditate.⁊.l.si is ad quem.eo.titu.⁊ iste est communis intellectus ad.d.l.apud hostes.

9 †Jure enim suitatis fit transmissio ad quoscunq.l.si fratres.C.de iure delibe.⁊ in.l.fi.ff.de condi.inst. ⁊ in.l.fi.§.si autem perpetuus.C.de curatore furio.⁊ in.l.vẽtre.ff. de acqui.here. vbi Barto.dicit esse casum ⁊ allegat plures concordantes idem vbiq tenet ꝙ ⁊ tenuit Pe.de bellapertica ⁊ post eũ fere omnes doct.⁊ sic est communis opi.⁊ indubitata. Licet glo.⁊ nonnulli antiqui secus voluerint ⁊ non bene nec obstat ratio qua mouentur Jaco.but.⁊ Bald.ad extensionem.d.l.j.C.de his q ante apertas tabulas scilicet ab idẽtitate seu paritate rationis. qꝛ immo non est eadem neq par ratio in transmissionez hereditatis nõ adite parentis per liberos in parentes que est i transmissione que fit a liberis in liberos. Nam liberi liberorum non possunt esse quin sint descendentes parentum de quorum hereditate agitur sed parentes liberorum alicuius possunt esset non parentes illius parentis de cuius hereditate agitur prout contingit in casu isto: qꝛ mater dictorum pupillorum non erat mater dicti Laurentij sed vxor q̃ nõ est ita fauorabilis quo ad successionẽ mariti prout liberi quo ad hereditatem ascendentis:

10 †ex quo vxor non succedit marito de iure ciuili nec de iure pretorio: nisi in subsidiũ.l.j.C.vnde vir ⁊ vxor

11 †preterea tex.d.l.j.de his qui ante apertas tabulas considerat desiderium eius de cuius hereditate agitur vt patet ibi aduersus auitum vel proauitum desiderium. est enim desiderium ascendentis quod eius bona deueniant in descentes.l.scripto.ff.vnde libe.⁊.l. nam ⁊ si parentibus.in princi.ff.de inoffi.testa. sed non est desiderium ascendentis ꝙ bona sua deueniant ad parentes liberoruz q sibi non attinent nisi iure affinitatis.

12 †Que regulariter non est in consideratiõe in materia successionuz.l.victrico.⁊.l.affinitatis.C. communia de successionibus quinimmo non est desiderium liberorum ꝙ eorum hereditas deueniat in eorum ascendentes.d.l.nam ⁊ si parentibus.in prin.merito ⁊c.

13 †Et nemo attentaret ꝙ dispositio.l.cum accutissimi.C.de fideicommissis facta fauore liberoruz scilicet ꝙ bona defuncti deuoluantur in liberos liberorum fundata in verisimili mente defuncti traheretur ad parentes liberoruz. ita nec est dicendum ꝙ extendatur ad parentes ⁊ sic patet ꝙ dicta mater non potest se fundare in dispositione.d.l.j.de his qui ante apertas tabulas nec potest se fundare in transmissione que fit iure suitatis: quia dicti pupilli non fuerunt sui heredes: quia non erãt in potestate Laurentij sed in potestate aui.l.iij.⁊.l.nam ciuium.ff. de his qui sunt sui vel alieni.⁊ instituta de patria potestate. sed filij non sunt regulariter sui heredes si non sunt in potestate patris.§. sui.instituta de heredum qualitate ⁊ differen. ibi qui modo in potestate morientis fuit ⁊ ibi aut qualibet alia ratione liberatus ⁊ in l.vnica.§.extraneum.C.de rei vxorie actione.⁊.l.in suis.ff.de liberis ⁊ posthumis.

14 †Nec etiam potest dicta mater niti in restitutione in integrum ex persona minorum: quia est elapsum temp⁹ quadriennij quod datur ad impetrandum restitutionem in integruz. l.fina.C.de temporibus in integrum restitutio. ex quibus patet quod nõ potest petere dicta bona si hereditas Laurentij non fuit adita per filios seu nomine filiorum. Nec potest se fundare ꝙ hereditas Laurentij fuerit adita per auum infantis nomine ipsius infantis: ex eo quia retinuit bona Laurentij prout supra in contrarium deductum est: quia respondetur quod dictus auus potuit licite retinere dicta bona ratione vsufructus quez quesiuit viuo laurentio durauit etiam post mortem Laurentij per dictã.l.quecũq. in princi.cum similibus supra adductis.

15 †Nec obstat.d.l.quecũq. versiculo parentibus. ⁊ quod per illum tex.dicit Pau.de ca. in.d.l.fi.ad tertu.dicens qd licet regulariter vsufructus quesit⁹ patri in bonis aduenticijs filij duret apud patrem donec duret eius vita ⁊ sic etiam post mortem filij: tamen fallit quando filius decedit superstite sibi filio vel nepote: nam tunc deficit antiquus vsusfructus: ⁊ illum habet auus vel proauus tanq̃ quesitus de bonis nepotis vel pronepotis per.d.l.quecunq versiculo parentibus. quia respondetur quod dato sine preiudicio veritatis quod dicta limitatio Pau.de ca. procederet: tamen esset intelligenda si bona filij essent quesita nepotibus: quia alias auus vel proauus nõ posset vsumfructum habere tanq̃ de bonis nepotis vel pronepotis ex quo non essent bona nepotis vel pnepotis si illa non q̃siuissent adeundo hereditatem eorum patris ⁊ aui. ⁊ sic verba Pau.de ca. non militant ante aditam hereditatem laurentij ⁊ sic standum est regule predicte ꝙ vsufructus patris durauerit etiam post mortez Laurentij ⁊ durante vsufructu potuit pater laurentij citra ius et nomen heredis laurentij etiam vere existente limitatione Paul. de cast. cum qua legendo dictã.l.fina. transiui fretus auctoritate Pau.de cast. non inuento contraditore: tamen cuz alias casus mihi in facto occurrisset dicta limitatio visa fuit non vera ⁊ nũc etiã idem videtur: nam tex.dicta.l.quecunq in principio generaliter disponit quod vsufructus quesitus ratione patrie potestatis per patrem vel auum in illis bonis filij vel nepotis duret durante vita patris vel aui: licet immediate subdat casum quo filius vel nepos decesserit superstite nepote vel pronepote. ideo generalitas dicti principij est intelligenda etiam in dicto casu quo filius decesserit superstite nepote vel nepos superstite pronepote: preterea tex. ille immo decidit ꝙ pr̃ vel auus habeat vsumfructũ ⁊ imediate subdit ꝙ dñium eaꝝ rerũ pmaneat apud filios vel nepotes vl̾ pnepotes. ⁊ sic loquit̃ de dñio filij q lucrat⁹ fuit bona aduẽtitia: ⁊ sil̾r de dñio pmãsuro post ei⁹ mortẽ apud ei⁹ filios ⁊ nepotes ⁊ put quo ad filiũ q lucrat⁹ fuit itelligit̃ dñio separato ab vsufructu: itelligẽdũ est in dñio sepato ab vsufructu quo ad filios vl̾ nepotes lucrãtes vt sic vnũ determiabile determinãs p̾l'a determiabilia ea piter determiet.l.fi. C.de sen.⁊.l.iã hoc iure.⁊.l.luci⁹.ff.de vulg.⁊ pup.cũ cõcor.⁊ p̃z hoc est ibi casus ꝯ dictã limitationẽ pau.de ca.⁊ dict⁹ v̾sicul⁹ parẽtib⁹ vr̃ ꝙ sit referẽdus nõ solum ad pximũ casum q loquit̃ nullo predictoꝝ remanẽte: sed etiã ad casus supiores: ⁊ sic qñ supersunt nepotes vel pronepotes ex eo qui bona lucratus fuit vt sic clausula in fine posita referat̃ ad oĩa precedentia p iura vulgaria ⁊ ẽt ne iducat̃

aliquo

aliquo casu correctio eius ꝙ in principio.l.generaliter disponitur
⁊ sic versiculus parentibus loquat̃ in parentibus qui habuerunt
16 in potestate filios vel nepotes qui ab initio bona lucrata fuerũt.† Et sic concordet dictus versiculus parentibus cũ principio legis pro qua intelligentia facit:qꝛ ille tex.pariter loquitur in casu quo filius vel filia qui vel que lucratus fuit decesserit non superstitibus sibi liberis:sed fratre vel sorore vtrinqꝫ coniunctis vel ex altero latere tãtum.⁊ tamen in casu in quo filius decesserit superstite fratre vel sorore non limitat̃ per aliquẽ supradicta regula ꝙ vsufructꝰ duret in vita patris.ita sil'r non limitetur in casu in quo filius decedat
17 superstite nepote.† si quis autem vellet intelligere dictum versiculum parentibus in parentibus liberorum lucrantis:⁊ sic intelligere:vt dictus versiculus parentibꝰ discrepet a regula ꝓdicta ⁊ a ꝓncipio eiusdem legis responderi posset ꝙ lꝫ parentibus ꝓdictis querat̃ vsusfructꝰ: ⁊ sic auferatur a parẽtibus lucrãtis bona tñ nõ auferat̃ vsusfrctus donec viuunt liberi ꝓmorꝫ parentũ qui lucrati fuerant dictum vsumfructũ ⁊ sic ꝓuideat dictus versiculus parẽtibꝰ non liberis:vt sic minus recedatur a iure cõi hoc est a regula ꝓdicta vel intelligatur ꝙ parentes dictorum liberorꝫ habeant vsumfructum deficientibus parentibus qui primo lucrati fuerant vsumfructum:⁊ sic ex ꝓdictis deꝓhendunt̃ plures solutiones ad dictam limitationem pau.de cast.⁊ ad dictum versiculũ parentibus.Et insuper si quis vellet tenaciter insistere in dicto intellectu v'siculo parentibus.ꝙ.s.intelligat̃ in parentibꝰ liberorum ipsius lucrantis dicta bona:posset responderi ꝙ ꝓcedat qñ ipsi liberi lucrantis hñt parentes sub quorꝫ sint potestate alios a parente primi lucrantis bona vel si intelligatur in dicto primo parente intelligatur ꝙ habeat vsumfructum quem prius quesiuerat:qꝛ non suadet ratio ꝙ perdat vsumfructum quẽ habet vt illum de nouo acquirat ⁊ eo casu recedatur a regula absqꝫ considerabili effectu.Posset etiã intelligi.d.versiculus parentibus in parentibus primi lucrantis:⁊ ĩ parentibus filiorum vel nepotum nõ existente parente primi lucrantis:⁊ sit sensus ꝙ in dominio succedãt pariter parentes qui nõ habebant liberos in potestate prout habentes liberos in potestate: tamen vsumfructum habeant soli parentes qui habebant liberos in potestate:⁊ prout nõ declarat tex.qui parentes succedant in dominio:sꝫ venit declarandũ per alia iura.puta si concurrerẽt pater auus vel mater ⁊ auia non oẽs succederent sed proximior ita dicamus in versiculo parentibus ꝙ si in vsufructu cõcurreret pater filij qui primo lucratus fuit bona ⁊ pater filiorꝫ ipsius qui eorum hẽat vsufructum vel quo iure habeat nõ declaret̃ per illũ tex.sed veniet declarandũ per alia iura per que disponit̃ ꝙ pater qui primo lucratus fuit vsumfructum illũ habeat donec viuit ⁊ iste intellectus magis placet solum videt̃ aduersari :qꝛ litera aliqual'r trãsportat̃ :sed esset incõueniens ꝙ si cõcurrerent mater ⁊ pr̃ haberet solum vsumfructum.Et siqs tenaciter vellet insistere in contrariũ posset tenaciter respõderi ꝙ ille tex.loquitur in lucris nuptialibus ⁊ nõ loquitur in alijs bonis.⁊ sic pluribus medijs deducitur ꝙ dictus pater Laurentij potuit licite retinere dicta bona etiam pro rata nepotis infantis:⁊ sic non censeatur retinendo dicta bona adiuisse hereditatem pro nepote infante ex quo poterat retinere licite citra ius ⁊ nomen heredis dicti infantis.Preterea ex quo presupponitur in puncto ꝙ nepotes predicti decesserunt infra mensem post mortem Laurentij si in illo tempore dicti mensis non fuerunt recollecti fructus non apparet ꝙ voluerit retinere dicta bona ꝓ ratis pertinentibus ad dictos nepotes:qꝛ potuit insistere rei ratiõe
18 vsusfructus qui sibi competebat pro rata filij superuiuẽtis:† qꝛ habens rem cõem pro indiuiso potest licite insistere ⁊ vti re cõi vt habetur in.l.duo fratres.ff.de acquirẽ.heredi.Preterea ex quo duo nepotes supererãt ⁊ vnus erat maior infante ꝙ retinuit illicite ꝓ parte nepotis maioris infante pro quo non poterat adire per ea que habentur in.d.l.si infanti.⁊ in.l.potuit eodẽ titu.Ita censeat̃
19 potuisse illicite retinere pro illa rata infantis.† Semel em̃ malus presumitur semper malus in eodem genere mali regula semel malus in sexto:⁊ lege hos accusare.§.ijsdem de accusatio.ex quibꝰ patet ꝙ hereditas Laurentij non censetur adita nomine dictorũ nepotum vel alterius eorum nec censetur non adita trãsmissa ad matrem et consequenter dicta mater nullum ius habet petendi dicta bona. Laus deo.

Summarium super cõsilio.cxlvij.

1 Aditio hereditatis presumitur possessione eiusdem.
2 Donare vel cedere non potest faciens actum qui non potest esse efficax nisi mediante aditione.
3 Dos retinet tacitam hypothecam super bonis mariti.
4 Donare seu alienare ꝙ non possit mulier absqꝫ licẽtia sui superioris statuto vrbini dictante quando non vendicet sibi locũ in alijs rebus sibi relictis testamento vna cum filijs communibus quasi ꝑ totum consi. nu.16.
5 Aditio hereditatis qñ presumatur per habitationem principalis domus hereditarie.nu.10.
6 Vidua continens dicitur perseuerare in matrimonio.
7 Habitatio matris cum filio illa iure familiaritatis fieri dicitur.
8 Partem in re habens tota re quandoqꝫ potest vti.
9 Possessor totius rei que pensioni subiacet cuius est debitor ratione partis non tenetur pro parte que non est sua.
11 Ignorantia presumitur nisi probetur scientia.
12 Ignorantia presumitur in vno licet probetur sciẽtia in altero.
13 Repudiatio hereditatis presumitur per donationem illius.
14 Iuramentum operatur validitatem actus.
15 Actus quod licite siue illicite fieri potest celebratꝰ tamen interꝓtatur factus modo licito.
17 Cessit et concessit verba quid importent ⁊ ad que referantur.
18 Impropriari quando possint verba.
19 Hereditas non adita ad heredes non transmittitur.
20 Lege prohibente aliquid fieri cum pena non vitiatur actus inde secutus.
21 Alienatum non dicitur quod adhuc in dñio venditoris remanet licet venditum sit.
22 Statuti verba non debent improprie verificari sed proprie semꝑ.
23 Lex oratio.ff.de spons.non verificatur in penalibus.
24 Licentia superioris requisita in certa re sufficit ꝙ post instrumẽtũ interueniat ante tamen translationem dominij.
25 Turpitudinem sui auctoris heredi allegare non licet.

Consilium.cxlvij.

IN nomine domini nostri iesu christi. In hac consultatione videtur prima facie dicendũ qd̃ ex quo in dicta hereditate sunt domus et alia bona immobilia in dicta donatione videtur quod censeantur donata dicta bona immobilia hereditaria
1 pro rata in qua dicta domina Francescha fuit instituta.† Nam ipsa censetur adiuisse hereditatem possidendo domos ⁊ bona hereditaria per ea que habẽtur in.l.j.C.de repudianda ⁊ absti.here.et l.pro heredes.⁊.l.gerit.ff.eodem titulo.⁊ per consequens videtur quod dicta bona ad eam pertinerent ⁊ venerint in dicta donatione attentis generalibus ⁊ vniuersalibus verbis dicte donationis. Et insuper dato quod non adiuerit prius dicta Francescha dictã hereditatem dicti ser Bartholomei tamen videtur quod censeatur illam adiuisse faciendo dictam donationem in qua cessit dedit et concessit omnia iura que habebat vel habere poterat ⁊ sibi quomodolibet competentia ⁊ competitura in ⁊ super dictis bonis et hereditate:nam constat quod habere poterat dicta bona hereditaria adeundo ⁊ erant sibi competitura:ideo illa iura dando et ce-
2 dendo videtur quod voluerit hereditatem adire:† quia illa nõ poterat aliter dare vel cedere ⁊ faciendo actum qui non poterat esse efficax nisi mediante aditione censetur quis adire.l.si auia.C.de iure delibe.vbi est.tex.quod institutus in duabus vncijs hereditaris auie illas duas vncias relinquendo censetur adire hereditatem facit.l.illud.ff.de acquiren.heredi.Idcirco videtur qd̃ sit nulla dicta donatio facta absqꝫ licentia superioris quatenus concernit bona immobilia ⁊ etiam videtur qd̃ sit nulla quatenus censetur donasse iura dotium suarum que expresse ⁊ specifice comprehendun-
3 tur sub verbis donationis.† Maxime attẽto qd̃ pro dote sunt hypothecata bona mariti ⁊ pro legato sunt hypothecata bona hereditaria testatoris.l.j.⁊.ij.C.communia de legatis.⁊.l.j.C.de rei vxorie actione.⁊.l.assiduis.C.qui potiores in pignoribus habeantur. et per consequens pro dicta sua dote sibi legata per dictum testatorem habebat dicta Francescha ius in bonis immobilibus dicte hereditatis adeo quod videtur comprehendi sub prohibitione dicti decreti quatenus disponit non solum super alienatione rerũ mobiliũ:sed etiam si alienatur aliquid ex bonis immobilibꝰ:et ex quo decretum predictum loquitur generaliter aliquo titulo inter viuos in alterum alienare ⁊ constat qd̃ donatio est titulus inter viuos vt patet titul.pro donato per totum.Ideo videtur quod veniat sub dicta prohibitione ⁊ quia masculinum regulariter concipit femininum per iura vulgaria.idcirco videtur quod in dicto decreto comprehendatur etiam mulier alienans:⁊ quia non distinguit inter alienantem in coniunctum vel extraneum non videtur quod per nos possit distingui.l.iij.ff.de offic.presi.sed generaliter loquens generaliter militet.l.j.§.generaliter.ff.de legatis prestã. et canone si Romanorum decimanona distinctione cum concor-
4 dantijs.† His tamen non obstantibus contrarium puto de iure respondendum videlicet quod dicta donatio non debeat iudicari nulla.ad cuius rei euidentiam premitto quod dicta domina Francescha non apparet quod adiuerit hereditatem dicti testato-
5 ris:immo ex deductis in themate potius innuitur contrarium.† Non enim censet̃ adiuisse hereditatẽ predictam ex eo:quia ꝯtinuo per multos annos habitauit domũ hereditariã:⁊ verisimiliter praticauit in alijs bonis hereditarijs:nam lꝫ is cui delata ẽ hereditas habitãdo domũ hereditariã censeatur adire.l.j.C.de repu.⁊ absti. heredi.cum ibi no.tamen fallit quando subest alia causa ex qua licite potuit domum habitare prout voluĩt Bart.in.l.gerit.ff.de acqui.heredi.⁊ doc.maxie bal.⁊ Pau.de ca.in.d.l.j. exẽplificãtes in filio qui in vita pr̃is habitabat dictam domum vna cum patre et

habebat bona patris obligata pro restitutiõe dotis materne quo casu non censetur habitasse post mortem patris animo capiendi hereditatem ẜm eos. Eadem ratione idem dicendũ est in vxore instituta herede a viro vna cum cõmuni filio que in vita testõris habitabat domũ ⁊ bona testõris erant sibi obligata pro eius dote. ⁊ per p̃ns dicta Francescha non censeatur adiuisse hereditatẽ predictã: lʒ continuauerit habitationem domus ⁊ forte vsum aliaꝝ rerum

6 ꝓut faciebat in vita testõris. †Et maxime: q̃ꝛ vxor post mortẽ mariti existens vidua censeť perseuerare in eodẽ m̃rimonio vt est tex. in .l. fi. C. de bonis m̃nis. ex quo censeť quodãmõ ꝯtinuare m̃rimoniũ suadet rõ ꝙ lʒ sibi cõtinuare habitationem dom⁹ in qua cõstãte m̃rimonio habitabat: lʒ nõ sit heres mariti: ⁊ maxime hoc per-

7 suadeť qñ est heres filius cõis testatoris ⁊ sue vxoris: †nã solet m̃r habitare vna cum filio lʒ nullũ ius habeat in domo ⁊ censeť id facere iure familiaritatis per ea que h̃nť in .l. qui iure familiarita-

8 tis. ff. de acqui. pos. †Et licet fili⁹ nõ habeat nisi ptẽ domus ꝓ indiuiso: tñ potest vti ⁊ frui tota domo vna cũ sua familia ex quo erat ad eum vsum destinata per ea que habentur in .l. sabinus. ff. cõi di-

9 uidundo. †Adeo ꝙ etiã si possidet insolidũ rem que poterat dari ad pensionẽ ⁊ forte solita erat locari nõ ꝓpea teneť aliqd soluere ꝓ pte que nõ erat sua prout dicit Ange. in .l. duo fr̃es. ff. de acqui. here di. vt refert ⁊ seqtur pau. de ca. in .l. j. in fi. C. qui testamẽta facere p̃nt. ⁊ allegat glo. in d. l. sabin⁹ ⁊ tangit ponta. in d. l. duo fratres.

10 ⁊ optime facit ꝙ ibi no. Jmo. post Richar. malũ. ⁊ Ang. ibi. †Jõ potuit dicta mater habitare dictã domum iure familiaritatis filij qui poterat rõne sue partis tota domo vti ⁊ p̃mittere alijs sibi cõiunctis saltẽ matri ꝙ secũ habitaret in dicta domo ⁊ pariter ꝙ practicaret in alijs bonis prout faciebat in vita mariti ⁊ prout solent matres habitare ⁊ cõuersari ⁊ vti bonis filiorum ⁊ sic pluribus medijs licuit dicte Frãcesche habitare in dicta domo citra ius ⁊ nomen heredis: ꝓpterea ex dicta habitatione nõ censeať probata aditio. ⁊ maxime attento ꝙ ipsa non administrabat neq̃ fructus aliquos percipiebat ex bonis hereditarijs ꝓut in puncto ꝓsupponitur ex quo coniecturari potest ꝙ nõ habuit animũ adeundi here-

11 ditatem: †qđ maxime ⁊ clare ꝯcludẽdũ esset si aliter non ꝓbareť ꝙ habuerit notitiam dicti testi. ꝓsumiť .n. ignorãtia .l. verius. ff. de ꝓ-

12 ba. ⁊ regula presumitur ignorãtia in .vj. ⁊ .l. fi. ff. pro suo. Nec ob. † ꝙ ex instr̃o donationis apparet ꝙ ipsa habuit notitiã relicti sibi facti in testõ: ⁊ q̃nr videť ꝙ presumať habuisse notitiã etiam instõnis per .l. non est ferendus. ff. de trãsac. q̃ꝛ respondeť ꝙ probať notitia predicta dicti relicti tp̃e donationis nõ ꝓpterea probať ꝙ habuerit prius talẽ notitiã. potuit enim tũc sibi notificari per donatariũ vt efficacior esset donatio. vnde non probať necessario noti-

13 tia prioris tp̃is. ar. l. non hoc. C. vñ legi. ⁊ c. in p̃ntia. de ꝓba. †Nec per dictam donationẽ censetur adiuisse hereditatem. immo poti⁹ potest persuaderi ꝙ per dictam donationem censeatur repudiasse dictam hereditatem: nam constat ꝙ quis non censetur eligere viã per quã eius actus vitietur. l. iij. ff. de militari testamẽto ⁊ maxime

14 hoc casu in quo premittitur clausula oĩ meliori modo ⁊c. †Et in quo interuenit iuramẽtum ꝙ operatur vt actus valeat eo mõ quo

15 melius valere potest. l. cum pater. §. filijs matrem. de lega. ij. †Jtẽ qñ actus celebratus potuit fieri licite. ⁊ illicite interpretať factus modo licito: ⁊ non mõ illicito. l. merito. ff. pro socio. ⁊ ꝙ h̃r in d. l.

16 pro herede. ⁊ in d. l. gerit. †Jtem cõstat ꝙ si dicta Frãcescha adiuisset hereditatẽ in qua erãt bona stabilia nõ fuisset sibi licitũ donare dicta bona absq̃ licentia ⁊ donatio nõ esset efficax saltem: q̃ꝛ bona donata venissent confiscãda ⁊ donãs ⁊ donatari⁹ icurrissent penã. idcirco dicta interpretatio videtur aufugienda cũ possit dicta donatio al̃r interpretari. ita ꝙ erit licita ⁊ efficax absq̃ licẽtia ⁊ bo-

17 na hereditaria etiã immobilia cẽsebunť venisse in dicto cõtractu. † Jn quo dicta Francescha nõ solum dedit ⁊ cessit: sed etiã concessit et mandauit inter que verba est differentia quam ponunt gloss. et doc. in .l. ad eum. ff. de dona. ⁊ non solum ius ꝙ habebat: sed etiam ius ꝙ habere poterat dicendo ius ꝙ hʒ vel habere põt. ita ꝙ põt interpretari ꝙ singula verba precedentia referanť singulis verbis sequẽtibus ⁊ sic verbum cessit referatur ad ius ꝙ habet ⁊ verbum concessit referatur ad ius ꝙ habere põt ꝙ tunc cedi nõ poterat: sed poterat concedi ⁊ mandari ꝙ haberet donatarius ius ꝙ ipsa donatrix habere poterat. s. adeundo hereditatem. nam recusando hereditatẽ contẽplatione donatarij vt eius portio accrescat portioni legatarij satis large loquendo põt dici ꝙ cõcessit ius ꝙ habe-

18 re poterat in hereditate dicti testatoris dcã donataria: †licet aliq̃liter verba iꝓpriẽť ꝙ p̃mittitur rõne subiecte materie. Jtem vt ꝯditionum verba. ff. de condi. ⁊ demon. ⁊ .l. pater seuerinã. in p̃nc. ⁊ §.

19 ff. familie hercis. cum multis similibus. †Dato autẽ quod nõ censeatur repudiasse satis est ꝙ non constat ꝙ ipsa adiuerit hereditatẽ: quia decedens non adita hereditate sibi delata illam non trãsmittit ad eius heredes. l. quoniam sororem. C. de iure. deliberan. ⁊ .l. j. §. in nouissimo. C. de cadu. tollẽ. ita ꝙ talis portio accrescit coheredi. d. §. in nouissimo. ⁊ §. his itaq̃ eadem lege. †Secundo alia ra-

20 tione dicẽdum videtur ꝙ dicta donatio nõ debeat iudicari nulla ex eo: quia in decreto predicto non exprimitur ꝙ sit nulla donatio vel alia alienatio immobilium facta absq̃ licentia: sed adijcitur duplex pena scilicet confiscationis ⁊ alia pena pecuniaria. Et quãdo lex prohibet actum fieri licet regulariter act⁹ in contrarium fact⁹ sit ipso iure nullus. l. non dubium. C. de ll. ⁊ .l. iubemus el secundo. C. de sac. san. eccle. tamen prout dicunt Jaco. but. Dy. ⁊ Cy. in d. l. non dubium. ⁊ bal. in fi. prime questionis fallit quãdo lex vltra procedit adijciendo penã cõtrafacienti: preterea ⁊ tertio dictum decretum prohibet alienationẽ fieri aliquo titulo inter viuos. alienatio autem proprie dicitur quando res efficiť aliena: q̃ꝛ dñiũ i aliũ trãs-

21 fertur. l. j. ff. de fundo dotali. †Jõ non dicitur alienatum ꝙ adhuc in dñio vẽditoris adhuc remanet lʒ venditũ sit vt est exp̃ssum in .l. alienatũ. in p̃n. ff. de v̾b. sig. dñium aũt nõ transferť ex solo titulo donationis vel alteri⁹ cõtract⁹ sine traditione. l. traditionibus. C. de pac. traditio aũt nõ apparet: merito nõ facta traditione lʒ dicta donatrix habuisset dñium bonoꝝ immobiliũ que comprehenderẽ-

22 tur sub verbis donationis non censerentur alienata. †Et propter ea nõ verificarenť verba dicti decreti ꝓprie sumpta prout ꝓprie v̾r ꝙ sumi debeant. arg. l. iij. §. hec verba de negotijs gestis saltem cũ dictum decretũ sit exorbitans. Jdeo restringendũ. argu. legis ius singulare. ⁊ .l. ꝙ vero contra. ff. de legibus cũ simi. etiam vbi verba oportet impropriari vt probatur in .c. cũ dilectus de cõsuetudine. multofortius quando verba si ampliareť statutum ĩpropriarenť prout contingeret in casu isto si decretum verificareť in contractu donationis non translato dominio ⁊ maxime p̃dicta videnť ꝓcedere: q̃ꝛ dictũ decretũ est penale ⁊ pene sunt restringende nõ ãpliãde. l. si p̃ses ⁊ .l. interpretatione. ff. de pe. ⁊ c. in penis. de regu. iur.

23 in .vj. cũ simi. †Nec videtur obstare lex oratio. ff. de sponsali. q̃ꝛ dicit Bald. in .l. j. C. si rector ꝓuin. ꝙ d. l. oratio procedit per viam extensionis que extensio non procedit in iuribus penalib⁹ ẜm eum ⁊ ẜm dictã theoricã non procederet in isto decreto ꝙ est penale: ⁊ maxime: quia nõ militet omnino eadem ratio: q̃ꝛ retinens dominiũ obligatur ad onera realia ⁊ ad collectas que imponunť personis pro rebus ad que non tenetur qui bona alienata non habet ãpli⁹

24 et dictum decretum ponderat dicta onera. †Preterea ex quo decretũ req̃rit licentiam precedere alienationẽ videť ꝙ licẽtia sufficeret si interueniret post titulum ante dominij trãslationem et satis persuaderi potest ꝙ licet precedat titulus validus contrahentes abstineant ab alienatione anteq̃ impetrent licentiam: ⁊ venerint ad titulum vt sint certi de alienatione futura si licentia obtineať. Nam donatari⁹ erit promptior ad impetrandũ licentiam post cõtractum donationis q̃tum ante sit certus que non militant in terminis. d. l. oratio ⁊ est via brocardica. vtrum prohibito consequenti prohibeatur antecedẽs ⁊ danť varie theorice in d. l. j. si rector ꝓuincie ⁊ in multis alijs iurib⁹. dato insuper ꝙ dicta donatio si nulla: sine tamen preiudicio veritatis videtur ꝙ nõ possit dici nulla ꝑ ser Mattheum heredem dicte donatricis. Ex causa: q̃ꝛ sit facta cõtra dictum decretũ: nam turpe videtur subdito facere contra ꝓhibitionem penalẽ superioris. arg. c. ij. de maioritate ⁊ obedientia. ⁊

25 c. omnis anima de censibus. †Et heredi non licet allegare turpitudinem sui auctoris. C. de his que in fraudẽ alienata sunt. l. filios. et l. si creditorib⁹. C. de seruo pignori dato manu. Preterea dicta donatrix obligando se ⁊ heredes suos renunciauit quibuscunq̃ iuribus ⁊ beneficijs quibus modo aliquo dicta donatio ⁊ omnia singula in ea contenta elidi seu infringi possent ⁊ generaliter oib⁹ alijs beneficijs ⁊ iuribus sibi quomodolibet cõpetentibus ⁊ cõpetituris quacunq̃ ratione causa vel iure. que verba sunt multum generalia que nihil videntur excludere. Et postea subdit ꝙ promisit ⁊ promittendo solemniter iurauit oĩa ⁊ singula suprascripta firma rata ⁊ grata haberet obseruare ⁊ in nullo contrafacere dicere opponere vel venire per se vel alium aliqua ratione vel causa de iure vel de facto sub pena ⁊c. sub quibus verbis vniuersalibus cõprehenditur sine dubio etiam iste casus scilicet quod promisit non dicere de nullitate ⁊ sic opponere ⁊ venire contra dictam donationem ⁊ contenta in ea ⁊ maxime: quia promisit in nullo contrafacere iure vel de facto: et quia verba sunt clara non est admittenda voluntatis questio. l. ille aut ille. §. cum in verbis. de legatis. iij. ⁊ ex quo censetur fecisse pactum de non opponendo exceptionem nullitatis illud pactum astringit eam ⁊ eius heredem ⁊ parat saltem exceptionem. §. pretor ait de pactis cum infinitis simílib⁹. ⁊ maxĩe cũ dictũ pactum sit iuramento firmatum: et licet alienatio prohibeať fauore publico: ⁊ sic pro interesse publico: tamẽ licet publice intersit ꝙ non alienetur non interest publice quod ad instantiam alienãtis ⁊ in eius vtilitatem pronuncietur nulla. Attento maxime ꝙ principaliter prohibitio dirigitur in alienantẽ ⁊ principaliter in odiũ alienantis: vnde non debet retorqueri in fauorem. argu. l. ꝙ fauore. C. de ll. ⁊ c. ꝙ ob gratiam. de regu. iur. in .vj. ⁊ .l. legata inutiliter de leg. j. Ex quibus omnibus saltem simul iunctis concludendum satis de plano arbitror ꝙ dictus Bartholome⁹ debeat absolui a petitione dicti ser Matthei ⁊ dictus ser Mattheus nequeat petere aduersus dictum Bartholomeum bona immobilia dicti olim ser Bartholomei testatoris. Laus deo.

¶Summarium

Summarium super cõsilio.cxlviij.

¶ Consilium.cxlviij.

In nomine domini nostri

In nomĩe domini nostri Iesu christi. ¶ Viso supra scripto instr̃o ⁊ diligẽter ponderatis verbis ipsius: queritur quid iuris: circa qꝺ prima facie videtur dicendũ ꝙ dictus Frãciscus foueat iustitiã: qꝛ dicti hoĩes sunt collecti ad estimandũ totam domum prout aperte ⁊ pluries exprimit̃ in dicto instr̃o. ⁊ non ad estimandum ea que dictus Franciscus postea fecit ⁊ exposuit in dicta 1 domo. † Et a ỽbis cõtractus in dubio nõ est recedendũ. l. non aliter. de leg. iij. ⁊ l. j. §. si is qui nauẽ. ff. de exerc. maxime cum sint clara. l. ille aut ille. §. cũ in ỽbis. de leg. iij. nulla enĩ dubitatio est ꝙ ea que fecit dictus Frãciscus in dicta domo post dictas conuẽtiones nõ est tota domus: ideo verba dicti cõtractus nullatenus adaptãtur ad illa q̃ fecit dictus Frãciscus: merito videt̃ qꝺ dicti hoĩes habeãt estimare totã domũ: prout nũc est: ⁊ eorũ estimatio ipsius domus sit attendẽda. ita qꝺ dictus dominicus teneat̃ dicto Frãcisco soluere ꝓ sua rata: quatenus estimatis tota domus prout nunc est excederet quãtitatem sexcẽtoꝝ florenorũ. Nec videtur obstare qꝺ in dicto instr̃o nõ exprimitur quid fieri debeat de dicta estimatione: qꝛ videt̃ posse rñderi qꝺ mẽs dictorũ cõtrahentiũ fuerit qꝺ dicta estimatio nõ deberet frustra fieri: ex quo ꝓmiserunt dictã estimationẽ seruare dictus dñicus teneretur soluere dicto Frãcis. quatenus plus estimaretur ꝙ fuerit precium conuentum prout est verisimile qꝺ plus veniret estimanda ꝓpter ea que erant facienda: et 2 que sunt facta postea in dicta domo. † Cõstat enĩ qꝺ cõtractus nõ cẽsetur factus sine virtute aliquid operandi: nec ỽba ipsius sunt interpretanda vt nihil operẽtur. l. si qñ. de leg. j. ⁊ c. si papa. de priuile. lib. vj. ⁊ dixit Bal. in rubrica. C. de fide instru. ꝙ nullũ verbum instrumẽti censeri dꝫ appositũ sine virtute aliquid operandi quã- 3 to fortius totus cõtractus seu totũ instr̃m. † Itẽ cõstat ꝙ mens cõtrahentiũ preualet ỽbis. l. in cõuentionalibus. ff. de ỽbo. sig. ⁊ l. cũ virũ. C. de fideicõ. cũ infinitis si. Et maxime vbi ỽba nõ repugnãt prout nõ repugnant in casu nostro. Et facit ad predicta. l. tale pactũ. §. fi. de pac. vbi pactũ trahitur ad casum qui verbis pacti nõ cõprehenditur propter verisimilẽ mentẽ paciscentium. His tamẽ nõ obstantibꝰ cõtrariũ puto de iure rñdendũ: vꝫ ꝙ dicti hoĩes nũc electi non habeãt estimare dictã domũ prout nunc est: ⁊ si dictam domũ estimarent non teneretur dictus dñicus stare dicte estimationi. Nã aduertendũ est ꝙ electio dictorũ hoĩm fuit facta ꝓ obseruãtia conuẽtionis prius facte inter ipsos eligentes: ⁊ dicta cõuentio fuit facta ꝙ dictus Francis. posset mutare ⁊ fabricare ⁊ mutari ⁊ fabricari facere in domo predicta oĩa necessaria vsqꝫ ad perfectionẽ dicte totius domus: ⁊ postea dicta domus tota debeat estimari ꝑ duos homines eligendos ⁊c. Et promiserunt dicte partes inuicẽ legitime stipulantes estimationi predicte stare ⁊c. Que ỽba significãt ꝙ post perfectã dictã domũ debeat fieri estimatio dicte domꝰ. Attẽto ꝙ post dicta ỽba vsqꝫ ad ꝑfectionẽ dicte domus subdat̃: ⁊ postea dicta domus tota debeat estimari que ỽba clare important ꝙ estimatio deberet fieri post ꝑfectionẽ totius domus. Et innuũt dicta ỽba diligenter ponderata ꝙ cõtrahentes non sumebãt domum prout erat pro tota domo: sed capiebãt totam domũ postꝙ fuerit perfecta. ita ꝙ ỽba dicte conuentionis non verificantur in domo prout nunc est non perfecta maxime dũ dicitur: ⁊ postea tota domus debeat estimari: nam illud verbũ postea necessario videt̃ referẽdum ad ꝓxima precedentia ỽba vsqꝫ ad perfectionẽ totius ipsius domus. Et attento qꝺ partes venerũt ad electionẽ dictorũ hominũ pro obseruantia precedentis cõuentionis in instr̃o supra proxime relato: vt denotãt ỽba instr̃i ibi: idcirco dñicus predictꝰ ex vna parte: ⁊ Frãciscus predictus ex altera parte volentes seruare pacta ⁊ conuentiones inter eos facte elegerũt ⁊c. Ideo dicta electio facta pro obseruantia taliũ conuentionũ est intelligenda ꝺm terminos conuentionis: et ꝯñr vt estiment dictã domũ post perfectionẽ ipsius ⁊ intelligãtur ỽba que subduntur ⁊ bis repetunt̃ tota domus post perfectionẽ ipsius domus. al's enim electio non foret facta pro obseruantia conuentionis ⁊ non conuenirent verba supra ponderata. Idcirco volentes seruare pacta ⁊ conuentiones inter eos facte: quia potius esset noua conuẽtio si haberet estimari domus non perfecta ꝙ esset seruare conuentiones factas: ita ꝙ verba repugnant intẽtioni dicti Francis. ⁊ a verbis minime est re- 4 cedẽdum vt supra dixi: ⁊ maxime hoc est dicẽdum: † quia verba cõuẽtionum interpretantur cõtra eũ qui nititur ex cõuẽtione ⁊ in ea se fundat. l. labeo ⁊ l. si in emptione. in princ. ff. de cõtrahẽ. emp. si mul iunctis. ⁊ notat̃ ꝑ glo. ⁊ doc. in. l. veteribus. ff. de pac. ⁊ ideo ex quo Frãciscus se fundat in dicto contractu ⁊ in dicta electione estimatorũ intendẽs estimationẽ ꝑ eos faciẽdam petere: ⁊ qꝺ domus prout nunc est nõ ꝑfecta estimetur: ideo verba dicti cõtractus sunt cõtra eũ interpretãda ꝑ iam dicta. Nec ob. si dicatur si domus post perfectionẽ erat estimãda nõ erat opus ad presens eligere estimatores; respondetur qꝺ lꝫ non esset necesse nunc eligere estimatores tamẽ nõ erat incõueniẽs nunc eligere ante ꝑfectionẽ vt estimarẽt post perfectam domum. sepe enim ꝯtingit qꝺ quis promittit facere aliquod opus estimandũ ꝑ certos hoĩes qui eligunt̃ ante opus factum

factum & interest prius eligi: ne post opus perfectū contingat partes esse in discordia in eligendo vel qđ altera pars nollet eligere: & sic impediatur vel differatur estimatio: ita ꝙ expedit prius cū sunt in concordia eligere homines habentes estimare rem postea faciendam postꝙ̄ facta fuerit: ex quibus clare deducitur conclusio supra facta. s. ꝙ dictus Dominicus non teneatur ad estimationem domus prout nunc est non perfecta: & maxime: quia prout mihi dicitur longe plus restat ad faciendum pro perfectione dicte domus ꝙ̄ fuerit post conuentionē factum in dicta domo per dictū Francisc. nec deducta in contrarium obstant: qꝛ patet supra responsum per adducta pro hac parte: satis itaqꝫ videtur equum ꝙ estimetur opus factum per dictum Franciscum in dicta domo: et estimatio illius sibi pro rata soluatur per dictum Dominicum.

Laus deo.

¶ Summarium super consilio. clxj.

1 ☞ Testamentum in quo non est institutio heredis vniuersalis per verbum instituo: sed reperitur in eo factum relictuꝫ quibusdā ecclesijs per verbū relinquo de certis nō valet nec vt codicillus. nume. 5. et. 8. per totum consilium.
2 Relinquo verbum est commune.
3 Commune verbum quando inducit institutionem et qñ nō nu. 6.
4 Lego verbum est commune inducēs aliquando institutionem.
7 Relatiuum substantie qui vel que positum sine copula restringit verba legati precedentia.
9 Sequentia determinantur precedentibus.
10 Testm̄ exponitur id est vltima volūtas testamētaria & ecōuerso.
11 Testamentum non potest annullari per aliam ꝙ̄ per aliud sequēs testamentum.
12 Testes testamentarij debent esse rogati.
13 Legata etiam et ad pias causas rupto testamento debent per venienter ab intestato.

¶ Consilium. clxj.

In nomine dñi nostri Jesu

1 christi. ¶ † Licet videatur prima facie dicendum qđ dicta vltima volūtas valeat vt testamētum nuncupatiuū: quia in prin. dictus testator asserit se velle facere testamentum: & in fine dicit velle valere hāc vltimā voluntatē & testamentum: et presupponitur interuenisse solēnitatem testium requisitam in testa-
2 mento: & videtur qđ interuenerit institutio heredis: † quia verbū relinquo est verbum cōmune vt no. Bal. in. l. his verbis. in prin. ff. de here. insti. & Jo. de imo. ibi in vltima char. & Bald. in. c. si pater.
3 de test. in. vj. & Jo. de imo. in. c. cum tibi. xxvij. col. † Verbum autē cōmune adiectum vniuersitati bonorum in vltima voluntate solēni inducit institutionē si alius non est in ea institutus. vt probatur in. d. l. his verbis. in prin. et ibi glo. dicit qđ si quis in testamento dixit relinquo bona mea tali ille censet heres institutus si nulla alia institutio facta erat. & illam glo. sequunt cōiter doc. & idē videtur velle glo. in aut. de heredibus & falcidia. §. si vero nulla. in vsi. relictis. sed tantū est dicere relinquo qđ materno sermone lasso. ad
4 hoc no. per Bal. in. l. fi. C. fa. her. † qui dicit ꝙ verbuꝫ lego adiectū vniuersitati bonorum inducit institutionē per casum singularem in. c. raynaldus. de testamentis. vbi idē vult Zamba. licet hoc vltimum de verbo lego non sit expeditum: sed non refert in terminis nostris: quia testator non fuit vsus verbo lego: sed vbo relinquo seu equipollenti: in quo verbo relinquo glo. & doc. concordāt: sꝫ in casu nostro verbum relinquo videtur adiectum vniuersitati bonorum vt videtur denotare illa vba testamenti: liquali tutti & singuli bieni. Maxime attētis vbis p̄cedentibꝰ: vꝫ oēs res: che hauesse ho hauere podesse: vr̄ ꝙ dictum testm̄ valeat: & singula legata debeantur exclusis veniētibus ab intestato. Si tamen non valeret vt testm̄ videtur qđ dꝫ interpretari alia vltima voluntas puta codicillus in quo non requiritur heredis institutio: quinimmo nec potest in eo heres institui. l. j. C. de codicillis. & l. qđ per manus. ff. eo. ti. & l. non codicillum. C. de testamentis. et hoc significent illa verba in fine posita. et questa disse essere sua vltima volunta & suo vltimo testamento: quia actus dꝫ interpretari vt valeat & non pereat quando fieri potest. l. quotiens. de rebus dubijs. & c. si papa. de priuile. lib. vj. Constat enim codicillos fieri posse ab intestato. l. si qs cum nullum. & l. conficiuntur. in prin. & l. ab intestato. ff. de iure codicil. quo casu legata debentur ab heredibus ab intestato vt dictis iuribus: tamen heredes ab intestato delegati profanis habent detrahere falcidiam que delegatis ad pias causas non detrahit. aut.
5 similiter. C. ad. l. falcidiam. † His tamē nō obstantibus contrariuꝫ puto de iure respondendum: vꝫ qđ dicta vltima voluntas nullatenus valeat vt testamētum: quia in ea nulla est facta institutio heredis que est de substantia testamēti: & ea non facta testamētū redditur penitus nullum. l. j. in fi. ff. de vulga. & pupil. & l. proxime. prope finē. ff. de his que sunt in testamēto delentur. & §. ante heredis institutionē. instituta de legatis. qđ aūt in dicto testamēto nō sit aliqua heredis institutio probat: qꝛ nullū relictū est factum vniuersaliter: sed quolibet verbum lasso seu relinquo est adiectum rebꝰ par-
6 ticularibus. † Et vba cōia adiecta rebus particularibus non inducūt institutionē neqꝫ sustitutionē directā vt habetur in. d. l. his verbis. & in. l. cogi. §. & generaliter. ff. ad treb. & p Bar. & doc. in. l. cēturio. de vulg. & pupil. & in. l. illa institutio. de heredibus instituen. & vbiqꝫ habetur pro claro. Nec ob. illa particula testamēti dū dicit io lasso omne rasione &c. & ibi tuti & singuli beni. vba supra in contrarium pōderata: quia rñdetur ꝙ si dicta vba non essent restricta per alia vba procederet qđ in cōtrarium deductuꝫ fuit: quia significarent vniuersitatē bonorum: tñ illa vba omne rasone determinantur per sequētia verba: che hauesse ouer podesse in qualunche
7 loco e apresso a qualūcha confini fora del castello de colle lōgo: † qꝛ relatiuum substantie qui vel que positū sine copula restringit precedētia vba legati. l. ea tamē adiectio: de leg. iij. & patet ad sensum: ideo dictum relictum non trahitur ad debita & credita que nō clauduntur loco nec habēt confines nec confinibus propinquitatē: vt de se constat ad hoc qđ habetur in. l. fideicōmissum. §. tractatuꝫ. ff. de iudi. & vba sequētia liquali tutti & singuli beni loquunt de bonis supra relictis vt pꝫ per illud relatiuum liquali: qđ refert precedētia & non alia: cuius natura est non ampliare per. d. l. ea tamen
8 adiectio. † Ex quibus euidēter apparet ꝙ dictum relictum nō est vniuersale: sed restrictum ad quedam bona particularia: & maxime non cōprehenditur es alienū: adeo ꝙ nedū qđ inducat institutionem heredis: sꝫ nec fideicommissum vniuersale: vt est expressum in d. §. & generaliter. & ibi p Bar. & doc. Quinimmo videtur de mente qđ in dicto relicto veniant solū bona stabilia & iura que in bonis stabilibus haberētur de quo tñ non q̄ritur: ideo super hoc non insisto: sed pro claro habeo & indubitato ꝙ nō resultat instō & ꝙ nullo pacto dicta dispositio valeat vt testamētum. Et posset attētari ꝙ non valeat etiā vt codicillus vel alia vltima voluntas que nō requirit institutionem: quia est ponderandum qđ in principio dicte dispositionis dr ꝙ de bonis suis oriat aliqua discordia: questo presente testō el quale da la rasone e dicto sine scriptis feci & cōpusi in
9 questo modo & forma cioe: † que vba in prin. posita determinant oia sequentia. l. si quis ex argentarijs. §. si initium tabularum. ff. de edēdo. & c. scđo requiris. de appellationibus. cum simi. Et cōsequēter videtur ꝙ etiam determinēt illa verba in fine posita. vꝫ e questa
10 disse essere la sua vltima volunta & suo vltimo testamento. † Et dicta verba vltimo posita exponantur vltima voluntas: & pro id est quia positum inter genus & speciem. l. de quibus. ff. de. ll. vel exponatur vltima voluntas & testamētum: id est vltima voluntas testamētaria prout als in simili probatur in tex. iūcta glo. in. l. j. in princi. ff. de pac. & instituta de tutelis. §. est autem. vbi tex. dicit ius & potestas. & glo. exponit id est violenta potestas ad hoc. l. sed si adijciatur. ff. pro socio. vbi verba lucri & questus exponuntur: id est lucri ex questu prouenientis seu lucri questuarij: & hec interpretatio cōuenit nature copule & que est requirere concursum copulatorꝫ: que referuntur ad vnum subiectum. l. si heredi plures. de conditionibus insti. cum multis similibus. Itē vt saluentur vba in prin. testamēti posita supra pondera: ad quod etiam facit clausula sequēs: e casso e a nullo omne altra sua vltima volunta & suo vltimo testamē-
11 to. † Attēto qđ per aliam voluntatem ꝙ̄ per testamentū non potest annullari precedens testamētum. d. l. qđ per manus. & d. l. j. C.
12 de codi. cum similibus. † Facit etiam quia adhibita fuit solēnitas rogitus testium q̄ non requiritur nisi in testamēto. l. fi. §. in omni. de codi. & facto datur voluntas intelligi. l. reprehēdenda. cum concordantijs. C. de insti. & substitu. sub condi. factis. Ex quibus omnibus simul iunctis inclino in eam sñiam ꝙ dicta vltima voluntas cēseri debeat testamētum nullum: quia factum sine heredis institu-
13 tione: † & p ɔ̄ñs qđ legata in eo facta non ad pias causas sint penitꝰ nulla p dictam legē primam. in fine. de vulga. & pupil. cum concordantijs: quia tamē nō videtur equum ꝙ voluntas testatoris rustici ita ruat: ideo non aliter firmo hanc partē qđ legata profana sint penitus nulla: sed pro indubitato habeo qđ non valeat dispositio vt testamentum: sed hereditas sit deuoluta ad successores ab intestato. qui de legatis non pijs detrahere poterunt falcidiam si consulte adiuerint hereditatem: & si vltra relicta in dicta vltima volūtate reperiretur aliquid in hereditate ad eos pertinebit.

Laus deo.

¶ Vulnere accusatus quibus possit tueri ne teneatur de vulnerato. per totum. consi. 162.

¶ Summarium super consilio. clxij.

1 ☞ Dolus presumitur contra vulnerantem. nu. 12. et. 17.
2 Confessus iuris presumptionem babet contra se.
3 Fuga an vtilior inuaso sit ꝙ̄ expectare ictus reuerberationem. nume. 18. et. 20.
4 Occidens aggressorem non tantum probare sufficit quod fuerit aggressus sed quod aliter euadere non poterat. nu. 11.
5 Verisimilia attenduntur in difficilibus.
6 Defensione sui corporis necans aggressorem suum sufficit ꝙ probet ad sui defensionem fecisse.
7 Testis quando non debet sui dicti scientie causam dare.

¶ Consilium. clxij.

In nomie domini nostri

Iesu christi. ¶ In hac consultatione videtur prima facie dicendum ꝙ dicti inquisiti de vulnere veniãt cõdẽnandi. Nam prout ꝛ presupponitur est probatum ꝙ dictus Bernardi. vnus ex inquisitis intulit vulnus in inquisitione deductum: et ꝙ alij inquisiti prestiterunt ad idem auxilium 1 ꝛ fauorem: ꝛ constat† ꝙ vulnus censetur dolo perpetratum. c. j. de presumptionibus. ꝛ. l. si non cum vitij. C. de iniurijs. ꝛ. l. j. et. l. iij. C. ad. l. cor. de sicca. 2 † Ideo qui fatetur vulnerasse ad sui defensionem succũbit nisi probet defensionem: quia habet iuris presumptionẽ contra se: vt inquit Bart. in. l. aurelio. §. idem quesijt. ff. de libe. leg. nec sufficit ꝙ ꝓuocatus vulnerauerit si aliter euadere poterat pro bat tex. in. l. scientiam. §. qui cũ aliter se tueri non posset. ff. ad legẽ aqui. ꝛ in cle. j. de homicidio. ibi. ꝛ ita de illo censemus qui mortem aliter euitare non valens suum occidit vel mutilat inuasorem. 3 † Et sic a contrario non sufficit ꝙ sit inuasus: sed requiritur ꝙ al'r euadere non poterat. ꝛ glo. ibi super ỽbo nõ valens supplet angulat' erat vel sic artatus ꝙ fugere non poterat nec se iuuare clamore vel aliter. ꝛ illam glo. sequuntur ibi doc. cõiter omnes sequunť illam: ideo Pau. de leaz. zenze. Pe. de ancha. ꝛ zamb. ibi not. ꝙ potius aufugere debet si potest per illam glos. ꝛ per. c. suscepimus. ꝛ ꝙ ibi not. gl. s. de homici. ꝛ ita ibi no. dñs Antonius. 4 † Et ideo Bart. in d. §. qui cum aliter. dicit ꝙ non sufficit articulare ꝛ ꝓbare ꝙ fuit insultatus: ideo interfecit insultantem nisi probetur ꝙ aliter euadere non poterat: si enim aliter euadere poterat censetur facere ad vltionem vt inquit Cy. in. l. j. C. vnde vi. ꝛ qñ quis facit cã vlciscendi punitur etiam prouocatus ꝛ iniuriatus. vt est expressum in. d. §. qui cum al'r. ꝛ in. c. significasti. prope finẽ. de homicidio. Cũ itaqꝫ videatur ꝙ non probetur ꝙ dicti inquisiti al'r euadere nõ potuissent quam vulnerassent dictũ Christoforum. Quinimmo videtur probari ꝙ euadere poterant aufugiendo. ꝛ insuper probať ꝙ dicti Christoforus ꝛ baptista non se appropinquauerunt ad dictos inquisitos anteqꝫ dicti inquisiti currissent aduersus eos: ita ꝙ ꝓpter distantiam loci dicti inquisiti non poterant offendi a dictis Christoforo ꝛ baptista prout nonnulli testes deponunt. Et attento ꝙ dicti inquisiti erant quatuor bene armati: ꝛ aduersarij erant solum duo: verisimiliter dicti inquisiti nõ de facili videtur ꝙ fuissent offensi: ꝛ ideo videtur ꝙ potius vulnus predictum fuerit illatum aĩo offendendi ꝙ̃ aĩo defendendi: prout ꝛ deponunt tres testes: ꝛ vnus vcꝫ lazar' famulus mariotti deponit ꝙ dicti Christoforus ꝛ baptista nõ potuissent inferre aliquam iniuriã personalẽ dictis inquisitis: eo ꝙ dicti inquisiti erant plures ꝛ melius armati ꝙ̃ dictus Christoforus. Et licet aliqui testes examinati pro parte inquisitoris deponant ꝙ inquisiti fecerunt ad defensam: magis videtur credendum dictis testibus examinatis pro parte curie: tum ꝙ habẽt pro se iu5 ris presumptionẽ per supradicta: † tum etiã ꝙ videntur deponere magis verisimilia qđ est plurimũ attendendũ. c. lꝫ causam. de probationibus. ꝛ. l. hoc carmen. ff. de testibus: tum etiam ꝙ videtur ꝙ reddant vrgentiorem causam arbitrandi ꝙ vulnus illatum fuerit ad offensam ꝙ̃ testes inquisitorum quod illatum fuerit ad defen6 sam. † His tñ non obstantibus contrariũ puto de iure rñdendũ. ad cuius rei euidentiam premitto: ꝙ lꝫ videatur ꝙ defensio ꝓprie videri nequeat cũ sit res incorporea vt de se patet: tñ sufficit ꝙ testis dicat ꝙ talis fecit ad sui defensionem in causa scientie: ꝙ vidit: ita concludit Bar. in consi. clxiij. ẽm ordinem perusinũ non informis qđ incipit quidã massiolus accusatus: ꝙ licet percipiatur iudicio intellectus: tñ visus est propinqua causa iudicij intellectus: ideo sufficit ẽm eum. Idẽ in effectu vult Bal. in. l. solam. C. de testi. prope finẽ. ver. scđo querit. referendo Bar. velle in consilijs suis ꝙ sufficit ꝙ testis dicat ꝙ talis occidit ad sui defensionem etiã si non 7 reddit causam scientie: ꝛ cũ eo transit ipse Bal. † Et lꝫ Bart. in. d. consilio id nõ expresse dicat: tñ satis id voluit ꝙ in his ꝗ percipiũtur sensu corporis testis non tenetur reddere causam sciẽtie prout volunt glo. Bar. ꝛ doc. in. d. l. solam. ꝛ Inno. ꝛ doc. in. c. cũ causam. que extra. eo. tit. Et Bar. in tractatu de testibus in pluribꝰ rubricellis: vult ꝙ censetur percipi sensu corporis id qđ percipitur iudicio intellectus: tñ facili discursu ex his que percipiunť sensu corporis. ꝛ inter ista Bar. in. d. cõsilio tenet esse defensionẽ: tangit etiaꝫ Bal. in. l. j. C. de cõfessis. loquẽs in teste ꝗ dicit ꝙ talis fecit ad necessariã defensionẽ. ꝛ Pont. idẽ vult in singularibꝰ suis. in singulari incipiẽ. si sum accusatus. Igitur cũ tres vel quatuor testes deponant qđ inquisiti ea que deducuntur in inquisitione fecerũt ad eorum defensionẽ: ꝛ qđ si dictus Christoforus non fuisset vulneratus offendisset dictos inquisitos cũ spontone. Nam Ludouicus deponit qđ arbitrať qđ dicti inquisiti iuerunt ad dictam apothecam ne ipsi fuissent offensi a dictis Christoforo ꝛ baptista. Itẽ Bernardinus deponit qđ dictus Bernandinus ꝑcussit dictũ Christoforum cã defendendi se ꝛ socios: ꝙ si dictus christoforus exiuisset cum armis astatis que habebat in manibꝰ percussisset aliquẽ dictorũ inqsitorũ. Itẽ Nicola. deponit qđ dicti inquisiti iuerũt ad dictã apothecam ne dictus christoforus exiret de dicta apotheca ꝛ iret contra ipsos inqsitos. Itẽ baptista deponit ꝙ dicti inqsiti nõ potuissent stare ante dictũ hostiũ dicte apothece ꝛ non offendere dictum Christoforũ: ꝙ vidit qđ dictus christoforus exiuisset dictam apothecam ꝛ potuisset offendere dictos inqsitos. Item saluator deponit qđ si dicti inqsiti non accessissent ad dictam apothecam dictus christoforus exiuisset de dicta apotheca ꝛ dictos inqsitos iniuriasset: ꝛ forte offendisset. 8 † Et lꝫ dicti testes deponũt ꝑ ỽba arbitrať: tñ ꝙ deponunt per ea ꝗ viderunt videť qđ probent: ꝙ testis deponens per verbũ videtur vel arbitratur si cãm scientie reddit ꝙ vidit bene probat: prout voluit Barto. in. l. qui tñ. §. si arbitrer. ff. de arb. ꝛ Cy. in. l. testium. C. de testi. in. v. q. dicens qđ credulitas cõiũcta sensui testis probat: idem voluit Bald. in. l. solam. versi. quinto quero. dicens: quod si credulitas est causata a re vel sensu inferẽte credi debere probat subdẽs qđ verbum credo non destruit testimoniũ: cui adiungitur congrua ratio: ad idẽ dñs Anto. in. c. quotiẽs. de testibus. dicẽs qđ si testis deponit ꝑ ỽbũ credit si causa assignata per eũ ꝯcludit sciam nõ inficitur dictũ testis ẽm eum. facit quod no. Speculator in ti. de testi. §. iam de interrogatorijs. ꝛ Io. an. i. c. inquisitionis. de accusationibꝰ. Itẽ qđ no. Hosti. in. c. presentium. in prin. de testibus. lib. vj. ꝛ ratio naturalis artat ad hoc in ꝓbatione eorum que discernuntur iudicio intellectus: tñ facili discursu ex his que percipiũtur sensu corporis: quia tunc non est tanta certitudo prout in his que directo videnť: ideo tunc testis caute deponit per verbũ credit: prout ergo probat si absolute deponit qđ factum fuit ad defensam. ita si deponit per verbum credit arbitratur ꝛ hmõi si credulitas causatur ex his que testis vidit prout contingit in casu isto: ꝛ licet testes curie deponunt qđ inquisiti fecerunt animo offendendi nõ videtur obstare ꝙ potuerunt habere animũ offendendi vt ꝓpter offensam christofori illatam euitarent periculum qđ imminebat. videtur enim ꝙ dictus Bernardinus voluerit vulnerare: ex quo vulnerauit ꝛ vulnerando offendit: tamẽ habuit animum offendendi ne ipse vel socij offenderenť: ꝛ ita pñt dicte at9 testationes cõcordari. † Sunt enim attestationes concordãde quãtum fieri potest per ea que habentur in. c. cum tu. de testibus. ꝛ. l. ij. §. creditum. ff. si cer. pe. ꝛ in. l. sed ꝛ si possessori. in prin. de iureiu. cum multis similibus. Et est aduertendum qđ solum vnus testis deponit qđ non animo defendendi: alius autem testis deponit qđ potius animo offendendi ꝙ̃ defendendi: qui duo testes videntur cõ10 trarij: quia secundus testis vr̃ deponere qđ etiã aĩo defendẽdi: † ꝙ illud potius est cõparatiuũ: ꝛ natura comparatiui est relinquere positiuum in termino ẽm grammaticos: ꝛ habetur in. l. vbi autem non apparet. in prin. ff. de verb. obli. Unde dicti testes nõ sunt cõtestes ex quo videntur contrarij: ꝛ saltem primus est singularis in negatiua quã deponit: ꝛ testi singulari non adhibetur fides per iura vulgaria. Item dictum secundi testis potest verificari ꝛ intelligi qđ lꝫ offensa fuerit facta potius animo offendendi quã defendendi: quia videtur quod ex quo animus offendendi fuit propinquior offense vulneris: ideo hoc respectu possit dici potius licet voluerit offendere propter defensam: et sic animus defendendi videtur quod sit remotior: licet alio respectu sit censendus potior: quia finalis causa fuit causa defensionis prout videntur probare testes inquisitorum. Et meo iudicio raro contingit: quod insultatus et positus in periculo offendens inimicum non habeat animũ offendendi: licet velit offendere vt se defendat ꝛ euitet periculum imminens. Et propterea tertius testis deponens de animo offendendi nihil dicens de animo defendendi non videtur contrarius testibꝰ 11 inquisitorum: prout et supra deductum est. † Nec obst. tex. d. §. qui cum aliter. quatenus excusat insultatum qui aliter euadere non poterat si duntaxat fecit causa defendendi: secus si causa defendẽdi ꝛ vlciscendi vt est ibi expressum: quia respondetur quod ille tex. non loquitur de animo offendendi: sed de animo seu causa vlciscẽdi. Ultimo enim seu causa vlciscendi non tendit vllo pacto ad defensionem vt de se constat: sed offendere ꝛ causa offendendi potest de facili tendere ad defensionem. Nec obstat dictum lazarũ: tum quia est singularis: tum etiaꝫ quia non deponit verisimilia: immo aperte falsum deponendo qđ dicti inquisiti nõ potuissent pati aliquam iniuriam personalem a dictis Christoforo ꝛ Baptista: eo ꝙ inquisiti erant plures et melius armati. Constat enim qđ possibile erat qđ duo prestitissent aliquam iniuriam personalẽ aliquibus ex quatuor

quatuoꝛ etiā melius armatis vt est notissimum ⁊ prout deponunt plures testes ꝓ parte inquisitoꝝ. Itē dictus testis deponit ꝙ ille qui vulnerauit dictū Christoforum accepit biscappā dicti christofori. Et in hoc est solus ⁊ plures alij testes videntur deponere contrariū. Nec obstat ꝙ dicebat ꝙ testibꝰ curie est magis credendū: qꝛ reddūt efficacioꝛē cām: qꝛ rñdet pluribꝰ modis qui sumi pñt ex iaȝ dictis. vȝ. quia videntur quidā singulares ⁊ varij. Itē ꝙ dato ꝙ eis crederet: quatenus deponūt de aīo offendendi pñt cōcoꝛdari cum testibꝰ inquisitoꝝ qui deponūt de aīo defendēdi per supra dicta. Et insup negat ꝙ reddāt efficacioꝛē cām: qꝛ lȝ inquisiti essent plures: tñ ex quo illi duo currebāt armati cōtra eos lȝ viderēt illos esse quatuoꝛ poterāt ꝓbabiliter dubitare ne offenderent: sufficit enim terroꝛ armoꝝ vt infra deducā: ⁊ ad faciendū illos timidioꝛes potuerunt ꝓbabiliter ire obuiā cōtra inimicos prout iuerūt: ⁊ lȝ christofoꝛus currisset in suam apothecā ꝓbabiliter potuerūt dubitare de eo qḋ verisimiliter occurrisset. s. ne exiret cū armis magis offendibilibus prout experientia postea secuta demonstrauit. Et testes inquisitoꝝ reddunt etiā cām eoꝝ dicti. s. ꝙ dictꝰ christofoꝛus potuisset cū dicto spontone offendere dictos inquisitos: qḋ est plurimū verisimile: ideo ꝓbabiliter negat ꝙ testes curie deponāt verisimilioꝛa: vel reddant efficacioꝛē cām: ⁊ est aduertendum ꝙ vltimus testis deponēs de aīo offendendi nō reddit aliā cām: nisi qꝛ vidit ⁊ testes inquisitoꝝ etiā viderunt. Itē est aduertendū ꝙ dicti testes deponētes de aīo offendendi fuerunt examinati post publicationē ꝓcessus: ⁊ lȝ potuerint per iudicē examinari ex officio ⁊ ꝓpterea non sint ex hoc repellendi per ea que habentur in. c. cuȝ clamoꝛ. de testibus cogendis. qꝛ iura de iudice non suspicātur: tñ qꝛ prout audio dictus christofoꝛus sollicitat dictā cām pōt ꝓbabiliter suspicari ne ipse subornauerit dictos testes: ⁊ ꝓpterea nō incōueniret si 12 aliqualiter eoꝛum fides ex hoc diminueretur: † Nec etiā obst ꝙ presumptio iuris est ꝙ vulnus censeatur dolo illatum: qꝛ rñdetur qḋ illud procedit in dubio. in casu aūt nostro plura cōcurrunt ꝓpter que cessat dicta presumtio. primo ꝓpter probationes supra pōderatas. Itē quia inquisiti fuerūt insultati ⁊ prouocati a dictis christoforo ⁊ baptista currentibus aduersus eos cū armis euaginatis et erāt eoꝛū inimici. Ex quo eñ plures testes deponunt ꝙ dicti christofoꝛus ⁊ baptista inimici dictoꝝ inquisitoꝛum currebant versus dictos inquisitos cum ensibus euaginatis ⁊ habebant palia; in bra13chijs censentur eos insultasse: † quia insultus nil aliud est ꝙ̄ in aliū i. cōtrariū saltus. Attēto etiā ꝙ prius interrogauerūt vbi erāt dicti inquisiti: ⁊ attento ꝙ gallus ciuis vnius eoꝛū qui erat etiam armatus dixit dictis christoforo ⁊ baptiste ꝙ nō accederent vlterius quia illi inquisiti erant nimis sursum. Attēto etiā ꝙ alij videntes dictos christoforū ⁊ baptistā currentes ita armatos versus dictos inquisitos indicauerunt ꝙ irent aīo offendendi dictos inquisitos qḋ demonstrat ex quo dixerunt dictis inquisitis: guardateue ⁊c. ex quibus ⁊ etiā ex quibusdā alijs attestationibus euidenter percipitur ꝙ christofoꝛus ⁊ baptista currebant versus dictos inquisitos 14 aīo ipsos offendendi: † adeo ꝙ debent censeri insultasse: ⁊ per ꝯñs licuisse vulnerare dictū christoforum per no. p Bar. in. l. ⁊ si q̄cūq;. in princ. ff. ad. l. aqui. qui formaliter dicit no. ꝙ eoipso ꝙ probo ꝙ aliquis veniebat contra me cū cultello ⁊ ego occido eum: statim est probata mea defensio. casus est hic: ⁊ tangitur hoc per gl. in. l. j. C. vnde vi. ⁊ in. l. si ex plagijs. §. tabernarius. ad. l. aqui. Item Bal. in l. militis. in fi. C. de liberali causa. dicit ꝙ qui vult ꝓbare ꝙ vitā suā defendendo occidit inimicum: sufficit probare ꝙ aduersarius aīo ipsum offendendi in eū irruebat. d. §. tabernarius. ⁊. l. is qui cū telo. C. de siccarijs. vbi ipse Bal. idē no. Itē bal. in. l. j. §. cū arietes. ff. si quadru. paupe. fecisse dicatur. cōcludit ꝙ sufficit ꝙ quis sit insultatus ad hoc vt si occidat insultantem excusetur quia censeatur fecisse ad suā defensionē. arg. illius tex. Idē concludit Bar. in consilio suo incipiē. vānutius Petri vnus ex dictis testibus. in oꝛdine lix. ſm oꝛdinē Perusinū nō infoꝛmis per. l. is qui aggressoꝛē. C. ad l. corneliā. de siccarijs. Idē zābarellus in dicta cle. j. de homicidio. et Pet. de ancha. ibi dicēs ꝙ glo. cōiter tenēt ꝙ probata aggressura si aggressus percutit insultantē presumitur fecisse ad defensionē: subdens ꝙ in dubio probato insultu cū armis: quicquid durāte rixa insultatus fecit presumitur fecisse ad defensionē percutiendo aggressoꝛem: dicens se putare ꝙ ita intellexerint glossatoꝛes. ⁊ dicūt glo. magna in. l. j. C. vnde vi. ⁊ Bal. ibi ⁊ in dicto. §. cum arietes. ꝙ sufficit terroꝛ armoꝝ ad hoc vt offendens excusetur. et no. Bal. in. d. l. j. col. ix. post glo. ꝙ si in expectando est periculū censetur occidisse ad defensam: quia melius est aduersus rixam se ꝑparare ꝙ̄ in discrimine se cohoꝛtare ſm eum: qui idem voluit in consilio qḋ incipit qui moꝛtē. in oꝛdine mihi. ccccxv. vbi dicit ꝙ. nō dȝ expectare cedi ab inimico: ⁊ dicit Jo. an. i. c. pastoꝛalis. §. preterea de homicidio. non esse expectandū primū ictū. ⁊ idē not. Bal. in. d. l. j. C. vnde vi. col. ij. Ex quibus ⁊ alijs que possunt adduci concludendū est ꝙ dicti inquisiti veniunt absoluendi. Nec obstat ꝙ dicti insultantes cum armis non se appropinquauerunt in tantum qḋ possent inquisitos offendere: quia respondetur ꝙ si se appropinquassent in tantum ꝙ potuissent offendere imminebat periculum ne fuissent offensi vt de se constat. nec docto. id requirunt: sed dicit Bal. vbi supra: ꝙ sufficit qḋ inimicus contra ipsum irruebat animo offendendi: negari autem nequit quin dicti christofoꝛus ⁊ baptista irruerint cum armis contra dictos inquisitos animo ipsos offendendi: et quin immineret terroꝛ armoꝛum qui sufficit ſm gl. et Bal. vbi supra ⁊ alij dicunt qḋ sufficit qḋ quis sit insultatus cum armis. nec requirunt tantā propinquitatē: sed generaliter loquuntur: attento qḋ de facili et in breui poterant currendo prout currebāt se propinquare: nec tenebantur expectare qḋ possent offendi melius est aduersus rixosos se preparare ꝙ̄ in discrimine se ponere prout dicit Bald. vbi supra. Et si dicatur incedendo versus dictos Christoforum ⁊ baptistam non euitabant periculum offense: immo videtur qḋ potius se ponerent in periculo ꝙ̄tomagis se appropinquabant insultantibus: ideo non videātur id fecisse ad euitandum periculum: ⁊ per cōsequens nec ad defensam: quia respondetur ꝙ immo censeri debet qḋ fecerint ad terrendum inimicos vt non auderent eos offendere: sed redderentur timidioꝛes ⁊ tolleretur ab eis audacia quā habebant inuadēdi eos quatuoꝛ. nā prout experientia docet que est rerum magistra. c. ꝙ̄ sit. in prin. de elec. li. 15 vj. ⁊ in. c. statutū. in princip. de rescriptis. eo. lib. † Quando inimicus ostendit se aīosum aduersarius redditur magis timidus ⁊ versa vice: quātomagis inimicus ostenditur minus animosus seu timidus tātomagis augetur audacia alterius inimici. Ideo legitur apud antiquos romanos qḋ duces belli hoꝛtabantur milites qḋ initiarent prelium cū magno clamoꝛe ⁊ audacia vt terrerent inimicos. Et ideo nō est imputandū dictis inquisitis si ad terroꝛem suorum inimicoꝝ qui in eos irruebant iuerunt eis obuiaȝ propter qḋ repressirunt audaciam aduersarioꝛum vt experientia docuit: ⁊ si expectassent de facili contingere poterat qḋ aduersarij putassent eos timidos ⁊ prosecuti fuissent insultum: ⁊ si dictus christofoꝛus non tentasset exire de apotheca cū spontone non fuisset verisimiliter vulneratus: quia non apparet qḋ dicti inquisiti fecerint aliqua signa volendi intrare in dictam apothecā. Si quis autem vellet tenaciter insistere qḋ dicti christofoꝛus ⁊ baptista non censeantur insultasse dictos inquisitos: qḋ quidem puto penitus falsum per supradicta. Nihilominus pariter tunc dicendum est qḋ propter parem distantiam loci nec dicti inquisiti censentur insultasse dictum christoforum: ⁊ satis est qḋ testes deponant qḋ si dictus christofoꝛus nō fuisset vulneratus ⁊ impeditus exire de dicta apotheca cū spontone de facili potuisset dictos inquisitos offendere: ⁊ ꝓpterea deponant qḋ dicti inquisiti fecerunt id quod egerunt ad eoꝛuȝ 16 defensam. quod sufficit vt supra ostensum fuit. † Et iudex debet in re dubia inherere huic parti: quia melius est nocentem absoluere ꝙ̄ innocētem condēnare. vt. l. absentem. in princ. ff. de penis. adeo qḋ si duo apparent rixati ⁊ non apparet quis inchoauerit rixā seu insultauerit non puniuntur offendentes vt videtur voluisse glo. in d. §. cum arietes. per text. in. d. l. scientiam. §. cū instrumenta. et ita per illam glo. firmauit Jac. de arena. prout refert ibi Raph. fulg. idem tenens per. d. l. absentem. ⁊ regulam fauoꝛabilioꝛes. in sexto. cum similibus. et dicit opinionem illius glo. esse seruandam tanꝙ̄ 17 humanioꝛem. † Nec obstant adducta in contrariuȝ: non eñ obstat iuris presumptio qḋ vulnus censetur in dubio doloso: qꝛ respondetur qḋ probatū est qḋ fuit factū ad defensam tamen iuris presumptione: qꝛ fuit factum ab insultatis: tū etiam qꝛ directo probatur 18 per testes fuisse factū ad defensionem. † Nec etiā obstat qḋ poterant euadere periculū: qꝛ non erant ita angulati seu artati prout requirūt glo. Pau. de leaȝ. zenzali Pet. de ancha. ⁊ zamba. in. d. cle. j. de homicidio. ⁊ dñs Anto. in. d. c. suscepimus. eo. ti. qꝛ respondetur qḋ illud procedit quo ad euitandā irregularitatē prout loquit in illa cle. per quā se fundant predicti glo. ⁊ doct. prout ex ipsis se declarant Pet. de ancha. ⁊ zamba. dicentes qḋ ad euitandū pe19nam delicti non tenetur quis aufugere. † Et est ratio differētie: qꝛ irregularitas incurrit q̄nq; etiā sine aliqua culpa: imo q̄nq; ex actu meritoꝛio. vt in. c. sñiam sanguis. ne clerici vel monachi prout etiā 20 habetur in. d. cle. j. † Et qḋ aufugere non tenerentur volunt cōmuniter docto. quia qui aufugit patitur iniuriam. l. item apud labeonem. §. j. de iniurijs. ideo non euitatur offensa propter fugā prout voluerunt Bar. Ang. ⁊ Saly. in. d. l. j. C. vnde vi. ⁊ Bal. in. l. vt vim. ff. de insti. ⁊ iure. Et maxime qꝛ non euitatur periculū: qꝛ aduersarij potuissent eos persequi ⁊ eis in cursu preualere prout in effectu vult Barto. in dicto consilio incipien. vānutius petri: maxime qꝛ aufugiēdo est periculū in casura: cui periculo nō tenebant se subijcere prout ⁊ dicit zamb. in. d. cle. j. ⁊ qḋ qs nō teneat aufugere: voluit etiā Anto. de but. in. c. olim. ⁊ Panoꝛ. in. c. significasti. el. ij. de homicidio. qḋ maxime procedit si est verecundia aufugere prout dicit Bar. in. d. l. vt vim. exemplificans ſm aliquas lecturas in perusinis: ⁊ ſm aliquas in pisanis. Constat aūt qḋ dictis inquisitis fuisset magna verecundia aufugere ex quo erant quatuoꝛ bene ar21mati ⁊ inimici erāt tm̄ duo: ideo non tenebantur aufugere. † Nam crudelis est qui negligit honoꝛē seu famā suā. c. nolo. xij. q. j. ⁊ xj. q. iij. de his. ⁊ grauius est perdere famā ꝙ̄ res. ⁊ ecclesiastes. xij. curam habe de bono noīe: qꝛ magis valet ꝙ̄ mille thesauri etiam preciosi.

22 Et† pferēdus est honor cōmodo pecuniario.l.iulianus.ff.si qs ob missa cā.ꝛ ideo cū pro defensione rerū suarū potest quis insistere et alium offendere: prout cōcludit Bar.in.d.l.vt vim.ꝛ in.l.deuotū. C.de metha.lib.xij.ꝛ Bal.in repetitione.d.l.prime.vnde vi fortius licite potest opponere pro defensione honoris et euitandi verecū-
23 di†. Nec ob.qd dicit Bart.in.d.§.si quis cū al'r.qꝛ alibi ipse ꝛ alij tenēt cōtrariū.s.ꝙ sufficit ꝙ quis sit insultatus cū armis: ꝛ ꝙ sufficit terror armorum: ꝛ volendo seruare Bart.in.d.§.si quis cū al'r. potest dici ꝙ procedat eius dictum quādo quis insultatur sine armis: secus in insultato cum armis per latius dicta supra: posset etiam attentari ex alio ꝙ dictus christoforus potuerit licite offendi: quia prestabat fauorem bannito facienti grauem offensam insultando dictos inquisitos cum armis per ea que al's allegādo scripsi: quia tamen que sit grauis offensa non est in iure bene declaratum: propterea remittitur arbitrio iudicis.arg.l.j.de iure deliberandi.et.d.c.de causis. Ideo super hoc aliter non insisto: quia ad iudicem spectat id arbitrari. Laus deo.

¶ Summarium super consilio.clxiij.

1 Dotis restituende actio datur marito ad inopiam vergente.
2 Confessio recepti tn̄ inter prohibitos qn̄ noceat confitenti.
3 Statuta seruantur inter subditos.
4 Possessionem cōtinuasse qui semel possedit in dubio videtur.
5 Decreto res adiudicata quando possit vt nullius efficacie impugnari.
6 Confessio dotis recepte a marito facta non probat nec iuramento firmatur.
7 Iuramentum an firmet contractus inualidos.
8 Debiti nulli actio non datur.
9 Nullitas actus quibus repellit agentem.
10 Subhastatio venditio et adiudicatio fieri dicuntur pro solutione debiti.
11 Citatio requiritur ad interpositionem primi decreti.
12 Citatio apud locum fieri debeat.nu.14.
13 Olim iamdudum ꝛ quondam tria tempora significāt.
15 Statuta a populo subdito facta sine confirmatione superioris nō astringunt.nu.17.
16 Delegatus sapit naturam delegantis.
18 Dominium rei aufertur subdito: iusta tamen causa.
19 Probatio dubia non releuat.
20 Rescripti omnes clausule sunt verificāde: al's non valet rescriptū.
21 Species generi derogat.
22 Rescripta seu priuilegia etiam principum quando restringantur.

¶ Consilium.clxiij.

In nomie domini nostri Jesu christi. ¶ In causa vertēte inter dominā Perlam hebream agentem ex vna parte: ꝛ Joannem antonium olim ser Juliani: ꝛ Antonium bartholomei eius curatorem contradicentem inchoata contra Isac maritū dicte Perle. Videtur prima facie dicendum ꝙ dicta Perla foueat iustitiam: petijt enim aduersus Isac dotem sibi restitui eo qꝛ maritus vergit ad inopiā: ꝛ pbare videtur maritum vergisse ad inopiā ante litem motam: ꝛ produxit instrumentum dotis in quo dictus Isac confitetur se recepisse pro dote ꝛ dotis nomine dicte domine Perle: et promisit eam restituere in omnem casum et euentum re-
1 stituende dotis:† Dos autem est restituenda vxori in casu quo vir vergit ad inopiam.l.si constante.in princi.ff.solu.matrimo.ꝛ.l.vbi
2 adhuc.C.de iure dotium.† Et licet confessio facta per virum vxori vel econtra sit suspecta: quia prohibetur donatio inter eos.vt in titulo de dona.inter virum ꝛ vxorē.ff.ꝛ.C.quasi p totos.ꝛ cōfessio facta inter prohibitos tanꝙ suspecta non releuat.l.que testamentum.ff.de probationibus.ꝛ.l.cum quis decedēs.§.titia honestissima femina.de leg.iij.prout omnes notant in dictis iuribus: tamē quia interuenit iuramentum videtur ꝙ cessant dicta iura: qꝛ donatio inter virum ꝛ vxorem firmatur iuramento.c.cum contingat.de iureiu.ꝛ.c.ꝙuis.de pactis.in.vj.attentis rationib' dictorum iurium prout no.Bar.in.l.si quis pro eo.in prin.ff.de fideiuss. Et lꝫ nōnulli cōtrarium teneant: tamē dicta opinio Bar.videtur magis communis: ꝛ propterea videtur ꝙ interueniente iuramento donatio inter virum ꝛ vxorem non sit prohibita: ꝛ per consequens cōfessio non reddatur suspecta: ꝛ per consequēs probet elapso termino opponendi exceptionem non numerate dotis.vt in ti.C.de dote cauta non numerata.ꝛ qd habetur in.l.assiduis.C.qui poti.in pignoribus habeantur. Et cum dictus Isac citatus non cōparuerit fuit dicte Perle decreta: tenuit ex primo decreto in bonis dicti Isac tanꝙ contumacis ſm formam statutorum ciuitatis castelli prout asseritur in actis: ꝛ tandem accepta tenuta dimidie vnius domus super qua litigium vertitur tanꝙ de bonis dicti Isac.ꝛ deinde petitur deueniri ad secundum decretum: hoc est ad venditionem seu adiudicationem tandem factis nonnullis actis comparitum fuit pro parte dicti Joannis antonij.ꝛ oppositum ꝙ non debet deueniri ad adiudicationem dicte dimidie dicte domus: quia illa pertinet iusto ꝛ rationabili titulo ad dictum Joānē antoniū: et ad probationem iurium dicti Joannis antonij produxit processum agitatum contra dictum Isac ad instantiam ser Juliani patris dicti Joannis antonij: in quo deuentum fuit ad adiudicationem dicte domus docto ser Juliano vt creditori dicti Isac: sed videtur ꝙ dicta adiudicatio non habeat obstare: maxime quia dicta adiudicatio facta dicto ser Juliano: videtur ꝙ sit reuocata per statutum dicte ciuitatis postea cōstitutum: quo cauetur ꝙ exititij reuersi restituantur ipso iure ad bona que habebant anteꝙ forent exules: ꝛ ꝙ possint recuperare possessionem dictorum bonorum ppria aucto-
3 ritate.† Et ideo videtur ꝙ sit reuocata per dictum statutum ꝙ reuocat processus ꝛ sententias emanatas contra dictos exititios cū statuta populi sint seruanda inter subditos.l.omnes populi.ff.de iusti.ꝛ iure.cū concordantijs. Attēto etiā ꝙ videtur probatum ꝙ dictus Isac fuit de dictis exulibus: ꝛ ꝙ reuersus vna cum alijs exititijs habitauit ꝛ possedit dictā domū prout habitabat ꝛ possi-
4 debat eam anteꝙ exularet.† Et ex quo eā possedit censetur in dubio continuasse possessionē: prout habetur in.l.siue possidetis.C.de pbationibus.ꝛ in.c.cum ad sedē.de resti.spoli. Item dicitur sup hoc emanasse quandā bullā sedis aplice per quā videtur ꝙ derogetur dicte adiudicationi facte dicto ser Juliano: ꝛ p cōsequens videtur ꝙ dictus Joānes antonius non pretendat habere aliquod ius in in dicta domo per qd possit impediri adiudicationem fieri dicte Perle. Preterea dato ꝙ dicta adiudicatio facta dicto ser Juliano non subsistit: nihilominus videtur qd dicta Perla habeat potiora iura: quia eius creditum fuit prius ꝯtractum ꝙ creditum dicti ser Juliani: ꝛ p dote sunt obligata bona Isac etiā si expresse nō obligātur.l.j.C.de rei vxo.actio.ꝛ.l.assiduis.C.qui poti.in pi.habe.et
5 insup talis hypothecata est priuilegiata.d.l.assiduis. ¶† His tamē nō obstantibus cōtrariū puto de iure respondendū.vꝫ.ꝙ dicta adiudicatio fieri nō debeat dicte Perle de dicta dimidia domus. Primo quia videtur ꝙ dicta Perla nullū ius habeat ad petendū dictā quātitatē asserte dotis: quia prout supra dixi donatio inter
6 virū ꝛ vxorē est prohibita.† Et cōfessio de dote recepta facta per maritum est suspecta.adeo ꝙ non probat per iura superius allega-
7 ta.ꝛ que habentur in.l.si donatione.C.de colla.† Nec ob.qd in contrarium supra dictum est.s.ꝙ iuramentum firmat donationē inter virum ꝛ vxo.quia respondetur ꝙ de iure ciuili constat ꝙ iuramentum regulariter non obligat iurantem nec firmant contractus inualidos.d.l.si quis pro eo.in princ.fallit in casu speciali aut.sacramēta puberū.C.si aduersus venditionē. Et lꝫ de iure canonico disponatur ꝙ iuramentū regulariter firmet ꝯtractus al's inualidos p.d.c.cū cōtingat.ꝛ.d.c.ꝙuis.ꝛ.c.lꝫ mulieres.de iureiur.li.vj.tamē illa iura respiciunt fauorē aīe: vt deprehenditur ex rōne dicti.c.cū ꝯtingat.ꝛ.d.c.ꝙuis.ꝛ per.d.c.lꝫ mulieres.quo disponitur ꝙ dicta iura sunt generaliter obseruanda etiā in foro seculari etiā in terris imperij in quibus al's seruaret ius ciuile p ea que habent in.c.j.de no.ope.nū.ꝛ p glo.in.c.ij.de arbitris.lib.vj.ꝛ in.c.ij.de regu.iu.eo.lib.ꝛ p Bart.ꝛ doc.in.l.priuilegia.C.de sac.san.eccle.cōstitutiones aūt canonice que respiciunt animā nō militant in iudeis seu in infidelibus.c.gaudeamus.de diuortijs.ꝛ cano.multi.ij.q.j.p.d.apostoli ad corinthios.v.c.de his eīn q foris sunt nihil ad nos ſm eū. Et hoc ī terminis decidit Bal.in.c.j.§.sacramēta.de pace iuramēto firmā.dicens ꝙ etiā in terminis illius tex.iuramentum hebrei vel infidelium non firmat contractū inualidum per dictam rōnem ex quibus videtur cōcludendum ꝙ dicte Perle non cōpetat aliqd ius petendi dictā quātitatem cōfessatā: et ppterea nihil p solutio-
8 ne dicti pretensi debiti debet adiudicari cū nihil debeat.† Nec videtur ꝙ tenuta ex primo decreto valuerit cum deficiat fundamentū debiti: ꝛ deficiente fundamento oīa ruunt: ꝛ missio in tenutam debet fieri pro quantitate debiti.aut.ei qui.C.de bonis auctoritate iudicis possi.ita ꝙ si nihil est in debito nihil potest sibi correspectiuari.ar.l.eius qui.ff.si certum petatur.et.l.ij.ff.de vsufructu.et
9 l adeo.§.ꝙ si toto.de acqui.re.domi.† Et cū dicta nullitas debiti constat ex actis iudici debet ex officio repellere agentem sine actione.arg.l.si pupilli.§.videamus.de negotijs gestis.ꝛ qd glo.incipiēte in opponendo.in.l.si vnus.§.pactus.ne peteret.ff.de pac. Et ex quo ad interponendum primum decretum debet iudici cōstare de debito.vt per Bart.ꝛ doc.in.l.si finita.§.iulianus.ff.de dāno infecto.et in.d.aut.ei qui.ideo nō debuit interponi dictum primū decretum.ꝛ lōge minus debet deueniri ad secūdum decretum vel ad
10 adiudicationem.† Quia venditio ꝛ adiudicatio fiunt pro solutione debiti.vt de se constat ꝛ habetur quasi per totum titulū de bonis aucto.iudi.possi.ff.ꝛ.C. Ita qd etiam si nullus esset legitimus cōtradictor iudex non deberet neqꝫ legitime posset deuenire aduēditionem vel ad adiudicationem per supradicta posset etiā instari ꝙ primū decretum non teneat: quia non seruata forma iuris cō-
11 munis.† Maxime qꝛ deficit citatio debitoris ad vidēdum interponi primū decretum prout de iure requiritur.arg.l.de vnoquoqꝫ.de re iudi.ꝛ notat p glo.ꝛ doc.in.l.presenti.C.de his q ad ecclesias cōfugi.ꝛ in.d.§.iulianus.solum eīn fuit Isac citatus ad respōdendū de iure: ꝛ non fuit expressus citatione super quo haberet de iure

12 rñdere.† Nec fuit citat⁹ psonal'r vel ad domū in q̄ tūc habitabat dictus Isac put vr requirere tex.in.l.iiij.§.pretor ait.de dāno infec. Nec ad domū tūc solite habitationis iuxta ea que habentur in cle. cām que de electione.sȝ fuit citatus ad domū iam solite habitationis:que dictio iam adaptatur etiā ad tps preteritū etiā si cessat de

13 presenti.† iuxta illud vulgatū olim iam dudū quondā tria tēpora signant ꝛ ꝙ per glo.ꝛ bar.in.l.j.§.j.de noui op.nunci.ꝛ per panor.

14 in.c.ex parte.de foro cōpet.† citatio aūt dȝ fieri ad domū in qua citatus degit vel tpe citationis solet habitare prout declarat Bart. in.d.l.iiij.§.pretor.super his autē que concernunt nullitatē rōne defectus citationis nō multum insisto:qꝛ mihi persuadeo ꝙ forte p statuta ꝓuideatur.insuper ex alio dicendū est ꝙ non debeant deueniri ad vēditionem vel ad adiudicationē:qꝛ pro parte dicti Ioannisantonij ꝛ ci⁹ curatoris fuit oppositū ꝙ dicta dimidia dom⁹ de qua agitur ad eā pertinebat:qꝛ fuit legitime adiudicata dicta domus dicto ser Juliano eius patri in cuius hereditate ꝓbatur se immiscuisse:ꝛ put presupponit ꝓbatum est de dicta adiudicatiōe legitime facta per publica instra:lȝ eam non viderim:ꝛ lȝ notari⁹ rogatus sit perusinus ꝛ forensis quo ad territorium castelli:tamen vt mihi dr fuit facta fides p sigillū auctēticū per priores ciuitatis perusij put est notoria cōsuetudo faciendi ꝓbationē de notariatu.ita ꝙ vr probatum de iure dicti ser Juliani ꝛ successiue eius filij ꝛ heredis solū restat respōdere ad duo que pro pte dicte perle allegant contra dictā adiudicationē dicēdo.ꝙ dicta adiudicatio est

15 annihilata vigore statuti ꝛ vigore bulle de quibus supra.† Ad primū aūt respondet ꝙ dictū statutū factū a populo subdito indiget confirmatione al'snō astringit.vt no. cōpostelanus.in.c.cū oēs.de consti.ꝛ bar.in.l.oēs populi.de iustitia ꝛ iure.ꝛ lȝ Innocētius contrariū teneat:tū bal.in.c.que in ecclesiarū.in prin.de ꝯstitutionib⁹ dicit ꝙ in terris ecclesie seruat opinio compostelani in alijs autem seruat opinio Innocentij ſm eū ꝛ ſm hoc cū ciuitas castellana sit de terris ecclesie dictū statutum indigebat cōfirmatione ꝙ saltem

16 dicendum videt quo ad reuocandū gesta auctoritate superioris.† Prout contingit in casu isto in quo adiudicatio predicta fuit facta per delegatū a gubernatore qui censet adiudicasse auctoritate gubernatoris.l.j.§.si mandatā.ꝛ.l.si ꝓtor.ff.de offō eius cui mādata est iurisditio.ꝛ sic cēset facta a gubernatore qui erat superior populo castellano statuenti.Adeo ꝙ delegatus a superiore gerit vices superioris censet maior subdito delegantis.arg.c.sane.de offi-

17 cio delegati.† ꝛ inferior non potest statuere cōtra gesta per superiorem.arg.c.cum inferior.de maioritate ꝛ obedientia.ꝛ.l.formā. C.de officio prefeti illirici.ꝛ ꝙ per gloss.cap.fina.de hereticis.li.vj.

18 † Et insuper populus non pōt sine iusta causa auferre dñium priuati etiā subditi:quinimmo nec princeps pōt sine causa dñiū auferre subdito ſm magis cōem opinionem que habet in.l.quotiēs. C.de precibus impera.offe.ꝛ in.l.fi.C.si contra ius vel vtili.publi.ꝛ per Inno.ꝛ doct.in.c.quia pleriqȝ.de immunitate ecclesiarū.Licet dñi de rota in decisiōe.ccc xlj.dicant ꝙ Papa ꝛ Impator possunt ex priuilegio dñium auferre subditis:sed nō inferiores doc.autem cōiter tenent ꝙ in papa ꝛ imperatore est speciale:qꝛ in dubio presumitur subesse causa in alijs autē presumptio ista non militat:preterea potest etiam responderi ꝙ principiū dicti statuti loquit in rebellibus relegatis ꝛ confinatis per quēcunqȝ officialē ꝛc.Et nō loquitur in quolibet exitio.puta in eo qui ꝓpter seditionē stat⁹ aufugerat de territorio qui vulgariter solet dici exitius:sed non probat legitime ꝙ dictus Isac fuerit factus rebellis confinat⁹vel relegatus per aliquē iudicē seu officialem.Nam solum vnus testis deponit ꝙ fuit presens snie rebellionis dicti Isac ꝛ vni testi nō creditur per iura vulgaria.ꝛ maxime:qꝛ non loquitur certitudinarie: sȝ sub conditione si bene memini:ꝛ sic loquitur conditionaliter ꝛ

19 sic dubitatiue.† ꝛ probatio dubia non releuat iuxta.l.certū.de cōfes.ꝛ.c.in presentia.de proba.cū simi.Nec obstat ꝙ in dicto statuto postea circa medium subditur qd̄ contra ipsos rebelles relegatos vel cōfinatos vel aliter expulsos:qꝛ nō probatur ꝙ dictus Isac fuerit expulsus:sȝ poti⁹ ex processu innuitur ꝙ aufugit de carcerib⁹. et cum dictum statutum sit valde exorbitans est restringendū etiā

20 si valeret per iura vulgaria.† ꝛ propterea debent verificari oia verba ipsius statuti alias statutū vt no.per Joan.and.in.cj.de homi. lib.vj.quē sequitur Bald.in.l.siquis non dicam rapere.C.de epis. et cleri.vt not.moderni in.l.siquis maior.C.de transac.Nec obstat bulla supra allegata in contrarium:qꝛ licet dicta bulla restituat rebellibus ꝛ confinatis bona confiscata vel alijs personis concessa p legatos vel alios officiales seu commissarios sedis apostolice: ꝛ ꝙ ipsi restituantur in pristinum statum:ꝛ sic dicta verba generalia videantur trahi posse ad hunc casum in quo dicta dom⁹ fuit p adiudicationem concessa dicto Juliano:tamen postea subditur in dicta bulla qd̄ gesta rite in curijs secularibus ecclesiasticis dicte ciuitatis castelli.ꝛ alias non possint propterea infringi vel annullari et sic per dictam specialem dispositionē que subditur in dicta bul

21 la restringuntur verba precedentia generalia:† qꝛ generi per speciē derogat.vt in regula generi.in.vj.cū multis si.Et sic ꝓcedentia verba intelligi debent de bonis confiscatis vel alijs gratiose cōcessis ꝛ non de bonis seruatis iuris ordine cōcessis pro solutione cre-

22 ditorum ꝙ maxime dicēduȝ videtur:† qꝛ rescriptat priuilegia pncipum restringuntur quatenus concernunt preiudicium tertij.argu.l.ij.§.merito.ꝛ.§.si quid a pricipe ne quid in loco publico.ꝛ.C. de emācipa.li.l.nec auus.ꝛ in capi.cum capella.de priuile.ꝛ per cōsequēs dicta bulla non militat quo ad reuocationē dicte adiudicationis rite facte dicto Julia.ex quib⁹ restat ꝙ partes iudicis sunt in pnunciandū aduersus dictam Perlam. Laus deo.

¶ Summarium super cōsilio.clxiiij.

¶ Consilium.clxiiij.

In nomine domini nostri iesu xpi.

1 ¶ † In hac cōsultatione maxia idest dubietas ꝛ varietas opi.nā vxor est instituta in dimidia hereditatis donec vixerit ꝛ vitā vidualē seruauerit.et filio substituta si decesserit absqȝ liberis in altera dimidia:ꝛ nō est facta sibi substitutio nisi si decesserit.In casu aūt quo nō seruaue-

2 rit vitā vidualem nulla est expressa facta substitutio.† Et q semel heres non pōt facto testatoris desinere esse heres.l.ei qui soluendo de here.insti.hinc est ꝙ hereditas ad diē dari non pōt.l.hereditas ex die de here.insti.ꝛ non solum ad diem certā:sed etiā ad diem incertam per rationem preallegatam prout dicunt ibi docto.ꝛ scōm hoc dicta vxor testatoris semel heres directo pro dimidia non desinit esse heres directo per illa dimidia.Et sic de rigore iuris probabiliter teneri posset ꝙ non solum portionē filij retinere posset donec vixerit:sed etiam suam dimidiam in qua fuit ipsa heres instituta ꝛ secūdū hanc considerationem ipsa domina candia deberet in hereditate testatoris prius legitimam si illam non fuit consecuta in dote per que in legitimam imputatur.l.quoniam nouella.C. de inoffi.testa.vel in relictis sibi factis per testatorē.deinde detrahatur legitima filij ꝛ trebellianica de eo ꝙ restabit vltra suam legitimam de dimidia eidem relicta per testatorem ꝛ in dicta legitima et trebellianica succedit ab intestato dicta Angela mater et dicta Candia vtrinqȝ coniuncta equalibusportionibus per autē.defuncto.C.ad tertul.legitima constat ꝙ est tertia pars eius ꝙ ipse fili⁹ fuisset habiturus ab intestato per auten.nouissima.C.de inoffi.testa.Ideo si ex forma statuti filia femina forte dotata non succedit ab intestato tūc legitima filij fuisset tertia pars toti⁹ hereditatis. Et sic due tertie partes dimidie in qua fuit institut⁹: et quarta ps illius dimidie relicte filio deuoluta fuisset dicte angele virtute substitutionis:ꝛ ſm hunc computum de dicta dimidia filij quarta ps et dimidia alterius quarte partis pertinent ad Candiā ꝛ residuū ad dictam Angelam ꝛ sic hereditas deberet diuidi in octo partes de quibus octo partibus quinqȝ pertinerent ad matrem ꝛ tres ad sororem.Si nautē filia succederet ab intestato sicut filius prout de iure communi.l.maximum vitium..C.de libe.preter.ꝛ auct.in successione.C.de suis ꝛ legiti.quia non obstaret statutum excludens filiam ab intestato.ꝛ tunc illius dimidie tres partes de quatuor pertinent ad matrem ꝛ vna pars ad filiam:quia tunc legitia filij esset sexta pars totius hereditatis ꝛ sic tertia pars dimidie ꝛ de residuo detrahetur trebel.ꝛ tunc ad candiam spectabit ꝓ sua legitia sexta pars toti⁹ hereditatis ꝯputatis in ea ꝯputandis.ꝛ de residuo octauam partem.Et predicta procedunt si illud tempus incertum adiectum institutioni facte de dicta domina angela est reijcienda qd̄ licet de iuris rigore ꝛ stricta disputatione substentabile foret:tū vi detur non alienum a mente testatoris qui noluit ꝙ vxor transiens ad secunda vota postea succederet in illa dimidia.Et verisimiliter fuit intentionis ꝙ prout post tempusmortis adiectum institutioni voluit peruenire ad filios:ita ꝛ post aliud tempus similiter insti-

3 tutioni adiectū voluerit ad filios peruenire.† Et verisimiliter nō fuit appositum in substitutione ex errore notarij vel inaduertētia testatoris qui saltem mortis cogitatione turbatus omnia non animaduertit.argu.l.hac consultissima.§.at cum humana fragilitas.

4 C.qui testamen.facere possunt.† ꝛ mens testatoris pro posse sequēda est.l.cum virum.C.de fideicommis.ꝛ.l.in conditionibus pmum locum de condi.ꝛ demonstra.cum simi.Et dicit Bald.in.l.cū quidam.C.de necessarijs seruis heredi.insti.ꝙ iudex debet sequi mentem testatoris prout venator leporem.Et multofortius arbitra et arbitratores per quos vt audio ista causa ex forma iurismunicipalis decedenda est.faciunt pro hac parte que in simili notat Barto.

in.l.quotiens.§.si duo.de heredi.insti.⁊ Pau.de cast.in.l.certi iu-
ris.C.de testa.mili.⁊ in.l.extraneum.C.de here.institu.⁊ quod ibi
dico post eum.iiij.⁊.v.columnis.attento etiam qd̄ est verisimile qd̄
testator nolnerit ꝙ vxor dimidiam habuerit post secunda vota.⁊
hanc secundam interpretationē putarem amplectandam.omnib⁹
pēsatis essent multa dicenda:si oīa que hincinde adduci possent
in medium adducerentur ad quod faciendum non datur tempus
maxime alijs occupatus.⁊ non suadet quantitas mercedis ⁊ natu-
ra ⁊ estimatio cause:⁊ secundū hanc interpretationem voluntas te
statoris dicta vxor de sua dimidia haberet detrahere quartā ī quā
imputarentur fructus per eam percepti ante transitum ad secun-
da vota.portio autem dimidia in qua institutus est filius mascul⁹
veniret diuidenda vt supra conclusum est ex quo in dicta substitu
tione facta angela dicti filio masculo non est repetita illa clausula
donec vitam vidualem seruauerit ⁊ oratio.d.substitutionis ē per-
fecta:⁊ vbi oratio sequens imperfecta non censetur repetita cōdi-
tio seu alia qualitas adiecta in precedenti oratione iuxta not.per
Barto.in.l.in repetendum.de lega.iij.concurrente etiam qd̄ vide-
rentur subesse due presumptiones voluntatis testatoris.vna qd̄
clausula adiecta in institutione presumeretur de mente testatoris
repetita in substitutione.Alia qd̄ illa verba donec vitam vidualē
seruauerit presumantur adiecta in fauorem filiorum.ita quod filij
5 censeantur post secunda vota inuitati.†Et due presumptiones.⁊
consequenter due specialitates non debent concurrere.l.cum ibi
notatis per gloss.⁊ doc.C.de dotis promis.attenta etiam dubieta
te non parua que versatur circa dictum tempus adiecta institutio
6 ni.d.Angele quid operatur de quo supra dictuz est.¶†Est tamē
animaduertendum ꝙ res alienate pet.d.Angelam veniunt com
putande in trebellianicam.⁊ similiter res alienate per dictum filiū
veniunt computande in legitimam ⁊ trebellianicam per eius here
des detrahendas per.l.marcellus.§.res que.ff.ad trebel.Nec obst.
si quid diceret ꝙ per prohibitionem alienationis censetur prohi
bita detractio quarte per tex.in.§.fin.in auf.vt sponsa.largi.colū.
ix.vnde sumpta est auf.sed ex mea.C.ad.l.falci.Et propterea cum
in casu isto fuerit prohibita alienatio censeatur prohibita detra-
ctio trebellianice:quia respondetur ꝙ ille tex.loquitur in fal.non
in trebelliani.⁊ dato ꝙ traheretur etiam ad trebellianicam loqui-
tur quando legatarius a quo venit falcidia detrahenda non quā-
do heres rogatus est prohibitus alienare.Nec eo casu militat ra-
tio quam assignat glo.in dictis iuribus ad illum tex.que est ꝙ le-
gatarius censetur alienare in herede si heredes falcidiam retine-
ret.vt dicunt glo.predicte.si autem heres est prohibitus alienare
retinenda fal.vel trebelliani.non alienat merito cessat ratio.⁊ ces-
sante rōne legis cessat.l.dispositio.l.adigere.§.quamuis.ff.de iure
pa.⁊.l.ꝙ dictum.ff.de pac.cum similibus. Et maxime in correpti-
uis ⁊ exorbitantibus que sunt stricte interpretanda.l.ius singula-
re.⁊.l.ꝙ vero contra.ff.de legi.⁊.c.cum dilectus.de consue.cum cō
cordantijs.Nec per alienationem alienantes priuantur eorum iu
ribus:quia testator tantam penam non iniunxit:nec etiam lex cā
penam imponit ⁊ pene sunt restringende regula in penis in.vj.et
c.statutum.de elec.eo.lib.⁊.l.si preses.⁊.l.interpretationem.ff.de
7 penis.†Nec obstat.l.cum pater.§.libertis.ff.de lega.ij.vbi punit
prohibitus alienare si alienat:quia ibi res pluribus libertis reli-
cta fuit prohibita alienari vt remaneret in familia si vnus alienat
partem suam non priuatur parte sibi prius legata:sed non admit
titur ad partes aliorum postea decedentiū ad quas admissus fuis-
set si non alienasset quasi sit indignus illo fideicommiss.propter ꝙ
fuit facta prohibitio alienationis qui termini cessant in casu nr̄o.
Nec vt dixi pene sunt extendende ad casus maxime in quibus non
8 militat rationis idētitas per supradicta.†Constat autem ꝙ dicta
domina Angela tenetur satisdare dicte domine Candie de resti-
tuendo dicte domine Candie post mortem ipsius domine Ange-
le casu quo decesserit superstite dicta domina Candia quicquid
ad eam peruenerit vigore substitutionis facte.d.filio instituto ī di
midia hereditatis per.l.j.⁊ per totum.ff.vt lega.nomine cauea.et
l.ij.⁊.l.penul.C.vt in pos.lega.⁊ hoc vigore substitutionis facte de
dicta domina candia dicte domine Angele.Item quia vxor tran
siens ad secunda vota priuatur quoad proprietatem bonis sibi re
lictis a primo viro:et etiam bonis primi viri in quibus successit fi-
lio primi viri:⁊ hoc quo ad proprietatez:vt probatur in.l.femine.
in autē.ex testamento.C.de secundis nup.⁊ in.§.hinc nobis.l auf.
de nup.⁊ sic apud eam remanet solus vsufru.dictorum bonorū.vt
9 v.§.hinc nobis.et dicta auf.ex testamento.†Et vsufructuari⁹ te-
netur satisdare proprietario de fruendo ⁊ vtendo arbitrio boni vi
ri ⁊ restituendo proprietario finito vsufructu.ff.vsufru.quemad.
caue.l.j.⁊ per totum.⁊.l.vsufructu.el primo.C.de vsufru.idcirco.d.
domina Angela tanꝗ̄ vsufructuaria bonorum primi viri in qui-
bus successit ex institutione vel substitutione facta de ea in testa-
mento primi viri vel in quibus successit dicto filio predefuncto te
netur dare satisdationem:⁊ sic fideiussores vel pignora de vtendo ⁊
fruendo dictis bonis primi viri ad eam deuolutis ex dictis causis
donec durauerit dictus vsufru.⁊ eo finito de restituendo dicta bo-
na.d.domine Candie si tunc supererit per dicta iura:si autem de-
cesserit prius.d.Candia ꝗ̄ dicta Angela:proprietas tunc rediret
ad dictam Angelam per text.in.d.l.femine in fi.⁊ not.Bart.in.d.
auct.ex testamento.⁊ ita communiter tenetur:⁊ per consequēs nō
tenetur satisdare simpliciter de restituendo.d.domine Candie di-
cta bona:qꝛ ad eā non sunt deuoluenda si decesserit dicta candia in
vita dicte Angele.sinautem non vult satisdare non debet habere
fructus:vt cōiter omnes tenent in.d.l.vsufru. Laus deo.

¶ Summarium super consilio.clxv.

1 ☞ Hereditas matris non agnita quando non transmittatur ad filios post testatoris mortem natos.cōsi.165.per totum.
2 Aditio hereditatis quo tempore expiret.
3 Aditio fieri debet ex persona transmittentis.
4 Succedere non dicuntur defuncto concepti post illius mortem.
5 Accrescendi ius quando dicatur habere coheres et quando transferri possit in heredem.
6 Accrescendi ius datur portioni ⁊ non persone.
7 Adijsse ꝙ videatur pater hereditatem filiarum communium.
8 Aditio presumitur mora que non causat delictum.
9 Creditur in dubio ei de cuius animo dubitatur super illis que cōsistunt animo.
10 Restitutio in integrum datur super iure transmittendi.
12 Exclusus vno capite non dicitur alio capite exclusus.
13 Accrescendi ius prefertur edicto successorio.
14 Succedendi ius quomodo dicatur translatum in heredes.

¶ Consilium.clxv.

In nomine domini nostri
1 iesu christi.¶†Ad euidentiam premittendum duxi
ꝙ hereditas non adita regulariter non transmittit.
l.quoniam sororem.C.de iure delib.⁊.l.vnica.§.in no
uissimo.C.de cadu.tol.⁊.l.vnica.C.de his qui ante aper.tab.argu.
sumpto a speciali.fallit autem dicta regula in certis casibus:⁊ quā
tum pertinet ad propositum nostrum hereditas ascendentis non
adita transmittitur in descendentem per.d.l.vnicam.C.de hisqui
2 ante aper.ta.†Item presupponitur ꝙ facultati adeundi prescri-
bitur spatio.xxx.annorum.l.licet.C.de iure delib.prout ibi cōmu-
niter tenetur.arg.illius tex.⁊.l.sicut.C.de prescrip.tri.vel qua.an-
no.⁊ maxime lapsu temporis.xl.annorum.C.eo.titu.l.omnes.his
presuppositis concludendum est ꝙ licet dicta domina Francisca si
decessit ante lapsum.xxx.annorum transmiserit hereditatem seu
ius adeundi in eius filios per.d.l.vnicam.C.de his qui ante aper-
3 tas tabu.†tamen per eius heredes debuit adiri hereditas dicte do
mine Catherine ex persona dicte Francisce infra.xxx.annos a die
mortis.d.Cathe.alias cēsentur exclusi prout si superuiueret dicta
domina Francisca fuisset exclusa lapsu tanti temporis:qꝛ trāsmit
teretur hereditas nō adita cum sua causa ⁊ qualitate ꝓut erat apō
transmittentē.l.siquis filium.§.si filius.ff.de acq.heredi.neq; pōt
quis in alium transferre plus iuris ꝗ̄ ipse haberet.l.nemo plus iu
4 ris.ff.de reg.iur.†Ideo dicti filij dicte dn̄e Francis.nō possunt tūc
querere dictā hereditatem dicte dn̄e Cathe.ex persona dicte Frā-
cisce neq; ex eoꝝ personis:qꝛ non erant creati tpe mortis dicte dn̄e
Cathe.⁊ per consequens nō censentur quo ad successionē cōiuncti
seu attinentes dicte dn̄e Cathe.l.fi.ff.vnde legi.Et idcirco conce-
pti post mortē defuncti nequeunt ex ꝑsonis eoꝝ succedere:vt ibi.
⁊.l.si titius.⁊.l.item pretor.ff.de suis ⁊ legit.⁊.l.siquis filium exhe-
redato.§.sed hoc ita.ff.de iniu.testa.⁊ in.l.j.§.siquis proximior.ff.
vnde cogna.⁊ in.l.Paulus.§.paulus.ff.de bonis lib.ꝙ ⁊ no.gloss.
insti.de here.que ab intest.§.cum queritur.⁊ in.l.fi.C.ad orfi.lz pla
cen.tenuerit contrarium ⁊ non bene secundū.d.glo.ꝙ ⁊ tenēt Cy.
Bald.Ang.Raph.⁊ Pau.de cast.in.l.qui se patris.C.vnde libe.
et videtur velle Barto.in.d.l.vnica.C.de his qui ante aper.tabu.
5 †Quātum autem ad portionem dicte domine Marie est animad
uertendum:vtrum pro eius parte fuerit adita hereditas dicte do
mine Catheri.necne.si enim hereditas non fuit per eam vel alium
eius nomine adita tunc illam non transmisit ex quo non habuit li
beros cum hereditas matris non adita non transmittatur:nisi in
descendentes per supradicta:⁊ per consequens eius portio tunc
fuisset delata mediante iure accrescendi in dictam dominam Frā-
cis.tunc superstitē.Et propterea tunc de eius portione idem iudi
candum esset prout de alia dimidia ab initio delata dicte domine
Francis.de qua supradictum fuit.Sinautem pro parte dicte Ma
rie censeatur hereditas adita:⁊ tunc portio delata dicte dn̄e Frā-
cis.postea excluse lapsu temporis censetur accreuisse portioni di-
cte domine Marie per.l.j.C.quando non peten.par.⁊.d.l.vnicaz
6 §.his itaq;.C.de cad.tol.†Accrescit enim portio portioni nō per
7 sone.l.si totam.ff.acquir.heredi.†licet autem in puncto presuppo
natur qd̄ dicta domina Maria non adiuit hereditatē sue matris
predicte:tamen non propterea necessario infertur:ꝙ pro eius par
te non fuerit adita.Ex quo enim ipsa tempore mortis dicte sue
matris erat infans triū annorum potuit pater pro ea adire.l.si in
fanti.C.de iure delibe.Et qꝛ pater erat obligatus dotem maternā

restituere

restituere intra annum a tempore soluti matrimonij.l.vnica.§.ex actio.C.de rei vxo.actio.ꝛ pater sit legitimus administrator filie maxime infantis.arg.l.fi.in pn.C.de cura.furio.ꝓut per illã.l.ꝛ ꝑ l.fi.§.siautem recusante.C.de bo.ꝙ libe.no. Raph.ibi.ꝛ tenet sa ly.in aut.excipitur.C.de bo.mater. Et expediret dicte filie adire dictam hereditatem sue matris cum esset lucrosa merito pater pro liberando se a dicta obligatione:ꝛ ꝓ gerendo vtiliter negotia sue filie censeatur adiuisse hereditatem dicte Cathe.prout concludit Bar.in.l.non hoc.C.vnde legi.per.l.si peculiuz.§.sicut.ff.de pecu. lega.ꝛ in.l.gerit versi.venio.ad quartam principalem questionem. ff.de acqui.here.ꝛ in sua dispu.que incipit debitor in dies fundãs se ꝑ.l.recusari.ff.de acquirẽ.here.ꝛ per.l.merito.ff.ꝓ socio ex quo alias est in mora. 8 Et † mora est delictum.l.omne delictum.ff.de re mili.ꝛ licet Bal.in.l.j.C.qui admit.dicat ꝙ per delictum non inducitur aditio:tamen Imo.qui sequitur Bart.in.d.l.gerit.dicit ꝙ licet per delictum non inducatur aditio vbi de delicto constat:tñ in dubio presumitur aditio quando per eam cessat delictum per.d.l. merito ẜm eum. Et hanc partem sequit̃ etiã Pau.de ca.in.d.l.gerit.ꝛ licet in.l.cũ antiquioribus.C.de iure delib.impugnet dictam rationẽ bar.per.l.pecunie fenebris.ff.de nauti.feno.tñ videtur inclinare etiam ibi in sñiam Bar.licet nihil firmet.ꝛ lꝫ bal.in.d.l.nõ hoc.ꝛ alibi teneat contra Bar.tñ concordat cũ bar.si pater dotem retinuit per longũ tempus prout ipse cõcludit in.d.l.nõ hoc referendo se idẽ dixisse in.l.j.C.qui admit.multo ergo fortiꝰ si retinuit per logissimũ tempus prout cõtingit in casu nr̃o.ꝛ lꝫ ad iura bart. possit forte rñderi:tamen etiã ad iura que in cõtrarium adducunt̃ rñderi potest ꝓut late dixi in.d.l.non hoc.ꝛ vltra ibi dicta põt rñderi ad.d.l.pecunie fenebris ꝙ ex quo pater põt ꝓ filia infante adire hereditatem matris:ꝛ sic potest facere qȯ possit restituere dotẽ debitam censetur posse dotem restituere:licet hereditas iacuerit:ꝛ sic non sit cui possit solui tamen censetur cessa ex quo debitor põt facere ꝙ sit cui solui possit.argu.l.qui potest facere.ff.de regu.iur. et ideo censeatur in mora si non facit ꝙ soluere possit: cũ cesset tũc ratio doctorum.ꝛ.d.l.pecunie fenebris:tamen in decisiuis maxia est auctoritas Bart.ꝛ non videtur tutum ab ea recedere saltem si pater dicit se habuisse animum adeundi. 9 † Cum in dubio de his q̃ consistunt in animo creditur ei de cuius animo dubitatur per no. per glo.in.§.alie.insti.de actio.ꝛ tangit ad propositum Barto.in d.l.gerit.ꝛ facit ꝙ habetur in.l.siue possidetis.C.de probatio.ꝛ presertim si debitum est penale prout considerat Imo.in.d.l.gerit.ꝛ presertim si est interpositũ iuramẽtũ prout solet interponi cõmuniter in instrumentis:qꝛ tunc magis de facili debet coniecturari aditio timore periurij a quo non videtur excusari propter hereditatem non aditam ex quo illam adire poterat:ꝛ sic poterat implere iuramentum:ꝛ sic euitare periurium ꝙ videbatur incurrere nõ soluendo prout promisit.attento etiam ꝙ hereditas prout p̃supponitur erat lucrosa:quia non presupponitur ꝙ immineret es alienum:ꝛ ideo ratione administrationis que sibi patri imminebat tenebatur negotia filie infantis bene ꝛ vtiliter agere:ꝛ ideo sibi incumbebat onus adeundi nomine filie dictam hereditatem maternam ne moriendo lederetur in amittendo successionem. 10 † Nã eo ipso ꝙ quis non transmittit hereditatem sibi delatam censetur ex hoc lesus adeo ꝙ competit restitutio in integ.iuxta ea que habentur in.l.pantonius.ff.de acqui.here.ꝛ in.l.j.C.de resti.mili.ꝛ in.l.si infanti.C.de iure delibe. 11 † Ne itaqꝫ pater censeatur male gessisse negotia filie non adeundo pro ea hereditatem predictam suadet ratio ꝙ presumatur voluisse pro ea adire ꝛ tanꝗ̃ administrator filie ꝛ vsufructuarius retinuisse dotem maternam:ꝛ consequenter secundum predicta infertur ꝙ tota dicta hereditas materna fuit quesita dicte domine Marie.videlicet dimidia pro iure primeue successionis sibi delate alia dimidia iure accrescendi altera filia exclusa lapsu temporis. 12 † Nec tunc obst.si dicatur ꝙ quando defert̃ hereditas filie:licet ipsa filia excludatur iure succedendi vt filia:tamen quia exclusis descendentibus defertur ex alio capite iure cognationis inter quos ipsa est proximior :ideo potest infra alios xxx.annos.adire.argu.l.j.§.sed videndum.ff.de succe.edic. prout voluit barto.in consi.incipiente quidam habet vxorem in ordine xxxviij.secundum ordinem perusinum nõ informis quod ꝛ tenuit Bald.in.d.l.licet.C.de iure delibe. Nam ad hoc primo respõdetur ꝙ illud dictum Barto.ꝛ bald.non transit sine dubio:ꝛ contrariuz firmant Saly.ꝛ Rapha.fulg.reprobantes dictam opi.Bar.ꝛ bal. in.d.l.licet.ꝛ similiter contrarium tenuit Franciscus de albergo. in consilio incipiente predicte rationes sunt decore loquendo de rationibus Barto.in cõsilio supra allegato ꝛ eas postea reprobat. Tamen dato ꝙ opinio predicta Barto.ꝛ Bald.de iure procedat nihilominus procedit si non est alter filius vel filia succedẽs ex primo capite:quia donec est aliquis succedens ex capite liberorũ non defertur successio ex alio capite.aut.in successione.C.de suis ꝛ legi. et ideo portio alterius filie excluse ex capite liberorum accrescit alteri que venit ex illo capite: 13 † quia ius accrescendi prefertur successorio edicto.vt.l.j.C.quando non pe.par.ꝛ not.glo.in.d.§.sed videndum:ꝛ ideo cessat dictum Barto.ꝛ Bald.in casu isto presupposito ꝙ pro parte dicte domine Marie censeatur hereditas adita per predicta. 14 † Cessat etiam illud dictum Bart.ꝛ Bald.si dicta domina Francisca decessit ante lapsum.xxx.annorum a die mortis dicte Catherine:quia tunc non potuit transmittere in eius filios:nisi ius succedendi iam delatum ex primo capite liberorũ : qꝛ ius succedẽdi ex secũdo capite nõ erat ortum in eius vita:ꝛ sic nũꝗ̃ sibi ꝯpetijt:ꝛ per ꝯñs nõ potuit illud trãsmittere.arg.d.l.nemo plꝰ iuris:ideo eius filij exclusi lapsu temporis ex primo capite successionis nõ possunt succedere ex persona eorum matris:nec ex personis ipsorum qui non erant concepti tẽpore mortis eorum auie per supradicta:ꝛ sic eo casu nihil ad eos pertineret de dicta dote: etiaꝫ si pro parte dicte domine Marie hereditas non fuisset adita:siautem dicta domina Francisca decessisset post lapsum.xxx. annorum a die mortis sue matris transmisisset in eiꝰ filio ius succedendi ex secundo capite si pro parte dicte domine Marie nõ fuisset adita hereditas dicte matris si retineatur opinio Barto.ꝛ bal. suprascripta. 15 † Sed retinendo ꝙ censeatur adita hereditas ꝑ patrem pro filia infante secũdum ꝙ tenuerunt bar.ꝛ sequaces prout supradictum fuit:etiam tunc excluderent̃ filij dicte domine Francisce : licꝫ dicta domina Francisca decessisset post.xxx.annos a die mortis dicte Catherine per iam dicta. Nam licet hereditas dicte domine Marie fuisset delata dicte domine Francisce sorori vtriqꝫ coniuncte pro dimidia ꝛ patri pro alia dimidia per autenticã defuncto.C.ad tertul.non obstante suprascripto statuto ꝙ nõ loquitur in casu nostro:tamen quia prout presupponitur dicta domina Francisca non adiuit hereditatem dicte domine Marie ꝛ decedẽdo illam non transmisit per dictam.l.quoniam sororem cum simi. Ideo eiꝰ portio cẽsetur vacasse ꝛ accreuisse portioni dicti sui p̃ris mediãte iure accrescẽdi per.d.l. vnicam.§.his itaqꝫ.C.de cad.tol.

Laus deo.

¶ Summarium super cõsilio.clxvj.

1 ☞ Transactio etiam iurata quando non obstante iuramento possit rescindi.nume.6.

2 Legis.ij.remedium.C.de rescind.vend.qñ non habeat locũ in trãsactione.consi.166.colũ.ij.ꝛ in quibꝰ locũ nõ habeat.nu.4.ꝛ.11.

3 Transactio equiparatur rei iudicate.

5 Iuramentum tollit remedium restitutionis ꝛ lesionis.

7 Lesio enormis dolum presumit et põt sumi pro illa que excedit dimidiam iusti precij in aliquo.nume.8.

9 Iuramenti dispensatio ad cautelam sumi debet.

10 Nubere est turpe sine consilio suorum parẽtum .

12 Emphyteosi non succedũt qui sunt de linea feminina vbi datur ꝓ successoribus qui sunt de linea masculina.

13 Dotata femina exclusa stantibus masculis quando videatur posse succedere.

14 Semper dictio quid operetur.

15 Possessionem ꝙ proximior defuncto possit ab intestato apprehẽdere decreto illustrissimi camerini et res per eum possessas occupare in quibus locum habere dicatur.

16 Statuta recipiunt interpretationem passiuam a iure cõmuni.

¶ Consilium.clxvj.

IN nomine domini nostri iesu christi. ¶ 1 † Circa primum cõsultationis articulũ:lꝫ videatur prima facie dicendũ ꝙ dicta transactio sit efficax nõ obstante enormi seu enormissima lesione. 2 † Eo qꝛ lesio vltra dimidiam iusti precij vr̃ enormis lesio:ꝛ tamen ꝓpter illam videt̃ ꝙ trãsactio nõ reddat̃ inefficax neqꝫ rescidatur ꝓut voluerunt pe.ꝛ Cy.in.d.l.ij.ꝛ glo.vicen.ꝛ Joã.an.in.c. pe.de emp.ꝛ vendi.ꝛ in Spe.de emp.ꝛ ven.§.nunc videndum vsi. quid de transac.ꝛ bal.in.d.l.ij.de rescin.ven.in octaua opinione dicens istam esse cõem opinionem doctorꝫ ꝛ veriorem.ꝛ sñiam Bar. contrariã esse erroneã ꝛ quãdam truffam:ꝛ prout refert imo.in.l. lutius.§.si.ff.ad treb.mouentur doc.per tex.ibi qui indistincte et simpliciter vr̃ inducere ꝙ si interuenisset trãsactio nullũ daretur remediũ scḋo per.l.j.C.de plus petitio.nam videt̃ speciale in ip̃a trãsactione odio litiũ per id qȯ ibi habetur. 3 Tertio.† qꝛ sñia ꝛ transactio equiparantur.l.post reꝫ.ff.de re iudi.sed sñia nõ retractatur pretextu alicuius lesionis.ar.l.ad peremptorias.C.sñias rescin.nõ posse.ꝛ.l.sub spẽ.C.de re iudica.ergo nec transactio. 4 † Eo qꝛ ĩ actu liberatorio nõ vr̃ habere locũ dictũ remediũ:limitat tñ Bal.dictã opinionẽ si interueniat consiliũ fraudis facit.l.in summa.ff.de cõdi.inde.cũ ibi notatis:ꝛ maxime vr̃ dicta opinio ꝓcedere quando interuenit iuramentũ ꝓut arbitror ꝙ interuenerit in casu isto: 5 † qꝛ iuramentũ tollit remedium restitutionis in inte.l.j.C.si aduersus ven.ꝛ restitutio in integrũ nõ datur ꝓ parua lesione.l.scio.ff.de in integ.resti.ti.gñali. Ergo magna lesio nõ impedit virtutẽ iuramẽti. Itẽ.in.d.c.ꝗuis.de pac.in.vj.contingit multotiensꝙ mulieres grauiter decipiunt̃:ꝛ ꝓcedit ille tex.etiã si renũciantes nihil haberent ꝓut ibi voluit Jo.an.ꝛ dñicus de sancto Geminia.ꝛ sic si ledũtur in toto eo ꝙ renũciant fortiꝰ si in parte ꝓut cõtingit hoc casu. Itẽ ꝛ tertio deducit̃:qꝛ vbi est lesus vltra dimidiã iusti precij iura-

6 mentũ supplet. ¶ † His tamen nõ obstãtibus contrariũ puto de
iure respondendũ ex quo ꝓut in themate presupponitur in dicta
transactione filij primi matrimonij qui erant minores fuerunt ne
dum enormiter: sed enormissime lesi. ⁊ quãdo est excessiua lesio: tũc
inest dolus re ipsa. l. si qs cum aliter. ff. de ver. obl. ⁊ quãdo est dolꝰ
re ipsa: qꝛ viget enormis seu enormissima lesio non videtur ꝙ iura
mentum tunc adeo liget: qn possit peti absolutio a iuramento: et
postea veniri contra: nam prout dicit do. Anto. in. c. cũ contingat
de iureiur. in quarto suo casu principali si non arguitur aliqua de
ceptio que habebat annexum dolum saltem p̃sumptũ nullũ reme
dium cõpetit contra iuramentũ: sed vbi lesio esset enormis tũc iu
rans hꝫ remedia veniendi contra ad hoc no. per glo. in. c. veniens.
7 et in iuribus ibi allegatis. de iureiurã. † Quia in enormi lesiõe p̃
sumitur dolus ⁊ subest causa presumendi. l. oẽs. §. lucius. ff. de his
que infra. cre. sm eundem do. Anto. ⁊ est bonus tex. in. l. supersti
te. C. de dolo. ⁊ ideo ꝙ vbi interuenit enormis lesio possit veniri cõ
tra: firmat Pe. de ancha. in sua repe. c. canonũ. de constitutio. i. xj.
q. col. lxxvj. dicens se ita consuluisse senis vbi viget statutũ ꝙ nul
lus contractus vel quietatio facta per minorẽ. xxv. ãnis valeat nec
de eo reddatur ius nisi certa solemnitas intercedat: nã cum quedã
puella fuerit enormiter lesa cõsuluit ꝙ potuerit peti absolutio ⁊ re
laxatio a iuramẽto: nã sm eum iuramẽtum nõ debet esse iniqtatis
vinculũ cano. inter cetera. xxij. q. iiij. ⁊. c. quãto de iureiu. Itẽ iura
mẽtũ debet habere tres comites. s. veritatẽ iudiciũ ⁊ iustitiã cano.
aĩaduertẽdũ. xxij. q. ij. ⁊ eadẽ causa. q. j. cano. ⁊ iurabunt. ⁊ extra de
iureiurã. c. ⁊ si xp̃s. ⁊ per glo. in aut. ꝙ eis de nup. sed dicto casu nõ
est iustitia sed euidens iniquitas. ergo ⁊c. Item paria sunt inesse
dolum ex proposito ⁊ dolum re ipsa. l. siquis cum aliter. de verbo.
oblig. ⁊. l. ij. §. circa. de excep. doli. Rõne ergo euidẽtis doli saltem
re ipsa vr̃ relaxandũ sm eum qui ꝯcludit ꝙ dicta aut. sacramenta
puber. ⁊. d. c. cum cõtingat. ⁊. c. ꝗuis non hñt locũ qñ iteruenit do
lus re ipsa ⁊ adducit dictũ vincẽtij in. d. c. cũ contingat. de quo su
pra: ⁊ rõnes Fede. in cõsi. cclv. inci. factũ tale est statutum ciuitatis
perusij supra relato cuius ṽba satis placent Panor. ꝓut ipse di
cit in. d. c. cũ contingat col. xxvj. vult aũt pe. de anch. ꝙ iuramẽtũ
liget: tñ possit peti relaxatio seu absolutio a iuramẽto: ita rñdens
ad id qd̃ dicit Jo. an. post Jac. de bel. in addi. Specu. in tit. de snie
pla. §. vt aũt. ⁊ in titu. de resti. in integ. §. j. ad fi. prime col. sed dñs
Anto. vult ꝙ non astringat̃ iuramẽto: ita ꝙ nõ sit necessaria abso
lutio: qꝛ dolus ex ꝓposito: ⁊ dolus re ipsa videt̃ exceptus a iuramẽ
to facit. c. qntauallis. de iureiuran. vt latius. ibi ꝑ eũ cuius dcã in
effectu ibi sequitur Panor. col. xxxj. ea rõne. qꝛ p̃sumitur dolꝰ. ⁊ qꝛ
iurans nõ p̃sumit̃ cogitare talẽ casum. Et qꝛ iura cõiter excipiunt
dolũ ⁊ paria sunt adesse dolũ ex ꝓposito: ⁊ dolum re ipsa: vt ibi la
tius ꝑ eũ siue ergo nõ liget iuramento siue liget: ⁊ possit peti rela
xatio seu absolutio a iuramẽto habemus ꝓpositũ. idẽ etiã vr̃ velle
bal. in. d. aut. sacramenta puber: ⁊ in corpore vñ sumit̃ in. iiij. q. di
cens. ꝙ vbi minor enormiter leditur presumit̃ dolus ex enormi le
sione. adducit gl. q̃ sm eũ mature loquit̃ in. l. iij. in. §. ꝯrio. ff. de ꝯrio
iudi. tute. sm eũ. ⁊ idem Roffr. voluit vt refert Jaco. butrig. in. l. ij.
C. de rescin. vendi. s. ꝙ iuramentũ nõ trahitur ad enormẽ lesionem
ꝓut est illa que excedit dimidiã iusti p̃cij. ⁊ facit optime qd̃ no. bar.
in. l. sed ⁊ siqs. §. quesitum. ff. siqs cautio. ⁊ ꝙ ipse tradit in. l. pe. §.
idẽ q̃rit. ff. de condi. inde. Et etiã ꝙ ipse idẽ bar. no. in. l. fi. ff. d̃ pre
to. stip. ⁊ lꝫ Jmo. in. d. c. cũ contingat multa adducat in cõtrarium
confutando rõnes dñi Anto. Et rñdens etiã ad rõnem ꝙ in inte
grum restitutio non dat̃ pro leui lesione: sed pro graui seu enormi.
l. scio. ff. de in integ. resti. Nã leuis lesio aliter sumitur in terminis.
d. l. scio ꝓut ibi hr̃ sm eũ: tñ dicit ꝙ negari nequit qn articulus sit
dubiꝰ attẽtis rõnibꝰ que hincinde adducunt̃: ⁊ tandẽ in. xxxj. char
ta ⁊ seq. vadit cespitando nec figit pedes: videt̃ aũt velle ꝙ in mi
nore muliere vel rustico iuramentũ nõ tollat remediũ causatum ex
enormi lesione ꝓut est illa que excedit dimidiã iusti precij. vt ibi la
te ꝑ eum: ⁊ ita vr̃ limitare cõem opinionẽ gl. ⁊ doc. que hꝫ qd̃ iura
mẽtũ tollit remediũ. l. ij. C. de rescin. vẽ. ꝓut hr̃ in eadẽ. l. ij. ⁊. c. pe. de
emp. ⁊ vendi. Cũ itaq; in casu nostro simus in minoribus lesis. ⁊ le
sio sit nedum enormis seu excedens dimidiã iusti precij: sed etiam
enormissima ꝓut presupponitur videtur qd̃ iuramẽtũ nõ effectua
liter astringat saltẽ quin debeat cõcedi absolutio a iuramento. Da
to etiã ꝙ qñ esset excessus vltra dimidiã iusti p̃cij posset teneri opi
nio cõtraria que vr̃ cõis: nã hoc casu. s. qñ lesio est multũ excessiua
loqtur bal. in corpore aut. sacramẽta puber. ⁊ pe. de anc. in dcõ suo
consi. Et cõis opinio loquat̃ qñ lesio est nõ multũ excessiua. ⁊ maxi
me ꝓcedat in minore leso per dicta supra ꝑ Jmo. Nec responsioni
quã dat Jmo. in. d. c. cũ cõtingat ad. d. l. scio. ff. de in integ. resti. ob
stat. l. j. C. si aduer. ven. pig. q̃ requirit grauẽ lesionẽ vt ꝯcedat̃ in in
teg. resti. qꝛ est spẽale in casu illo ꝓut sumitur ex dictis doc. ibi. ⁊ bar
to. ⁊ Bal. in. l. ij. eo. ti. ergo regulariter ꝯtra prout ⁊ ipsi volunt ad
hoc. l. j. ff. ad municip. ⁊. l. j. C. de thesau. lib. x. preterea lꝫ magna le
sio reqrat̃ ꝓut dicit tex. ibi nõ tñ videt̃ ꝙ requirat̃ ꝙ sit tanta lesio
ꝙ excedat dimidiã iusti p̃cij siue eqpolleat dimidie iusti p̃cij. cũ par
uũ ⁊ magnũ sumat̃ arbitrio iudicis sm subiectã naturã. ar. l. j. ff. de
iure deli. Qualitercũq; aũt sumat̃ ibi magnũ ⁊ paruum non est vis
8 ad hoc ꝓpositum cum vt dixi sit ibi speciale. † In materia aũt nr̃a
põt sumi enormis lesio pro illa q̃ excedit in aliquo dimidiã iusti p̃
cij quo casu multi tenent ꝙ iuramẽtũ ꝓuideat aduersus dictã lesio
nẽ: ⁊ est cõis opinio glossaꝝ ⁊ doc. quã tñ Jmo. limitat: vt supra. s.
ꝙ nõ ꝓcedat in minore muliere ⁊ rustico: ⁊ in ista enormi lesione ꝓ
cedat opinio eoꝝ q volũt ꝙ enormis lesio nõ impediat vires iura
mẽti. Itẽ põt sumi enormis lesio ꝓ multũ plus excessiua ꝓut p̃sup
ponit̃ in casu nostro: ⁊ tũc ꝓcedat opi. bal. dñi anto. pe. de anc. pa
9 nor. ⁊ sequaciũ ⁊ vinc. ⁊ Jo. an. ⁊ alioꝝ. † Et ita sepius cõsului. vꝫ ꝙ
vbi cadit enormis lesio iuramentũ nõ astringat saltẽ petita abso
lutione a iuramẽto: q̃ eo casu debet cõcedi saltẽ ad cautelã. ⁊ ita hic
perusie in cã in qua fui aduocatus vidi cõsultũ per clarissimos p̃ce
ptores meos ⁊ patres obseruãdos do. Jo. petru. de nobilibꝰ de mõ
te sperello. ⁊ do. bene. de bñdictis integerrimos ⁊ recti iudicij con
sultores. Nec ob. d. c. ꝗuis. de pac. in. vi. ⁊ ꝙ ibi dicunt Jo. an. ⁊ dñi
cus de sancto gemi. s. ꝙ illud. c. ꝓcedat etiã vbi nihil est datũ in do
tẽ: qꝛ rñdet̃ ꝙ nõnulli tenẽt ꝯtra ꝓut Richar. ⁊ bar. de saly. in. l. pa
ctum dotali. C. de colla. ⁊ vr̃ de mente Raph. ful. ibi quoꝝ opĩo vr̃
10 equa: † ea rõne: qꝛ mulieres cõiter cupiunt nubere ⁊ fortius nupte
mitti ad maritũ: ⁊ turpe est eis ⁊ verecundant̃ illud postulare vel ꝑ
se nubere vel ire ad domũ mariti sine deliberatione suoꝝ q plerũq;
impedirent vel procrastinarent si mulieres non implerẽt eoꝝ vo
tũ: ⁊ puelle ꝓpter reuerentiam ⁊ ꝓpter dictã cãm ⁊ nõnunꝙ̃: qꝛ pa
rũ intelligunt trahuntur ad faciendũ quicquid sui postulant. Da
to aũt ꝙ illud dictũ. Jo. an. ⁊ dñici procederet rñdetur ꝙ tũc ĩ effe
ctu est quedam donatio in qua nõ censetur semper lesus is q do
nat. Nã inquit dñs. beatiꝰ est dare ꝙ̃ accipere. c. cũ marte. de cele
bra. missa. ⁊. xvj. q. j. p̃dicator. ⁊ qui donat non hꝫ recõpensam. ⁊ scit
qd facit nec ita decipit̃: vt qñ dat ꝓpter recõpensam nõ condignã:
qꝛ põt credere ꝙ nõ sit tãta disproportio: ⁊ nõ ita de leui qs trahit̃
ad gratis ꝯcedendum seu renũciandũ ꝓut ad renũciãdũ ꝓpter re
cõpensam in qua de facili põt ledi. facit optime. l. si ego. ff. ad velle.
11 Ex quibꝰ patet ꝙ nõ obstat ꝙ dicta transactio fuit iurata. † Nec
etiã ob. ꝙ dictũ fuit in cõtrariũ. s. ꝙ remediũ. d. l. ij. de rescin. vend.
non hꝫ locũ in transactione sm Pe. Cy. Tãcredum Jo. an. Spe. ⁊
bal. per iura ⁊ rõnes supra adductas: qꝛ rñdetur ꝙ glo. Bar. ⁊ an
ge. in. d. l. lucius. §. fi. ff. ad trebel. ⁊ bar. in. d. l. ij. de rescin. ven. ⁊ ĩ. d.
l. siqs cum aliter. ⁊ in. l. si societatẽ. §. arbitroꝝ ꝑ socio. ⁊ Ja. de ra. ⁊
Ray. de forli. in. d. l. lucius. §. fi. ꝓut ibi refert Jmo. qui vr̃ inhere
re huic opi. ⁊ eam sequit̃ in. c. cum causam. de emp. ⁊ vendi. qꝛ vide
tur equa sm eum sm quẽ idem tenet ibi card. flore. quã etiã firmat
ibi panor. ⁊ idem voluit Saly. in cõsi. suo ꝙ incipit Matthasias in
fi. ⁊ Frãcis. de rãpo. consulens sup eodẽ facto: idẽ tenet. in prin. cõsi
lij ꝙ incipit ego franci. de rampo. de Bononia visis ⁊c. Et opinio
contraria põt intelligi ꝙ nõ rescindat̃ trãsactio ꝓpter lesionem vl
tra dimidiã iusti precij habito respectu ad verã estimationẽ cũ quo
concordat etiã bar. in locis infra allegatis dicẽs ꝙ in trãsactiõe est
ꝯsiderãdus ⁊ estimãdꝰ dubiꝰ euẽtꝰ litis ꝑ no. ꝑ gl. in. d. l. luciꝰ. §. fi.
et ita dictas opiniones cõcordat Jmo. ibi vel procedat opĩo Jo.
an. ⁊ sequa. ꝙ non habeat locũ remediũ. d. l. ij. de rescin. ven. ⁊. d. ca.
cũ causam que iura loquuntur in ꝯtractu bonefidei ⁊ transactio re
gulariter est stricti iuris. sed locum habeat remediũ. d. l. siquis cum
aliter ꝙ ad idẽ tendit ⁊ militat in cõtractu stricti iuris: prout etiã
dicit Jmo. in locis supra adductis maxime in. d. c. cũ causam. et in
super dato ꝙ non militarent media dictoꝝ iurium in simplici le
sione vltra dimidiam iusti p̃cij in transactione: tamẽ quando est tã
excessiua lesio ꝙ p̃sumatur inesse dolum ex ꝓposito prout inesse cẽ
setur qñ militat enormissima lesio ꝓut notant doc. in. d. l. si qs
cum aliter. ⁊ in. d. c. quintauallis. ⁊ in. d. §. arbitrorum. ⁊ in. d. c. cuꝫ
contingat. prout. s̃. dictũ fuit tunc saltem procedat opinio Bart.
ne dolosus ex dolo suo lucretur cũ aliena iactura. l. ne ex dolo. ff. de
12 dolo. ⁊ prout in simili dictum fuit circa articulũ iuramẽti. ¶ † De
ueniendo aũt ad secũdum consultationis articulum ex quo p̃sup
ponit̃ in themate ꝙ qꝛ extant cõsilia excellentissimorũ doctorũ di
cta domina Francisca p̃supponit nõ posse cõsequi dictas domos
emphyteoticas de iure ꝓpter verba stipulationũ. Et ꝓut intelle
xi consilia principaliter se fundant: qꝛ generatio masculina censet̃
illa que descẽdit ex masculo ⁊ non verificatur in descendente ex fe
mina: ideo super dicto articulo ex quo a me de hoc non queritur
me nõ intromitto. Addo tamẽ ꝙ ponderari pñt illa verba p̃feren
do semp generationẽ masculinã notãdo verbũ semp ꝙ operet̃ ꝙ
generatio masculina p̃ferat̃ non solũ donec viuunt masculi: sꝫ etiã
postea hoc est ꝙ adeo emphyteosis deferatur ad masculos genera
tos ex masculis non solum donec viuunt: sed etiã post mortem pre
ferantur eo respectu ꝙ femine ex eis descendentes preferantur de
scendentibus ex feminis: adeo ꝙ dicte descendentes ex feminis cẽ
seantur ꝑpetuo excluse donec supersint aliqui vel alique de tertia
13 generatione ipsoꝝ masculoꝝ. † Prout in simili dicimus in statu
to ꝙ extantibus masculis filia femina nõ succedat ꝙ tunc filia fe
mina perpetuo sit exclusa: sed si statutum diceret qd̃ femine exclu
dantur donec extant masculi: vt not. Bar. in. l. fi. ff. ad tertul. ⁊ cõ
muniter

m uniter oēs tenet. Et attento ꝙ statutū loci in successione ab in-
testato excludit feminas temporalr̄ poterat ꝓbabilr̄ dubitari: an
verba stipulationis sic̄ excluderent tpaliter ab emphyteosi gene-
ratione femininā.ar.notatoꝝ per Bar.in.l.iurisiu.§.si liberi.ff. de
iureiu.ꝛ ꝙ per doc.post dy.in.l.heredes mei.§.cū ita.ff.ad treb.iō
ad tollendā dictā dubitationē pōt fieri adiecta dictio semp. Et fa-
cit tex.in.c.j.de natu. successio.feu.vbi notabiliter ꝓbatur ꝙ si est
quesitū feudū deuoluendum ad posteros ꝛ decessit stipulator supsti
tibus pluribꝰ filijs ꝛ feudū ex diuisione vel aliter puenit ad vnum ꝛ
ille in quē peruenit decidit dictū feudū deuoluitur ad illos q sunt
de eiꝰ linea: donec aliqs ex eo supest exclusis descendētibꝰ ex alia li
nea: lꝫ sint primiores stipiti seu stipulatori ꝙ ꝯfert ad casuꝫ nr̄m.

14 †Vel significet dicta dictio semp: ꝙ qꝛ verbū ḡnatio est nomē ver
bale ꝙ pōt sumi actiue respectu generātis ꝛ passiue respectu ḡna
ti ꝫm grāmaticos: ꝛ sic posset quis dicere ꝙ generatio masculina
actiue sumpta significet personam a masculo generatā ꝛ passiue si
gnificet masculum generatum. Ideo stipulatrix voluerit ꝙ quali-
tercunqꝫ sumatur generatio masculina preferat̄ semper generatio
ni feminine: ꝛ sic siue sit femina generata a masculo siue sit mascul
a feminina generatus semp ꝓferat̄ femine a femina generate: ꝛ ꝑ
hac interpretatione faciūt verba prime stipulationis in qua dicit̄
ꝓferendo tū semp generationē masculinā generationi feminine:
et ꝙ viuētibus masculis dicte dn̄e Joāne nullū ius querat̄ femis:
si enim illa verba ꝓferendo tū semp generationē masculinā intelli
gerent̄ tm̄ de masculis natis ex masculis verba sequentia: ꝛ ꝙ viuē
tibus masculis nullū ius querat̄ generationi feminine viderentur
frustra adducta nisi intelligerent̄ de masculis natis ex femina: vl̄ qꝛ
posset cōtingere ꝙ ex masculo nasceret̄ masculus ꝛ femina licꝫ am
bo dici possent ḡnatio masculina actiue sumpta: tū preferat̄ mascu
lus: ꝛ sic dictio semp cōprehendat casus oēs cōsiderabiles sup qui
bus tū qꝛ a me nō queritur ꝛ extant alioꝝ consilia: ideo non isisto.

15 ¶ †Sed descendo ad id qđ a me querit̄.s.vtrū dicta dn̄a Frācisca
vigore decreti de quo in themate possit possessionē apprehendere
ꝓpria auc. sup quo quesito: lꝫ videat̄ prima facie dicendū qđ dicta
dn̄a Francisca possit ꝓpria auc. apprehendere possessionem dicto
rū domoꝝ vigore dicti decreti: qꝛ ipse est primior filijs dicti Gui
donis ad quos vltimo loco de iure peruenerāt dicte domꝰ emphy
teotice ꝙ̄ filie dicti dn̄i Frācisci: ideo sibi tanqꝫ primiori videt̄ cō
cessa facultas apprehendendi dictam possessionem per dictum de
cretū ꝙ concedit proximiori facultatem apprehēdēdi possessionē
propria auc. tamen his nō obstantibus puto aperta fronte ꝛ intre
pide concludendum cōtrarium. Nam dictū decretū videtur intelli
gendum de possessione vacante: nō aūt postqꝫ alius apprehēdide
rit possessionē: qꝛ nō est verisimile ꝙ decretum permiserit quē pri
uari de facto possessione: lꝫ de facto fuerit apprehensa: qꝛ etiā pre
do nō debet spoliari sua possessione: etiā a spoliato: sed est tuendꝰ
in sua possessione.c.in literis.de restitu.spoli.ꝛ.ff.de vi ꝛ vi arma.l.

16 colonus.ꝛ.l.cum fundum. †Et iura municipalia ꝑut est dictū de-
cretum recipiunt passiuam interpretationem a iure cōi.l.si serui
vestri.C.de noxali.ꝛ.l.vt gradatiꝫ.§.sed si lege.ff.de mune.ꝛ hono.
et.l.non est nouū.ꝛ.l.nā ꝛ posteriores.ff.de legi.ꝛ qđ no.ꝑ glo.in.l.
sciendum.in prin.ff.qui satisda.cōg.cū si.ꝛ ꝓpterea ex quo posses-
sio dictaꝝ domoꝝ peruenit ad dictū Guidonē ꝛ deinde ad hospi-
tale non videtur ꝙ militet amplius dictū decretū. Preterea dictū
decretū videtur ꝙ habuit respectū ad volentes apprehēdere tāqꝫ
heredes defuncti: ꝙ percipitur: ex eo qꝛ primo ꝓmittit dictā appꝛ
hensionem instituto heredi in testō: ꝛ sic non considerat primita-
tē successione autem ab intestato ꝓmittit dictā apprehensionem
primiori eo respectu: qꝛ primiori ab itestato defert̄ hereditas.ff.
de suis.ꝛ legi.l.ij.§.hereditas.ꝛ.ff.vnde cogna.l.j.§.siqs primior.
et insti.de legi.agna.suc.in prin.cuꝫ similibus: sed dicta Francisca
nō est heres dictoꝝ filioꝝ Guidonis merito ꝛc. preterea ꝛ clariꝰ ant
nos consideramꝰ filios Guidonis a quibꝰ fuerunt posesse dicte do
mus emphyteotice. ꝛ tūc decretum non militat in persona dcē do
mine Frācisce: qꝛ eis erat primior tpe eoꝝ mortis dictꝰ Guido eo-
rū pr̄: ꝛ ꝓpterea sibi licuit apphēdere possessionē dictaꝝ domoꝝ
tanqꝫ repertaꝝ in hereditate seu tpe mortis filioꝝ possessaꝝ per di
ctos filios. Et ideo decretū tūc verificatū fuit in dcō Guidone: aut
consideramus personā Guidonis qui tpe mortis sue possidebat
dictas domos: ꝛ tūc decretū non militat in dicta Frācisca: tū qꝛ nō
est proximior: immo nec aliquo modo sibi cōiuncta aliqua primi
tate: nisi forte affinitatis que non est in cōsideratione respectu suc
cessionis.l.victrico.ꝛ.l.affinitatis.C.cōmunia.de successio.tū quia
dictus Guido decessit testatus instituto hospitali: ꝛ decretum per
mittit apprehensionem possessionis instituto heredi: ꝛ non ꝑmit-
tit tunc promissori: immo tunc videtur eam denegare: quia q vni
permittit videtur alijs denegare.arg.l.cum pretor.ff.de iudi.ꝛ.l.si
quis ex argē.§.prohibet̄.ff.de eden.ꝛ.l.maritus.C.de procur.cum
si. Aut consideramus personam dicte domine Joāne prime stipu-
latricis: ꝛ tunc decretum militat in filijs masculis in themate no-
minatis qui fuerūt heredes institui a dicta.d.Jo.ꝛ per consequēs
dicta.d.Joāna non potest ex eo niti. posset etiā instari super ratio
nibus in themate deductis: sed quia supradicte rationes me ma-
gis mouent: ideo vlterius non insisto. Laus deo.

¶ Summarium super cōsilio.clxvij.

1 ¶ Frater dum stat in communione empta per eum nomine pro
prio non cōmunicat ceteris fratribus.
2 Frater in dubio quando non presumitur coniectura quesijsse lu-
cra de communi.
3 Communem pecuniam sibi appropriians quādo ꝓsumat̄ in dolo.
4 Debitum solutum cuius presumatur pecunia.
5 Melioramenta rei cedunt commodo domini.
6 Fructuū perceptione compensantur labores seu expense.

¶ Consilium.clxvij.

In nomie domini nostri

iesu christi. ¶ Quāqꝫ videatur prima facie dicendū:
ꝙ dictus Seraphinus teneat̄ cōicare dicta bona ꝑ eū
empta suo fratri ex quo simul viuebant in cōione.
1 † Quia Spe.in ti.de iudicijs in quarta parte.§.seqtur videre.xv si.vt
aūt.vult ꝙ fratres simul habitātes in cōmunione lucra que repe-
riunt̄ facta presumuntur facta ex bonis cōibus. Et si frater maior
emit aliqua bona ꝓsumitur in dubio emisse de cōmuni pecunia et
tenet̄ cōicare suo fratri bona per eū empta ꝑut eū refert bal.in cō-
si.mihi.lxxxj.incipiēte vnus.vꝫ Joānes ex qnqꝫ fratribus dicēs ꝙ
opinio spe.est equa: licet bar. aliud velit ꝫm eū: qđ maxime vr̄ dicē
dum in casu isto in quo ꝓsupponit ꝙ ambo fratres dicta bona em
pta laborauerūt ꝛ laboribus eoꝝ meliorauerunt ꝛ fructus inde ꝑ-
ceptos cōiter cōsumpserunt. ꝛ sic oīa videnṫ gessisse cōiter tanqꝫ in
bonis cōmunibus: ꝛ sic videnṫ dicta bona habuisse tanqꝫ bona cō-
munia: nā facto datur voluntas intelligi.l.reprehendenda cū con
coꝛ.C.de insti.ꝛ substi.sub cōdi.fac.ꝛ qđ habetur in.l.pro herede.ꝛ
in.l.gerit.ꝛ in.l.recusari.ff.de acqui.here.ꝛ per Bart.in.l.titium et
meuiū.§.altero.ff.de admi.tuto.tamen his non obstantibus cōtra
riū puto aperta fronte clarissime respondendū. Ex quo eīn prout
presupponitur dictus Seraphinus emit dicta bona nomie ꝓprio
bona sibi quesiuit etiā si emisset de pecunia cōmuni nec tenet̄ illa
communicare: vt est tex.in.l.si patruꝰ.C.cōmunia vtriusqꝫ indi. et
ita tenent ibi Bar.ꝛ Bal.ꝛ hoc in terminis decidit Ange.in cōsi.
clxxiiij. ꝫm ordinem informis incipiente Julius vgonis de corto-
nio allegans.l.multum.ꝛ.l.cuꝫ aliena.ꝛ.l.nihil.C.siqsalte.vel sibi.
cui consilio se subscripserunt pe.de peru.eius frater ꝛ Franci.de al
bergot.de are.ꝛ Jo.de lig.ꝛ quidā alij. Ad idē qđ no. Bal.in consi.
mihi.ccccxxvj.incipiente quidam.b.vbi cōcludit ꝙ si vnus frater
recepit pecuniam pro dote ꝛ reperitur ꝙ postea emit vnum pote-
re: lꝫ postea nō appareat vnde soluerit pecuniā illud potere nō est
cōmune neqꝫ cōmunicandū. lꝫ steterint simul in cōmunione. ꝛ di-
ctū potere tractauerit vt cetera bona cōia: lꝫ in cōsi.mihi.ccccxxv.
incipiente duo fratres teneat ꝙ si probat̄ ꝙ per plures annos ꝑus
cōicauerint lucra: ꝛ vnus emit noīe ꝓprio debeat illud qđ emit cōi
care dꝫ aūt intelligi qñ nō est ꝯiectura ꝙ aliunde potuerit hr̄e: nā
est in ea sn̄ia ꝙ in dubio sit recurrendū ad cōiecturas: ꝑut etiā ipse
tenet in.d.l.si patruus. in casu autem nostro est cōiectura ꝙ potue
rit aliunde habere. Ex quo in themate presupponitur ꝙ vendide
rat quedam bona vxoris: ꝛ inde pecuniam percipere potuit: quin
imo in dubio censetur de proprio emisse non de cōmuni.l.ij.C.siqs
alteri vel sibi ꝑut tenet bar.ibi.ꝛ in.d.§.altero per.l.si defunctꝰ.C.

2 arbitriū tute. †quinimo vult bar.in.d.§.altero ꝙ nō sit recurrēdū
ad coniecturas: nisi in certis ꝑsonis puta filijs prelatis ꝛ vxore: al's
antē pluries cōsulendo visum fuit esse recurrendū ad theoricā quā
tradunt doc.vꝫ bar. Ang. Saly. Raph.fulg.ꝛ Pau.de cas.in.l.cū
opꝫ.in ꝑn.C.de bonis que libe.ꝛ Ang.in.l.facultas.C.de iure fi.li.
x.qui in articulo vnde ꝓsumant̄ lucra obuenisse distinguūt ꝙ aut su
mus in casu in quo si nō ꝓsumitur lucrari ex alieno presumo deli-
ctuꝫ: ꝛ tunc ꝓsumitur ex alieno lucrari.l.quintus.ff.de donatio.in
ter virū. aut sumus in casu in quo si lucratus fuisset de alieno resul
taret delictū: ꝛ tunc ꝓsumit̄ lucratū de suo: ꝛ nō recurrit̄ ad cōiectu
ras.d.l.si defunctꝰ.C.arbi.tute. Aut neutrū ꝓsumit̄: ꝛ tunc recurrit̄
tur ad cōiecturas ꝫm eos: ꝛ ideo si soluit frater pro re empta cōmu

3 ni noīe recurrendum est ad coniecturas ꝫm dictā theoricā: †si au-
tē soluit pro re empta suo noīe ꝛ pro se videt̄ ꝙ sit dolꝰ sibi appro
priare cōem pecuniā: ꝛ ꝑ cōsequēs militet dispositio.d.l.si defun-
ctus. ꝑut enim est dolꝰ in tutore expēdere pecuniā pupilli ꝑ re suo
noīe empta. vt in.d.l.si defunctus iuncta dicta theorica: ita ꝛ expē
dere rē cōem pro re ꝓpria saltē si sit clam. ꝛ nō cōfessata ꝙ pecunia
sit cōis. dolus.n.est delictum ꝛ punit̄ crimine stellionatꝰ.l.ij.in ꝑn.
de cri.stellio. vnde dicta theorica vr̄ ī his terminis applicāda pro
sn̄ia bar.ꝛ sic ꝙ pecunia ꝑ fratrē exposita in emptionē factā noīe ꝑ

4 prio nō cēset̄ exposita de cōi. †Et ꝯn̄ter ꝙ in casu nostro pecunia
exposita in emptionē dictoꝝ bonoꝝ q̄ dictꝰ Seraphinꝰ emit noīe
ꝓprio ꝓsumat̄ fuisse pecunia dicti Seraphini. ꝑ̄ra cōcurrūt. cōcur
rit eīn theorica ꝑdicta: qꝛ si fuisset pecunia cōis nō debuisset expē
di ꝑ ꝓcio emptionis facte noīe ꝓprio dicti Seraphini. Itē cōcur-
rit: qꝛ dato ꝙ recurreret̄ ad cōiecturas ex quo appet ꝙ dictus Se-

nititur ex aliquo contractu vltro citroq; obligatorio debet imple re ꝯtractũ ex parte sua: al's repellitur ab agẽdo. l. iulianus. §. offer ri. ff. de act. empt. ⁊. l. quero. §. inter locatorẽ. ff. locati. Ideo parti dicti Christofori incũbebat onus implendi contractũ. ex quo niti tur vel saltẽ effectualiter offerendi dicti contractus implementũ. Itẽ onus fundandi suaȝ intentionẽ legitimis probationibus qḋ minime factũ arbitror. Nam amplectendo istud secundum caput pro parte dicti Christofori non videtur legitime probata eius in- tentio. Deducit eñ in sua petitione dictus Christoforus qḋ dict⁹ Marcus pro anno. M. cccclxxxvij. cessit ⁊ consignauit dicto Chri- stoforo triginta tornaturas siluarũ conductarũ per dictũ Marcũ a dicta cõmunitate Cesene. Itẽ cessit pro tribus annis sequenti- bus quartã partẽ dictarũ siluarũ: ⁊ qḋ per dictũ Marcũ fuit con- trauentũ in quolibet predictorũ: quia de dictis. xxx. tornaturis di ctus Marcus postea occupauit. xxv. tornaturas. et. xxv. alias tor- naturas de dicta quarta parte pro annis sequentibus dicto Chri- stoforo consignata. Et propter dictã contrauentionẽ petit eius interesse qḋ existimat ascendere ad quãtitatẽ. ccl. librarũ. et ad pro bandũ occupationẽ. xxv. tornaturarũ de dictis triginta tornatu- ris induxit quinq; testes: videlicet Dominicũ primũ testẽ: Mar- cũ tertiũ testẽ: Franciscũ octauũ testẽ: Romanũ decimũ testem: et Joannẽ vndecimũ. Et licet dictus Dominicus primus testis pro bare videatur qḋ homines dicti Marci ex cõmissione ipsi⁹ Mar- ci inciderent circa tertiã partẽ dicte partis silue consignate dicto Marco: tamẽ dictus testis dixit se ignorare quantã quantitatẽ li-

4 gnorũ vel fassinarũ habuerit de dicta incisione. † et per consequẽs non probat quãtitatẽ interesse prout probari debet vt ferri possit certa sententia per not. per glo. ⁊ docto. in. l. certi conditio. in prin-

5 ci. ff. si cer. peta. † Et licet subdat qḋ credit ⁊ arbitratur ⁊c. non sibi creditur: quia testimoniũ de credulitate non probat regulariter. vt habetur in. l. j. ff. de ven. inspi. ⁊ per Barto. in. l. quid tamen. §. arbiter. ff. de arbi. et per can. in. c. quotiens. extra de testibus. ⁊ per Joan. and. in. c. inquisitioni. de accu. ⁊ est clarũ. Iteȝ non deponit de certa quantitate incisionis: quia dicit circa tertiã partem: et sic non deponit precise de tertia parte propter dictionẽ circa. ad hoc c. attestationes. et. c. fina. de despõ. impuberũ. vbi dominus Anto. de but. dicens qḋ testis per dictionẽ circa nihil probat. Item non intererat dicti Christofori ꝙ ligna non inciderentur: quia ad inci dendum erant destinata: sed intererat qḋ non essent asportata per aliũ ad alterius vtilitatẽ: ⁊ non deponit dictus testis qḋ omnia li- gna incisa forent asportata per dictũ Marcum vel nomine ipsius

6 Marci. † Et pluralis locutio verificatur in duobus regula plura- lis locutio. in. vj. Preterea non deponit que ligna incisa fuerint portata per ipsum Marcũ: ⁊ que nomine ipsius Marci. ⁊ aliqua potuerunt asportari eius nomine sine eius mandato. nã probat di ctus testis de mandato ad incidendũ: nihil autẽ deponit de man- dato ad asportandum dicta ligna incisa. ita ꝙ ex pluribus ostendi tur ꝙ dictum istius testis non releuat dictũ Christoforum actorẽ: licet magis artet ꝙ̃ dictum alicuius ex alijs testibus. Marcus au- tem Jacobi tertius testis similiter nõ probat: quia videtur in suo dicto singularis: ⁊ deponit de suo facto: ⁊ ad iustificationẽ ipsi⁹ fa- cti: ⁊ sic deponit super suo interesse: et propterea non est idoneus testis tanꝙ̃ deponens in sua causa. l. nullus idoneus. ff. de testi. ⁊. l. in omnibus. C. eo. titu. Itẽ Franciscus octauus testis similiter nõ probat: quia licet dicat ꝙ vidit plures operarios Marci incidere etiã. in. xxx. tornaturis dicto Christoforo assignatis et etiã in alijs

7 quartis: ⁊ ꝙ ex eis habuit et percepit ligna: † non tamen deponit de certa quantitate. probatio enim debet esse certa. l. certũ. de con- fessis. Itẽ interrogatus in causa scientie non reddit idoneam cau sam scientie. dixit eñ ꝙ presens fuit consignationi facte de dictis triginta tornaturis ⁊c. et subdit ꝙ habet notitiã de dictis siluis ⁊ audiuit vt. š. Quinimmo super interrogatorijs examinatus depo nit ꝙ non fuit presens quando dictus Marcus cõmisit dictis suis operarijs ꝙ inciderent in dictis siluis: sed credit ꝙ dictus Marc⁹

8 cõmisit: ⁊ ꝙ al's dicti operarij non incidissent ⁊c. † ⁊ sic nõ deponit per sensum corporis prout testis deponere dȝ. l. testiũ. C. de testi. et l. qui testamento. §. si. ff. de testamẽtis. ⁊ per glo. in. l. solã. C. de testi bus. sed deponit per verbũ credit quo ad cõmissionẽ predictã ⁊ te- stimoniũ de credulitate non releuat vt. š. dictũ fuit: ⁊ si operarij di cti Marci asportauerunt sine eius cõmissione non potuerunt di- ctum Marcũ obligare ⁊ non tenetur de gestis per alios. Item ro- manus quondã bartoli examinatus super. iij. articulo deponit per auditum de cõsignatione facta dicto Christoforo de triginta tor- naturis: ⁊ qḋ vidit famulos Christofori incidere ⁊c. ita ꝙ nihil de- ponit in preiudicium dicti Marci. Similiter Joannes quondam guillielmini nihil probat: quia solũ deponit ꝙ dictus Marcus eũ testẽ conduxit ad incidendũ ligna in dictis siluis: ⁊ ei assignauit vt inciderct ibi prope: vbi ꝑ famulos Christofori incidebatur: et ipse et eius frater cum duobus alijs socijs inciserunt miliaria viginti- quatuor fassinarũ. iste eñ testis nõ deponit de incisione in dictis triginta tornaturis assignatis dicto Christoforo: sed solũ de inci- sione: ⁊ nihil deponit de asportatione: ⁊ per cõsequẽs dicti quinq;

testes nõ cõcludũt in eorũ dictis id qḋ est deductũ in dicta petitio- ne circa dictas triginta tornaturas. alij aũt testes nõ fuerũt exami nati sup istis triginta tornaturis nisi Frãciscus quõdam iuguber- ti de cesena vltimus testis qui fuit examinatus sup. iij. articulo lo- quente de dictis triginta tornaturis: tñ sup eis nil deponit: nã so- lũ deponit ꝙ habuit in primo anno tornaturas centũ vltra quar- tum dictarũ siluarũ ⁊c. sup quo deponũt plures alij testes de quib⁹

9 immediate subnectã. † Deponit eñ Frãciscus de cesena octauus testis sup primo. c. ꝙ dicto Marco fuit assignata pro primo anno maior pars dictor̃ quartorũ ei tunc nõ assignatorũ interrogat⁹ in cã sciẽtie dixit ꝙ audiuit ⁊ ꝙ est publica vox ⁊ fama de testificatis per eũ. Redditio autẽ cause ꝑ auditũ nõ est idonea: adeo ꝙ depo- sitioni nõ datur fides. c. tam literis. de testibus. ⁊. c. inquisitioni. de accusatio. ⁊. d. l. testiũ. cũ si. ⁊ lȝ sup. iij. articulo deponat in cã sciẽ ꝙ presens fuit cõsignationi. š. facte: vr̃ intelligendũ de presentia assi gnationi facte dicto christoforo: maxime qꝛ subdit ⁊ audiuit vt. š. singula singulis cõgrue referẽdo. Itẽ iste testis nõ ꝓbat quãto ma ior fuerit pars assignata ꝓ primo anno dicto Marco: lȝ eñ super iij. arti. deponat de ordinaturis centũ vel circa: tñ vr̃ deponere per verbũ credit subdẽdo: ⁊ sic credit ⁊ firmiter tenet ⁊c. ⁊ testi moniũ de

10 credulitate nõ probat vt. š. dictum fuit. † Preterea deponit ꝑ ver ba vel circa: ⁊ sic nõ deponit de certa quãtitate. Itẽ ex quo nõ ap- paret ꝙ dicta silua assignata fuerit mẽsurata nec facili discursu po test discerni quãtum vna pars siluarũ sit maior altera: lȝ deponẽs fuerit ꝑsens cõsignationi: nõ ꝓpterea vr̃ sufficiens ꝓbatio ex quo maioritas nõ est res que sensu ꝑcipiatur maxime facili discursu in rebus magis prout verisimiliter erãt dicte silue. ꝓterea dato ꝙ pro baretur ꝙ assignata fuit maior pars ⁊c. nõ ꝓpterea sequit̃ ꝙ in an nis sequẽtib⁹ nõ fuerit assignata quarta pars dicto christoforo: qꝛ nõ deponit dictus testis nec alius ꝙ marcus inciserit in primo an no totã partẽ sibi assignatã a triginta tornaturis assignatis dicto christoforo vltra. itaq; nõ infertur ꝙ dicto christoforo nõ fuerit cõ signata quarta pars prout cõuenerat: deponit etiã romanus deci- mus testis ꝙ fuit presens dicte assignationi facte dicto marco pro primo anno ⁊ ꝙ fuit maior pars: sed ignorat de quãta quãtitate ⁊ per hec constat ꝙ nil certum deponit. Franciscus autem duodeci- mus testis: lȝ deponat de certa ꝗtitate maioritatis: qꝛ de centum tornaturis ⁊ vltra: tñ in certa ꝗtitate nõ hȝ cõtestẽ ⁊ testi singula- ri nõ creditur per iura vulgaria. preterea ad dictũ istius testis põt etiã r̃nderi per ea que dicta fuerũt circa primũ testẽ: maxime qꝛ nõ deponũt testes ꝙ dict⁹ marc⁹ taliter vsus fuerit dicta assignatiõe sibi facta ꝙ dictus christoforus nõ potuerit cõsequi quartam par- tem dictarum siluarum pro annis sequentibus. Preterea dicta cõ uentio facta cum dicto christoforo fuit facta de mense septembris et annus incipiebat de mense Januarij: ita ꝙ poterat de mẽse de- cembris incidisse dictam partem sibi assignatam pro primo anno a triginta tornaturis supra: quo casu non habuisset iura super di- ctis siluis nisi pro quarta parte residui: ita ꝙ cum dictus Marcus solum cesserit iura sua que habebat in quarta parte dictarũ silua- rum pro annis sequentibus: satis videtur ꝙ fuisset tunc satisfactũ si dictus christoforus dicti residui dicto casu habuisset quartã par tem dictarum pro sequentibus annis. Ex quibus deducitur ꝙ pro bationes dicti christofori actoris non concludunt sufficienter ma

11 xime vt pro eo possit ferri certa sententia. † Itẽ militat aliud fun- damentum. š. in princi. ponderatum. s. ꝙ dictus christoforus agẽ- do ex dicto contractu obligatorio ipsius christofori opposita con tra eum exceptione ꝙ ipse nõ impleuerat ex parte sua debuit pri⁹ implere vel saltem offerre implementum per. d. §. offerri. cum simi libus. Nec obstat si dicatur ꝙ ipse marcus erat prius obligatus qꝛ christoforus ad nihil tenebatur in anno. M. cccclxxxvij. ⁊ venien- do contra in dicto anno priuatus fuit iure qḋ pretendebat habe- re ex dicto contractu per singularem dispositionẽ. l. si quis maior. C. de transactio. Respondetur ꝙ non est probatum nec deductuȝ omne id quod requiritur ad hoc vt militet dispositio. d. l. si qs ma ior. Dato etiam sine preiudicio veritatis ꝙ probatũ fuerit ꝙ mar cus primo contrauenerit saltem: quia non est probata nec deducta maior etas dicti marci. ⁊ insuper nõ est expeditum ꝙ sit probatuȝ ꝙ dictus marcus contrauenerit. ita qḋ ex his ⁊ alijs ꝗ̃ deducũtur per patronũ cause que breuitatis causa omitto. Attẽto qḋ sum in consi. decisiuo: concludo per dicta supra in principio consilij ꝙ par tes iudicis sunt in absoluendo dictum marcum a contentis in pe- titione: dictum autem christoforum absoluendum fore ab expẽsis saltem factis ante publicationem processus.

¶ Summarium super consilio. clxxx.

1 ¶ Substitutio cõpendiosa facta duob⁹ filijs imparib⁹ etate re- spectu ipuberis nõ dr̃ pupillaris sȝ fideicõmissaria. ꝑ totũ consi.

2 Substitui non potest directo puberi.

3 Substitutio breuiloqua simplex non continet nisi directas: com- pendiosa vero respectu puberis fideicommissarias.

4 Substitutio verbum in cõpendiosa quid contineat.

5 Substitutio mixta veȝ breuiloqua ⁊ cõpẽdiosa facta disparibus dicitur tm̃ fideicõmissaria etiã respectu impuberis ꝑ quã mater nõ excluditur

excluditur a luctuosa filij hereditate.nu.8.

6 Substitutio directa obliquatur ne dicatur inefficax ratione equalitatis seruande.

7 Substitutio qñ directa dicatur τ qñ fideicõmissaria.

9 Substitutio cõpendiosa imparibus personis facta matris fauore dicitur fideicõmissaria quo cessante dicitur directa.

10 Fratres vtrinq; cõiuncti excludunt consanguineũ.

¶ Consilium.clxxx.

Repetito diuino numie.

1 ¶ † Principalis dubitatio presentis consultationis versatur: vtrũ substitutio cõpẽdiosa facta duobus filijs etate imparibus: de qua in themate interpretãda sit in psona martini impuberis pupillaris an vero fideicõmissaria: τ de hoc principaliter queritur p ꝯsultãtẽ. Circa quã dubitationẽ dñs cõsulens transiuit sicco pede cõcludendo φ sit fideicõ.eo q2 vna cõceptione vbor̃ facta fuit dicta cõpen

2 diosa substitutio filio puberi τ filio impuberi: † τ in psona constantij filij puberis nõ potuit directa substitui post aditã hereditatẽ.l. post aditã.C.de impuberũ.iõ vt seruet equalitas τ vnũ determinabile plura determinabilia respiciẽs illa pariter determinet: idcirco prout in psona cõstantij impuberis dicta substitutio interpretaꝛ fideicõ.q2 nõ põt interpretari directa pupillaris: ideo etiã in psona martini impuberis fideicõ.interpretanda est non directa pupillaris per.l.iam hoc iure.de vulg.τ pupi.τ.l.lucius.eo.ti.τ.l.heredita

3 tẽ.τ.l.quãuis.C.eo.ti.ẽm eum.† Sed pfecto dicta iura oĩa loquũtur ĩ directis substitutionib9 prout põderat Pau.de ca.l.l.i testõ.C.de testa.mili.dicẽs φ dicta iura loquunꝛ in simplici breuiloqua que nõ cõtinet nisi directas substitutiones: sed cõpendiosa cõtinet in psona puberis fideicõ.substitutionẽ.magis aũt interest pupilli φ in eius psona sit pupillaris substitutio q̃ cõtinet fauorẽ pupilli φ φ sit fideicõ.que cõtinet onus.ideo videꝛ φ cõtineat pupillarez substitutionẽ ẽm eũ ibi: qui ita tenet dicẽs se ita cõsuluisse: p qua

4 opi.† facit q2 vbũ substituo in cõpẽdiosa substitutione diuersimode determinat: q2 cõtinet substitutionẽ directã vulgarẽ si non fuerit adita hereditas.itẽ continet obliquã substitutionẽ si fuit adita hereditas casu quo cessat pupillaris.cum ergo diuersimode determinet respectu casuum: non mirũ si diuersimode determinet respectu psonarũ sicut τ qñ substitutio cõpendiosa est facta vni: tũc vnũ verbũ substituo specifice determinãs vnũ determinabile qõ plura cõprehendit illud dispariter determinat vt aliquo casu habeat locũ directa substitutio τ aliquo casu fideicõ. l3 posset pariter determinare si haberet locũ sola fideicõ.vt hic habenꝛ in.l.pcibus.C.de impuberũ.τ in.l.cẽturio.C.eo.tit.τ in.c.raynutius.τ.c.raynaldus.de testa.τ.c.si pater.eo.ti.lib.vj. Eadem rõne τ fortius videbatur dicendũ φ non inconuenit si diuersimode determinet qñ specifice determinat plura determinabilia quasi fortius fit.arg.φ substitutio debeat in dubio interpretari directa φ φ vnũ determinabile plura determinans ea pariter determinet: pro quo argu.videtur optimus tex.in.d.c.si pater.τ facit.d.l.iã hoc iure.cũ si.supra adductis. Sed l3 in via disputatina pbabiliter istud sustentari posset prout legendo dicebã in.d.l.in testõ.tñ in decisiuis tenenda est cõtraria opi.in terminis in quib9 loquitur Pau.de cast.qui refert Imo.te

5 nuisse φ in persona vtriusq; sit fideicõ.in qõne de facto.† Et idem vr̃ velle Bal.in.d.l.i testõ.in.iij.q.loquẽs in substitutione mixta.s. breuiloqua τ cõpendiosa facta psonis disparib9 concludẽs φ põt dici φ testator fecit plures substitutionum species τ in vno deficit: suppletur p alterã dũmodo seruetur equalitas p.d.l.φuis.ẽm eũ: per que vltima vba videtur velle Bal.φ non sit pupillaris in alicuius psona: ex quo in altera cadere non põt: qui Bal.ẽm Põta. ibi bene loquiꝛ.τ sic Bal.Imo.τ Põta.videntur in hoc concordare.p quo facit glo.fi.in.d.l.in testõ.prout τ ponderat ibi Pau.de cast.Et hanc partẽ tenet etiam Bar.in consilio incipiẽ.liuarellus quondã ceci.in ordine.cxvij.ẽm ordinẽ perusinũ nõ informis τ ẽm ordinẽ informis numero.lvij.τ incipit annarellus de castroplebis. τ idẽ tenet Bar.in alio consilio incip.Jacobus poli.nume.xlj.ẽm ordinẽ informis.Et idem vt relatũ reperi cõsuluit in fortiori casu Rizziar.de saly.in consilio incip.quidã testator habuit. dicens qõ testator habẽs tres filios: vnũ impuberẽ: alios plures dixit si quis eorũ in pupillari etate vel postea quãdocũq; decesserit sine liberis substituo supstites: tunc etiã ĩ psona pupilli erit sola fideicõ.vt seruetur equalitas ẽm eum: τ ẽm hoc est tam efficax.arg.φ debeat seruari equalitas in cõpendiosa vel breuiloqua pluribus facta φ interpretetur fideicõ.in psona impuberis etiã vbi est facta expressa mentio pupillaris etatis ẽm dictam sententiam Rizziar.de saly. l3 dinumeratio etatũ τ sic expssio pupillaris etatis faciat iterptari pupillarẽ substitutionem.vbi al's interpretaretur fideicõ.ẽm gl. τ docto.in.d.l.precib9.τ habetur in similibus iuribus.s.adductis. ¶ Item Barto.in dicto consilio.xlj.incip.Jacobus poli. vult qõ propter seruandam equalitatem inter psonas quibus fit substitutio compendiosa interpretetur fideicom.etiamvbi ex tali interpre

6 tatione redderetur substitutio inefficax.† Itẽ Bar.de saly.in.d.l. in testamento.dicit φ licet probatio directa non obliquetur: tamẽ prout substitutio in testamẽto descripta talibus verbis que sonãt in directam substitutionem quandoq; obliquatur: ita et probata per testes pari rõne obliquetur.immo τ si testes probarẽt φ testator voluit directo substituere: si substituere directo nõ poterat substitutio obliquabitur.arg.l.scenola.ad trebel. ẽm eum. sub dubio tamen forte qui vult φ tunc obliquabitur in psona vtriusq; vt seruetur equalitas: τ q2 est verisimile φ ideo testator voluit directo substituere: q2 credebat posse directo substituere vtriq; ẽm eũ i.d. l.in testõ.vij.oppositione.col.vij.Et sic oẽs prefati doc. magnificiunt istud fundamentũ φ debeat seruari equalitas: loquũtur tñ Bar.Bal.Imo.Rizziar.de saly.τ Ponta. in substitutione facta

7 per verbum cõmune substituo.† Et idẽ in substitutione facta per verba directa iurisgentium.concludit Ang.in cõsilio suo.xcvij.incipiẽ.Julianus de mõtepolitiano.in vltima col.dicẽs formaliter. Itẽ nõ obstat φ hic mater est in medio: q2 istud h3 locũ cum substituitur filijs per verba cõia.sic intelligitur glo.in.l.precibus.de impuberũ.τ in.l.ex tribus.sed hic fuit facta p verba directa vt pbaui. ergo τc.vt.d.c.si pater.τ.d.l.precibus τc. Subdẽs.concludo igitur ex premissis dictã substitutionẽ ante tẽpora pubertatis directa si oẽs filij erant impuberes tẽpore testamẽti.al's esset fideicõ.oĩ tẽpore ꝑpter disparitatẽ psonarũ ad hoc vt vniformiter eis succedaꝛ. d.l.in testõ.τ.ff.de vulg.τ pupil.l.iam hoc iure.ẽm eũ.facit autẽ dubium in presenti consultatione: q2 in casu nostro est facta substitutio cum adiectione verbi directi ciuilis heredes φ verbum sine magna impropriatione nõ adaptatur ad obliquaz substitutionẽ per ea que habẽtur in.l.vbis ciuilibus.ff.de vulg.τ pup.τ tãgit Bart. in.d.l.centurio.qñ tale vbũ adiungitur vbo cõi substituo: prout eum refert dñs consulens in fine adductorũ pro parte contraria: s3 potest dici φ ex quo dictũ verbũ heredes obliquatur quo ad psonam constantij puberis τ obliquatum fuisset in persona martini si decessisset pubes: non multũ inconueniat si obliquetur etiam eo casu quo Martinus decessit impubes propter seruandam equalitatẽ: prout Bart.de saly.in casu fortiori.s.quando testes probarẽt φ testator voluit directo substituere φ dictum si procedit vrget et artat: vt fortius.idem dicamus in casu isto in quo adduci põt illa ratio quam ipse Saly.adducit in casu suo.s.φ est verisimile φ siuoluit directo substituere: fecit quia credidit posse substituere vtriq;. Item multum vrget dictum consilium Rizziar.de saly.quia non videtur φ minus artet ad interpretandum substitutionẽ pupillarem expressio pupillaris etatis que non poterat referri nisi ad impuberem φ artet virtus verbi directi ciuilis iuncti verbo obliquo saltem ex quo refertur ad plures dispares: ita φ nõ põt precise stare in virtute directa. Multum etiam artat consilium Bar.q2 multum valet.arg.qõ actus debet interpretari vt valeat τ nõ vt reddatur inefficax.l.quotiẽs in actionibus.ff.de reb9 dubijs.τ.c.si papa. de priuile.li.vj.τ.l.quotiens in stipulationibus.ff.de verb.oblig.τ tamen eo non obstante Bar.voluit in dicto suo consi.xlj.qõ preualeat hoc fundamentum qõ seruetur dicta equalitas: ita qõ etiaz in persona impuberis non interpretetur directa non obstante ineffi

8 cacia sustitutionis: † ita qõ retentis suprascriptis dictis doctoruz presertim Bar.Bartho.τ Rizziar.de saly.a quorum autoritatib9 non putarem tutum iudicantem recedere tenendũ putaui qõ etiã in persona martini sit iudicanda substitutio fideicõ.per quam mater non excluditur a luctuosa filij hereditate: sed filio mater succedit ab intestato exclusis sororibus consanguineis per aut. defuncto.C.ad tertu.cum onere: tamen restituendi hereditatem testatoris retenta legitima τ trebellianica prout concludit dominus con

9 sulens.† Confert ad predictam interpretationem: quia fauore matris interpretatur quandoq; substitutio fideicom.vbi al's cessante fauore matris interpretaretur directa.vt est text.in.l. precibus.in fi.C.de impuberũ.τ al's not.Bar.τ multi sequaces in qõne illa vulgata.s.an substitutio cõpẽdiosa facta p vba cõia sine tẽpor̃ distributione seu dinumeratione sit interpretanda fideicõ.vel directa. de quo late in.d.l.precibus.τ in.d.l.centurio.vbi Bar.cõcludit qõ sit interpretanda directa: fallit si mater est in medio ẽm eũ τ sequaces. Quãtum aũt ad alia deducta.s.in consilio de subscriptione requisitus sum cõtentus dictis τ p dñm consulentẽ: vnũ tñ aiaduerto qõ martinus prout in puncto presupponitur erat frater cõstantij consanguineus tñ non vtriq; coniunctus: τ alie filie testatoris

10 erant sorores dicti constantij vtrinq; coniuncte.† Frater aũt consanguineus excludiꝛ ab intestato a sororib9 vtrinq; cõiunctis.auf. itaq;.C.cõmunia.de successio.τ auf.cessante.τ auf.post fratres ex vtroq; parente.C.de legi.here.adeo qõ excluditur etiã mater martini vt heres ipsius martini.

¶ Summarium super consilio.clxxxj.

1 ☞ Blasphemia erga deum τ sanctos videtur esse quotiens detrahitur potentie vel alteri qualitati que eis conuenit.

2 Blasphemantes deuz vel sanctos qui statuto puniuntur: de blasphemia non condẽnatur qui dixit: si se pontasse nostra dona tu me rendrai quello mai tolto.

3 Peccare non posse dicitur deus.

4 Corruptam coronare non potest deus.
5 Uirginem beatam se opponere restitutioni rerum ablatarum impossibile est.

Consilium.clxxxi.

In nomine domini nostri Jesu christi. Licet videatur prima facie dicendum q dictus Jacobus censeatur blasphemasse virginem mariam: quia proferendo dicta verba vr detraxisse potentie beate virginis. 1 †Et blasphemia erga deū et sanctos vr esse quotiēs aliquis detrahit potentie vel alteri qualitati q eis conuenit fm beatū Thomā scda scde. q. xxxiiij. arti. primo. Et io cū beata virgo videat q haberet maiorē potentiā q facere q ille Antonius nō restitueret vel solueret dictos pullos: iō vr blasphemasse: et maxime q videtur illud dixisse in vilipendiū beate virginis: et sic videtur maledixisse: et quotiēs qs maledicit de deo vel aliquo sctō censet blasphemare. dicit bar. in. l. itē apud labeonē. §. comitiū. ff. de iniurijs. 2 †His tamen non obstantib contrarium puto de iure rñdendū: nam premittendum est q in criminalibus probationes debent esse clarissime. l. sciant. C. de probatio. Nā verius est nocentem absoluere q innocentem condēnare. l. absentem. in prin. ff. de penis. 3 †Item premittendū est q deus non potest facere peccatū nec aliquod malum: prout concordant oēs theologi. Et solet dici q peccatuz nihil est in euangelio Joannis primo capitulo ibi. dū dicit: et sine ipso factum est nihil. i. peccatum. et tamē clarū est q des est oipotens: et sic oia potest. ergo nō detrahitur potentie nō posse peccare: peccatum em potius detrahit potentie faciendi bonum vel abstinendi a malo: sonat enim in defectum potentie vt als vidi tenere theologos: vnde non posse facere qd malum est non ascribitur impotentie. 4 †Facit. c. si paulus. xxxij. q. v. vbi dr q deus nō potest coronare corruptā. ad idē et clarius in. §. charitas. de peniten. dist. ij. vbi dicitur q Augustinus ait q peccare nō est aliquid posse immo aliquid nō posse. vñ ille solus vocatur oipotens qui hoc nō potest. s. peccare: vnde si quis diceret deus non potest peccare vel non potest facere aliquid mali non peccaret: nec diceret detrahere potentie dei sed verum diceret: et pariter de beata virgine et alijs sanctis. Sed malū est et peccatū non restituere ablatum. c. peccatuz non dimittitur nisi restituatur ablatum. de re. iu. in. vj. cū concor. ideo nō detrahitur potentie beate virginis si non posset facere qd qui tenet restituere ablatū illud non restitueret: 5 † quinimmo impossibile esset q beata virgo se opponeret restitutioni rerū ablatarum: quia se opponeret iustitie dei: et sic opponeret se virtuti et ipsi deo qui est iustitia fm beatū Thomā scda scde. q. lviij. articu. j. et si se opponeret peccaret et peccando non esset beata: et ideo non mirū si non posset impedire restitutionem. Preterea dicta verba senese apōtasse nostra dōna seu la virgine maria tu me li darai et c. possunt interpretari et intelligi q si virgo instaret q restituerent dicti pulli vel soluerentur ipse Antonius restituet vel soluet et c. Et sic si ipsa virgo se opponeret Antonio resistenti soluere vel restituere: ipse Antonius soluet vel restituet et c. et tunc non censeretur detrahere potentie: immo affirmare potentiā: et cōsequenter non censeretur beatam virginem blasphemasse: cū igitur dicta verba prolata per dictum Jacobum habere possint varios intellectus et sumi in bonam partē et in malā non pbatur delictum intentatū: q non resultat pbatio luce clarior prout requiritur in criminalib vt pmissum est: sed amplectenda est benignior interpretatio cū tractat de pena irrogāda vel nō irrogāda regula in penis. i. vj. cū cōcor. et d. l. absentem. Ex quib oibus ɔcludendū est q dictus Jacobus dz absolui et non condēnari in penā blasphemie. Laus deo.

Summarium super consilio.clxxxij.

1 Filiusfa. quicqd qrebat illud iure antiquo erat patris. nu. 6.
2 Exorbitantia proponens qñ pbare necesse hz ea in qb fundant.
3 Exceptione q nitit cōtra regulā ei incūbit onus pbandi quia pro regula presumitur.
4 Filijfa. quesita in vita patris qñ presumantur parta industria filij seu patris contemplatione.
5 Pecunia soluta quoquo nomine presumitur soluentis.
7 Dotem repetens mulier non prefertur anterioribus creditorib expressam hypothecam habentibus.
8 Opinio glo. est firmiter sequenda.
9 Auxilium aliquando denegat lex pretendenti iura a lege cōcessa: non tamen iura propria prouisione quesita.
10 Resultantia ex cōtractibus transeunt ad heredes.
11 Actiones ciuiles sunt perpetue.
12 Cōio inter fratres tā super presentibus q futuris causat societatis contractum.
13 Societas tacite contrahitur cōione inter fratres et actu conueniēte societati.
14 Societas oim bonorū non dr nisi oia quesita et querenda cōicent.
15 Societas cēset ɔtracta in re quā duo aut plus simul emerunt.
16 Societat seu cōionis ɔtract qsitor et qrēdor nō trāsit ad hr des.
17 Mater paternis prefertur in filij successione.

Consilium.clxxxij.

In nomine dñi nostri Jesu christi. Circa primum quesitum vez an bona quesita per dictos filios censeant acquisita cum pecuniat bonis paternis et ɔsequēter censeantur pfectitia: an vo censeant aliūde quesita et pñr censeantur aduentitia: lz videat prima facie dicendū q presumatur dictos filios bona quesiuisse cū pecunia patris: et sic bona fuisse quesita patri: 1 †q de iure antiquo generaliter quicqd querebat filius querebat patri. l. placet. de acq. here. l. cū filio. de lega. ij. cū si. Adiecta autē regula exceptuant bona aduētitia p iura noua. C. per titu. de bonis mater. et titulum de bonis que libe. que iura sunt exorbitantia a regula iuris antiqui. 2 †Qui autē se fundat in iure exorbitanti hz necesse pbare ea in quib fundant iura exorbitantia vt no. Jo. an. in. c. j. de homi. li. vj. et refert et sequitur Bal. in. l. si quis non dicam rapere. C. de episc. et cle. Ad idē glo. et doc. in cle. si. de rescrip. et notāt legētes in. l. si qs maior. C. de trāsac. 3 † Itē qui nititur exceptione contra regulā incūbit ei onus probandi q pro regula psumitur no. Bar. in. l. quotiēs. ff. si quis cautio. Ideo cū pater habeat iura antiqua p se vr q filij qui dicunt pecuniā eorū fuisse aduentitiam habeant necesse probare q aliūde prouenerit q a patre. facit etiā qd in simili hr in prelato qui aliqua querit. nā presumit acquisiuisse de bonis ecclesie. vt est tex. in aut. licentiā. C. de episc. et cle. et ibi p doc. et p Inno. et doc. in. c. requisisti. de testa. et als in vxore presumptio est q quesita p eam censeant obuenisse ex bonis seu contēplatione mariti: et sic censentur fuisse mariti. l. quintus. ff. de dona. inter virū et vxo. et. l. etiā. C. eo. titu. Ita etiā dicam in filiofa. qd bona p eum quesita censeant quesita ex bonis patris vel patris contēplatione adeo qd patris presumātur tanq profectitia cū de firibus idē sit indiciū. l. non pñt. ff. de leg. et. c. l. inter ceteras. de rescrip. cū si. 4 †His tamē non ob. contrarium puto de iure respondendū. nam quicquid sit in prelato vel vxore in filiofa. glo. et doc. in. l. cum opz. in prin. C. de bonis que libe. concludunt qd in quesitis p filiofa. si queritur vtrū censeant pfectitia vel aduentitia recurrendū est ad coniecturas: q si pater fortasse est diues et filij nō sunt industriosi presumētur quesita ex bonis paternis. si autez pater est pauper et filij sunt industriosi psumet cōtrariū. s. q bona quesita per filios psumātur aduentitia. et in hoc ɔcordant glo. et docto. in. d. l cū oportet. in prin. et huic mēbro scdm mihi relata in rei veritate applicatur casus noster: q lācilottus pater non erat diues et filij erant industriosi: sed quia hec nō sunt pbata nec deducta ideo iudex qui hz ex actis iudicare iuxta. l. illicitas scz veritas. ff. de offi. presi. non potest in hoc se fundare. Sed videndū est quid alio non docto in dubio presumatur. circa qd glo. in. d. l. cū oportet. in prin. in vltima sua opi. que videtur a glossatore approbata. iuxta. l. qui filiū. §. sabinus. ff. ad trebel. cōcludit q actori incūbit onus probādi. et alio non docto reus obtinet. et hoc firmat Saly. ibi. et Bald. in aut. ex testō. C. de colla. qui concludunt q ille qui agit hz probare: et sic procedit opinio vltima glo. sed sufficit q probet presumptiue et ita ɔcedat opi. glo. que fuit Joannis. aut enim queritur quis pbet et procedit dicta vltima opi. aut qualiter pbetur et ɔcedit pcedēs opinio Joā. fm eos. Idcirco in casu nostro in quo dicta Francisca repetit dotes suas et sic est actrix: et dicti iacobus et huguitionus sunt rei conuenti: idcirco incumbebat onus pbandi dicte frāncisce: q dicta bona p filios quesita essent pfectitia pbando illud p coniecturas de quibus supra vel similes: quibus coniecturis non probatis rei veniunt absoluendi: quia actore non pbāte reus absoluitur. l. qui accusare. C. de eden. cum infinitis similib. Facit etiā p filijs: quia ipsi emerunt nominibus pprijs: et ipsi soluerunt pecuniam: 5 †pecunia autem soluta in emptiones factas siue nomine pprio siue nomine alieno vel communi psumitur regulariter fuisse soluentis. l. ij. C. p socio. de quo facit ibi tex. Bar. et sequuntur euz doc. et idem dicit Bar. in. l. titium et meuium. §. altero. ff. de administra. tuto. et in. l. si patruus. C. communia vtriusq iudi. pro quo facit: quia soluens possidebat tempore solutionis: et ex possessione presumitur dominium. l. sicuti. §. si queratur. ff. si seruitus vē. et. l. j. cum ibi no. ff. fami. her. et qd no. Inno. in. c. olim. de priui. et moder. in rubri. ff. de noui ope. nun. 6 †Nec obstant adducta in contrariuz. non enim obst. q olim quicquid querebat filius querebat patri. et q de iure antiquo erat regula pro patre: quia ex quo plures sunt casus aduentitij q sint casus profectitij: scilicet a patre pfecti hodie potest dici q regula sit p filio. Et sic facit p filijs theorica bart. in. d. l. quotiēs. ff. si quis cautio. et militant etiam alie presumptiones supra deducte per. d. l. ij. C. pro socio. et dicto. §. si querat. et alia supra deducta. et ideo non est mirum si non incumbit onus probādi fundanti se in iure exorbitanti a iure antiquo. 7 †Deueniendum est amodo ad secundum quesituz: quo queritur quis preferatur in bonis lancilotti: cuius hereditas est agnita cum beneficio legis et inuentarij per huguitionum et Jacobum et dominam Franciscam ex persona sue filie neptis dicti Lancilotti. s. an preferatur domina Francisca repetens dotes suas pro quibus se obligauit dictus Lancilottus eius socer: et Bernardus eius maritus vnus ex filijs Lancilotti

Lancilotti:an vo preferantur dicti Jacobus & huguitionus & filij
Joānis marie nepotis ex filio dicti Lancilotti pretendētes se cre-
ditores dicti Lancilotti in vna manu librarū mille trigintaquinq3:
& in alia manu in ducatis.lxxiiij.venetis vz pro tribus partib9 de
quatuor partib9:q2 alia quarta pars dictorū.cxxxv.librarū ptinet
ad dictā Frācīscā vt heredē dicti Bernardi:& filie Bernardi:& vt
heredem dicti Lancilotti pro quarta parte ex persona sue filie ne-
ptis dicti lancilotti:q creditum.cxxxv.librarū est antiquius q cre
ditum dicte dotis:& similiter creditum dictorum.lxxiiij.ducatorū:
quia depositum factum de dictis.lxxiiij.ducatis precessit datione
dicte dotis:lz cōditio donationis causa mortis euenerit post da-
tionē dicte dotis:q autē dicta francisca preferatur in credito sue
dotis:facit quia creditum dotis est priuilegiatū:nā prefertur etiā
creditoribus anterioribus.l.assiduis.C.qui potio.in pign.ha. qd
videt procedere etiā in pretēdētibus expressam hypothecā prout
tenent vltramontani.& Cy.in.d.l.assiduis.pro quibus faciunt ra-
tiones illius tex.prout ibi dicit Bar.qui innuit dictam opi.verio-
rem de rigore iuris.& maxime hoc videtur pcedere qn mulier pro
dote pretēdit etiam expressam hypothecam:prout enim mulier in
tacita hypotheca posteriori prefertur pretēdentibus tacitā hypo
thecam anteriorez:vt est expressum in.d.l.assiduis.Jta pari ratio-
ne vr dicendū q in expressa hypotheca pferat creditorib9 anterio
ribus pretendentibus expressam hypotecam.Tamē his nō obst.
contrarium puto in decisiuis concludendū.s.q anteriores credito
res pretēdentes expressaz hypothecā preferātur gnaliter creditori
dotis posteriori in tpe.regula eñ est q prior in tpe sit prior in iure
in.l.potior.&.l.qui balneū.ff.qui potio.in pig.ha.&.l.j.C.e.ti. cū si.
A qua regula non reperit expresse exceptuatus iste casus: nā pri-
uilegium prelationis in dote circa hypothecā est inductū p nouaz
legem assiduis preallegatam:que solum militat in tacita hypothe
ca vt innuit tex.ibi in.§.ad hec omnia:prout firmat ibi glo.quam
prout ibi dicit Bal.omnes sequunt.Et Bar.dicit q opi.glo.cōi-
ter obseruatur:& q malum esset ab ea recedere.& eam sequitur ibi
Raph.fulg.Et quicquid dicendū sit de rigore iuris dicta opi.est
8 in decisiuis tenenda:†tū quia ab opinione glo.non est recedendū
iuxta notata per Jac.but.in.l.j.C.qui pro sua iurisdi.& multomi-
nus a cōi opinione concurrente cū sententia glo. q2 adherendū est
carrotio.i.cōi opinioni doctorū.vt no.glo.in.l.ois diffinitio.ff.de
regu.iur.& Bal.in.l.precibus.C.de impub.& doc.in.c.ne innitaris.
de constitu.& in.l.cum prolatis.ff.de re iudi.& hoc saltem procedit
in rebus quesitis per dictū Lancilottū ante dotis constitutionē:
in quesitis autem postea est dubium:q2 glo.in.d.l.assiduis idem te
net:sed nonnulli doc. tenent cōtrariū:sed prout pcepi sunt parui
momenti quesita postea:ideo non insisto. Concludo itaq3 q saltē
in bonis quesitis per dictum Lancilottum ante constitutionē do-
tis preferantur dicti Jacobus Huguitionus& eorū nepotes q pre
tēdunt anterius debitum & anteriorē hypothecam expressam:& q2
dicta bona lancilotti prout percepi sunt longe minoris estimatio
nis q sint ille mille trigintaquinq3 libre:idcirco dicti Jacob9 fra-
tres & nepotes rei cōuenti sunt preferendi in dictis bonis nō obstā
tibus adductis in cōtrariuz:quia loquunt in tacita hypotheca nō
9 in expressa prout expresse hñt dicti Jacobus & alij rei cōueti.† lex
enim als etiā denegat auxilium pretendentibus iura a lege cōcessa
et non denegat iura quesita propria prouisione.vt p glo.& doct.in
l.j.C.si aduersus vē.& in.l.fi.C.de pac.conuē.& habet etiā in.d.l.assi
duis.Circa tertium aūt quesitū cū in instrō dicti cōtractus celebra
ti inter dictos fratres nō sit facta aliqua mentio societatis: lz so-
lūmodo conuentū q bona acquirenda & acquisita essent cōia non
10 videtur q censeatur contracta societas.†Et q2 iura resultantia ex
cōtractibus taz puris q conditionalib9 trāseunt ad heredes.§.ex
conditionali.insti.de verb.obli.censet eñ heres eadē psona cū de-
functo.in auf.de iureiur.a mo.presti.§.j.& maxime filij qui censent
11 eadē psona cū patre.l.fi.C.de impuberū.†& iura & actiones saltem
ciuiles sunt perpetue.vt habetur insti.de ppe.& tēpo.actio.& in ru
brica.ff.de diuer.& tēpo.prescrip.idcirco videtur q dicta cōmunio
causata ex dicto contractu& iura ex ipso contractu resultantia non
fuerint finita morte dicti Bernardi:sed transiuerint in filios ipsi9
12 heredes.†His tū non ob.contrariū puto de iure respondendum.
nam premittendum est q contractus societatis contrahitur quq3
expresse quandoq3 tacite.l.societas coiri.ff. pro socio.& p Bartol.
& docto,in.l.titium & meuium.§.altero.ff.de admini.tuto.& in.l.si
patruus.C.communia vtriusq3 iudi.& per eūdem Bar.in tractatu
13 suo de duobus fratribus.†Que tacita societas contrahitur quan
do celebrantur actus qui conueniunt societati vt declarant docto.
in locis preallegatis:sed communicare omnia bona presentia & fu
tura est actus qui conuenit societati omnium bonorum& non solet
14 fieri citra ius & nomen societatis:†quia non aliter contrahitur so
cietas omnium bonorum nisi communicando omnia bona quesi-
ta & acquirenda.l.iiij.ff.pro socio.&.l.si societatem vniuersarū.eo.
15 tit.†Facit optime.l.ij.ff.cōmuni diui.vbi est text. q si duo simul
emunt vnam rem censentur in ea re cōtraxisse societatem:& sic qui
incidunt in cōionē ex eorū contractu censent in dubio societatē cō
traxisse in re communi:pari ratione & fortiori censeantur cōtrahe-
re societatē qui expresse & specifice cōmunicāt omnia bona presen-
tia & futura qui principaliter ex eorum cōtractu in cōmunionē de
ueniunt & non incidenter:prout contingit in ementibus simul:iō
intrepide concludendū est q censeatur inter predictos fuisse ctra
ctam societatem non obstantibus adductis in contrarium que sa-
16 tis apparent sublata per iam dicta.†Facto autē hoc presupposito
q dictus contractus censeatur contractus societatis resultat cla-
ra decisio quesiti:quia societas finit morte vnius ex socijs.l. actio-
ne.§.morte.ff.p socio.&.l.adeo.eo.ti.idcirco morte dicti Bernar-
di fuit finita dicta societas & non transiuit ad heredes:contractus
enim societatis nō transit ad heredes nisi sit societas vectigaliū.d.
l.adeo.&.l.nulla.cum sua glo.eo.ti.& faciunt etiā verba contractus:
q2 actū fuit vt essent cōia bona per eos querenda:nō aūt q cōmu-
nia essent bona querenda p eoz heredes:ex quo ergo Bernardus
mortuus non poterat post mortem aliquid querere nec sibi quicq
cōicari.q2 mors oīa soluit.in auf.de nuptijs.iō vba dicti cōtract9
non sunt trahenda ad quesita post mortem dicti Bernardi.in bo
nis antem quesitis p dictos fratres in vita dicti Bernandi dictus
bernardus habebat seu habere debebat quartā partē oim dictorū
bonorū:q2 ita inter eos conuentum fuit:& dicta quarta pars per-
tinuit ad eius filiā& post eius mortē ad dictā Frācīscam eius matrē
17 et heredem:†quia mater prefertur patruis.in auf.defuncto.C.ad
tertu.& in corpore.de here.ab intesta.§.reliquum.& ex persona filie
successit i hrditate dicti Bernardi siue dicta Jacoba filia agnoue-
rit hereditatē Bernandi sui patris siue non: q2 hereditas patris
per filiam transmittitur ad quoscunq3 iure suitatis.l.si fratris.C.
de iure deli.cū cōcor.maxime in matrē.l.apud hostes.cū sua glo.C.
de suis & legi.& lz in infante fiat p quosdā aliqua dubitatio per.l.si
infanti.C.de iure delibe.tñ cōis opi.est q idē sit in infante.& ita la
te sequendo teneo in.d.l.si infanti.post cōmunē docto.sententiaz:
idcirco concludendum est q bona oia quesita p Bernardum & fra
tres in vita Bernardi pertineant ad dictam Franciscam p quarta
parte.& insuper ad.d.Franciscā pertinent ducēte libre prout cōuē
tū fuit in dicto contractu societatis detrahende de bonis dictoruz
Joānis marie Huguitioni & Jacobi:& p alijs partib9 ptineāt ad
Huguitionū & Jacobū & filios Joānis marie. Laus deo.

¶ Summarium super consilio.clxxxiij.

1 ¶ Alimenta vxori relicta & non prestita heredes vxoris illa qd petere possint. nu.4.et.8.per totum consi.
2 Fructus sunt de rebus que seruādo seruari non possunt:q2 vsu cōsumuntur & consumpti q restituantur.nu.9.
3 Heres certa legata soluere grauatus ex fructibus hereditatis & q vltra compelli nō possit si per annos multos cessat a solutione dictorum legatorum & alienarit hereditatem cōtra testatoris prohibitionem compellitur ad legatorum solutionem.
5 Alternatiuarum electio est debitoris.
6 Jactura aliena nemo debet locupletari.
7 Pecunia rei vendite dicitur correspectiuari cum fructibus eiusdem rei.

¶ Consilium.clxxxiij.

In nomine domini nostri

1 Jesu christi.¶ †Quāuis videatur prima facie dicendū
q dicti heredes domine Flore legatarie nō possunt pe-
tere dictam quantitatez sexaginta floreno.legatam dicte domine
Flore nec alimenta: quia non presupponitur in themate qd pro
parte dicte domine Flore fuerint petita dicta relicta:& consequen
ter non videtur qd fuerit heres constitutus in mora & fructus bo-
norum hereditariorum ex quibus solutio fieri debeat verisimiliter
2 sint consumpti:†quia fructus communiter sunt de rebus que ser
uando seruari non possunt:quia vsu cōsumuntur. vt.l. si vni.ff. de
vsufruc.earum rerum que vsu consumū.& res que vsu consumūtur
non presumuntur durare vltra triennium.vt no.glo.fina.quā doc.
sequuntur in.l.j.C.si aduer.vsuca.ideo non videtur q de fructibus
prius perceptis ante triennium proxime elapsuz possit fieri dicta
solutio.& cum ex forma testamenti solutio fieri debeat de fructib9
bonorum hereditariorum non videtur q heres possit cogi ad sol-
uendum in pecunia vel in alijs rebus:& in fructibus iam consum-
ptis soluere non potest:idcirco videtur q debeat expectari q tot
fructus ex bonis hereditarijs recolligantur q ex eis velit fieri solu
tio legatorū & imputet sibi dicta domina Flora seu eius heres qua
re non petijt sibi solui qd sibi debebatur dū fructus extabant:et lz
nonnulla bona hereditaria sint alienata per heredem:non tamen
tollitur facultas soluendi ex fructibus dictorum bonorum etiam
alienatorum:quia potest heres fructus postea recollectos ī dictis
bonis alienatis emere & de eis satisfacere legatarijs nō obst.aliena
3 tione.†Et licet ipse Franciscus heres non seruauerit voluntatez
defuncti prohibentis bona alienari: non pptera videtur inferri
q ipse astringatur ad soluendum legatarijs alr q sibi fuerit iniun
ctum in testamento:quia hoc per testatorem non disponitur : sed
phibitio alienationis vr facta p testatorē vt ipse Frācīscus heres

facilius possit de fructibus satisfacere legatarijs: insuper defunct⁹ nõ potest amplius alimẽtari: ⁊ ideo nõ videtur ꝙ alimẽta Flore iã defuncte peti possint cũ sit impossibile eidẽ alimẽta prestari ⁊ impossibiliũ nulla est obligatio. ff. de rebus dubijs. l. impossibiliũ. cũ cõcor. ibi in glo. adduc. †His tñ nõ obstãtibus contrariũ puto de iure rñdendum: vʒ ꝙ dicte dñe Flore possint aduersus dictũ Frãciscũ petere ⁊ ab eo cõsequi effectualiter ⁊ integraliter dictos sexaginta florenos legatos dicte dñe Flore: ⁊ etiã alimẽta preterita do nec vixit dicta dña Flora: ex quo presupponitur ꝙ post mortẽ dicti testatoris recollecti sunt ex bonis hereditarijs tot fructus qui excedunt summam legatorũ cũ presupponat̃ ꝙ legata oĩa nõ excedebant summã. dcc. floreno. ⁊ fructus dicte hereditatis ascẽdebãt ad summã sexaginta ducatorũ ⁊ vltra quolibet anno: ⁊ ꝙ testator decessit iam sunt anni. xxiiij. ⁊ sic fructus hactenus percepti ex bonis hereditarijs ſm presupposita excedunt summã. MD. cccc. ducatorum: ⁊ ꝯñr excedunt longa plus duplo estimationis legatorum que erant soluẽda ex fructibus hereditarijs. Et presupponẽdũ est ꝙ quãtitates relicte erant ⁊ sunt in obligatione: ⁊ fructus sunt in solutione per. l. si quis stipulatus sit. x. in melle. ff. de solutio. †vbi est tex. notabilis ꝙ si qs stipulatus est decẽ in melle. x. sunt in obligatione: ⁊ mel est in facultate soluendi. itaq; x. habẽt peti: sed datur facultas debitori soluendi. x. vel mel ad eius electionẽ. vt ibi habet̃ multo fortius qñ pmittitur vel legatur qtitas soluenda ex melle vel ex fructibus hereditarijs: qꝛ tunc ex vbis apparet ꝙ sola qtitas est relicta vel pmissa: ⁊ sic sola est in obligatione ⁊ fructus seu mel sunt in facultate soluendi. ⁊ ex quo non sunt declarati fructus certi: nec ꝑ qua estimatione vꝫ ꝙ legata soluãtur ex fructibus fuerit adiectum in fauorem heredis futuri debitoris: ⁊ maxime ꝑ id qđ subditur ꝙ legatarij non possint cogere dictũ eius heredẽ taliter ꝙ cogat̃ vẽdere bona stabilia dicte hereditatis. Et ex quo qtitates relicte legatarijs sunt in obligatiõe ꝯñr solui pñt cũ solutione eius qđ debet̃ oĩs tollitur obligatio. insti. qui. mo. tol. ob. in pñ. et ꝑpter in. d. l. si quis sit stipulatus. x. in melle. maxime in casu nr̃o in quo concurrit impossibilitas soluendi fructus cõsumptos: et cõcurrit voluntas creditoris qui consentit sibi solui in quantitatib⁹ debitis vel in alijs rebus: puta bonis hereditarijs non alienatis. Facit etiã qꝛ si secus dicerem⁹ sequeret̃ incõueniẽs ꝙ heres fuisset lucratus ex fructibus debitis legatarijs cõsumẽdo illos i suos vsus cũ iactura legatariorũ: †nec decet ꝙ quis locupletetur cuʒ aliena iactura. l. nam hec natura. ff. de condi. inde. †⁊ si dicatur ipse heres non cõuertit in suos vsus fructus pceptos ex rebus venditis: quia emptores illos pceperũt ⁊ ꝯsumpserũt. Rñdetur ꝙ ipse heres percepit interusuriũ ⁊ cõmoditatẽ pecunie pcepte ex precio venditionum que cõpensatur ⁊ correspectiuatur ad fructus rerũ venditarũ per ea q̃ habentur in. l. curabit. C. de actio. emptio. ⁊ in. l. iulianus. §. ex vendito. ff. eo. ti. alr̃s sequeret̃ ꝙ vẽditiones ꝑ eũ facte dolo seu culpa sua: quia cõtra ꝓhibitionẽ testatoris cederent in eius cõmodum: ⁊ sic ex dolo seu culpa sua sentiret commodũ qđ est inconueniens. arg. l. hominẽ. ff. mandati. ⁊. l. ne ex dolo. ff. de dolo. ⁊. l. si qs ex argentarijs. §. fi. ff. de eden. cum si. †Ex his itaq; oĩbus concludendũ est ꝙ quãtitates relicte peti pñt: ⁊ ꝯñr dicti heredes domine Flore petere pñt dictã quãtitatem sexaginta floreñ. relictã dñe Flore. Itẽ petere pñt alimẽta pterita. licet eñ ꝑ tpe pterito quis amplius alimẽtari nequeat. vt de se cõstat: tñ qui tenet̃ ex testõ alimẽta prestare ⁊ illa nõ prestitit: põt conueniri vt prestet id qđ erat pro alimẽtis prestandũ tpe pterito si ipse debitor alimentasset vel eius estimationẽ: vt est tex. in. l. si libertis. §. manumiss. ff. de ali. ⁊ ciba. lega. prout ⁊ declarat Bart. ibi. ⁊ in tractatu suo de alimẽtis. in iij. q. principali. †Nõ obstant adducta in contrariũ: non eñ obstat ꝙ fructus sunt consumpti: nã satis ptʒ rñsum ex adductis pro hac parte: nã ex quo fructus non sunt in obligatione sed tñ in solutione: ⁊ si sunt consumpti dici potest fuisse consumptos in cõmodum debitoris: ideo non liberat̃ ipse debitor: sed remanet obligatus ad quantitatẽ q̃ solui potest vt. s. deductum est. Adducta aũt in contrariũ procederent si soli fructus fuissent in obligatione ⁊ fuissent ꝯsumpti sine mora ⁊ culpa debitoris: ⁊ debitor non fuisset ex ipsis fructibus locupletatus: que quidẽ cessant in casu nostro. itẽ lʒ dicta dña Flora decesserit ⁊ nequeat ampli⁹ alimẽtari: nõ propterea tollit̃ quin possint peti alimẽta pterita: ⁊ sic id qđ prestari debuisset ꝑ alimẽtis: vel si prestari nõ poterat, prestari debeat estimatio ꝑ d. §. manu. per no. ꝑ Bar. vbi. s. Laus deo.

Summarium super consilio. clxxxiiij.

1 Fenestram vel priuagium ꝙ nullus facere possit in suo muro versus territorium alterius statuto cameri disponente si in ei⁹ tendit preiudiciũ vendicat sibi locũ in eo qui vult facere priuagiuʒ in sua cloaca ⁊ cõi etiã nõ versus territoriũ alterius. per totum cõsi.
2 Moderator dicitur quilibet rei sue.
3 Aquarium qđ intercasella etiã dicitur quid significat: ⁊ an liceat aliquid fieri in eo si sit commune.
4 Cõmuni re vti socio licet ad vsum destinatum.
5 Nisi dictio cuius sit nature.
6 Facere licet quod alteri non nocet. nu. 19.
7 Seruientẽ locũ potest quis altiare vel deprimere vt seruitute commode vti possit.
8 Cõmune esse videt̃ aquariũ porticus seu aliud simile qđ est inter duas domos positum.
9 Parietis dimidie dñium vicinus i dubio habere dr̃ ex latere suo.
10 Parietis dominium lignis iniũctis probat̃ ⁊ alijs. nu. 13.
11 Similium idem est indicium.
12 Seruiẽtis rei minor pars maiori cedit: ⁊ maior attenditur.
14 In fundo alieno nemo põt aliqđ nec in ꝓprio per qđ in re aliena aliquid immittatur.
15 Priuagiũ siue necessariũ aut stillicidiũ tertio fieri non licet quod alteri preiudicium infert.
16 Seruitus aque seu immundiciarũ recipientẽ durior fieri nõ põt.
17 Seruitus nõ prescribit̃ in re cõi ꝑ alterũ ex dominis. nu. 21.
18 Seruitus qñ constituti vim habere dicatur.
20 Prohibẽtis conditio melior est in re cõmuni.
22 Facere nõ pmittitur cõtra mentes statuentium.
23 Dispositio alicuius facta in dubio nõ ꝓsumit̃ cõtra ius cõe.
24 Dotis tradite priuilegia trahunt̃ ad dotem non traditam.
25 Indefinita vniuersali qua vi dicatur equipollere.
26 Forte dictio est dubitatiua.
27 Clausula in fine posita qñ dr̃ nõ posse ad pcedẽtia referri.

Consilium. clxxxiiij.

¶ Ex quibus videtur dicendum quod interuentus dicti comitis in loco sibi subdito: idē operetur ꝙ operaretur interuentus principis. ⁊ idcirco cum interuenerit mandatum ipsius comitis: vt presupponitur in themate videtur dicta arrogatio facta de mandato 7 ⁊ sic auctoritate ipsius comitis. † Et licet ipse comes fuerit adhibitus in testem: tamen non aduersatur quominus potuerit auctorari dicte arrogationi quia in his actibus qui sunt voluntarie iurisdi 8 ctionis: † prout est adoptio ⁊ arrogatio potest quis fungi duplici officio. l. si consul. ff. de adop. prout hanc rationem assignat barto. in 9 consi. supra relato per bald. † Preterea sola presentia principis validat actum coram eo gestum: vbi alias esset nullus. vt est text. in l. omnium. C. de test. Nec requiritur quod ipse princeps interponat auctoritatem: vel aliquid decernat: sed sufficit sola presentia ꝓut ibi volunt Bar. ⁊ Bal. quam. l. loquentem in testamento trahēda videtur ad alios casus a paritate rationis: prout sumitur ex dictis Jo. an. in c. j. extra de trāsac. qui post Tanchre. ⁊ Vincē. dicit sententiam ⁊ transactionem factam presente papa fore munitam omni solēnitate: ita ꝙ per predicta videntur velle tenere Vincen. Jo. and. Barto. ⁊ Bal. ꝙ presentia principis suppleat omnem defectū quem haberet actus gestus coram eo. Jta etiam videtur quod sola p̄sentia dicti comitis qui in loco gerit vices principis suppleat omnem defectum dicte arrogationis ⁊ eam validet que alias esset 10 inualida. † ¶ His tamen non obstantibus contrarium puto magis iuri consentaneum scilicet dictam arrogationem fore inualidā ⁊ consequenter dictum magistrum franciscum nō succedere dicto colangelo. Ex quo vt. s. dictum fuit arrogationes fieri nequeunt sine rescripto et auctoritate superioris per iura superius allegata. Sed rescriptum imperatoris vel tenentis eius locum: nec auctoritas ipsius interuenerunt in dicta arrogatione: presupposito etiaꝫ sine preiudicio tenuerit in loco principis: merito dicta arrogatio 11 non tenuit. † Nec ob. quod mandatum ipsius comitis intercessit: quia mandauit fieri arrogationem: sed mandauit notario quod se arrogaret de dicta adoptione. Constat aliud esse arrogationem gestam inter arrogantem ⁊ arrogatum: aliud esse rogitus notarij qui solum tendit ad probationem actus gesti inter partes. Ideo non sequitur mandauit notario ꝙ se rogaret: ergo actum auctorizauit quia etiam de actu nullo potest notarius se rogare ⁊ conficere in- 12 strumentum prout quotidie occurrit. † Item constat aliud esse adhiberi quem in testē aliud esse actū approbare ⁊ auctorizare: aliud esse adhibitum in testem. sunt enim officia separata: ideo de vno ad aliud non infertur. ar. l. si. ff. de cal. ⁊ l. si maritus. C. de dona. inter vi. cum si. Jtem constat aliud esse in presentiam adhibere ⁊ esse presentem in actu. aliud esse actum approbare ⁊ auctorizare. iura autem prelegata scilicet. d. l. arrogationem ⁊ similia iura supra adducta: requirunt rescriptum imperatoris vel auctoritatem sine quibus disponunt ꝙ arrogatio non teneat merito videtur ꝙ nō sufficiat sola presentia principis. ⁊ maxime hoc videtur dicendum: q2 si princeps suam auctoritatem interposuisset frustra fuisset interposita auctoritas et decretum iudicis inferioris ipsius principis. Ex quo satis datur intelligi quod princeps si principem volumus appellare dictum comitem non intendebat decernere seu auctoritatem actu prestare: quia tunc frustra fuisset adhibitum decretum iu 13 dicis inferioris. † Et insuper non constat ꝙ dicto comiti innotesceret ꝙ dictus magister franciscus fuerit sui iuris. ⁊ consequenter ꝙ adoptio non teneret sine auctoritate principis quod satis est verisimile scilicet quod id ignoraret: attento ꝙ fuit interpositum decretum iudicis ꝙ requiritur in adoptione hominis non sui iuris: vt 14 in. d. l. ij. ff. de adop. ⁊ insti. eo. titu. §. j. † Et in arrogatione decretū iudicis inferioris a principe nihil penitus operatur: vt in. d. iurib⁹ ⁊ in. d. l. arrogationes. Ex quo verisimiliter deducitur ꝙ inde ⁊ comes non intelligerent celebrari arrogationem sed simplicem adoptionem. ⁊ sic ꝙ non habuerint notitiaꝫ qualitatis ipsius adoptati: prout etiam de iure presumitur ignorantia: vt in regula presumitur ignorantia in. vj. ⁊ in l. verius. ff. de proba. Et ideo nisi forte aliter appareret de scientia predicta staremus claro: quia nedum au 15 ctoritas: sed nec presentia comitis censeretur adhibita: † quia non censetur esse presens qui intelligit quod agitur in. l. diem proferre. §. coram. ff. de arbi. ⁊ ꝙ ibi per barto. ⁊ in. l. coram. ff. de verbo. signi. ⁊ sic non obstaret. d. l. omnium. C. de testa quatenus loquitur de p̄sentia principis: ⁊ insuper termini. d. l. omnium sunt satis separati a terminis nostris. Nam. d. l. loquitur in testamento facto citra solēnitates que specialiter in testamento requiritur. Et in casu quo testamentum factum coram iudice apud acta similiter valet. vt est tex. ibi. ⁊ in. l. sancimus eod. titu. Unde non mirum si similiter coram principe factum valet. Ideo non videtur eadem ratio in alijs terminis in quibus non valet actus minus solēnis gestus coram iudice apud acta: ⁊ maxime quia tāta solēnitas requiritur in testamētis ⁊ in vltimis voluntatibus in quibus amplius non reddit arbitrium vt euitentur fraudes. vt in. l. si. C. de fideicom. ⁊ in. l. hac consultissima in fi. C. qui test. face. pos. que falsitas videtur cessare quādo actus geritur coram principe: maxime quia vbi adest princeps censetur adesse copia hominum: vt probaret text. in. d. l. omnium probate fidei et nobilium personarum. vt not. ibi docto. et maxime Raph ful. ita quod non videtur eadem ratio: vbi solemnitas adhiberi debet ad alium finem: qui non respicit copiam testium: et vbi nō sufficeret ꝙ actus gereretur corā iudice apud acta. Quod maxime videtur procedere quia tex. in. d. l. omnium adducit rationem quare non attendatur ꝙ princeps non rescripsit nec ostendidit suum consensum actui adhibere: videlicet ne videatur princeps approbando actum impedire ne testamētum posset post ea a testatore mutari propter reuerentiam ipsius principis testamentum approbantis. vt ibi test. aperte declarat. que quidem ratio cessat in actibus qui non ita de facili mutari possunt prout contingit in sententia ⁊ translatione que ab altera partiuꝫ mutari ne 16 quit: † ita ꝙ mirum est ꝙ. d. l. omnium trahenda sit ad sententiam et transactionem: prout trahunt Tanchre. ⁊ Vincen. quos refert ⁊ non impugnat Jo. and. in. d. c. j. de transac. licet durum sit ab eo- 17 rum auctoritate recedere in decisiuis. † Dato autem ꝙ illud dictū ꝓcederet: non videtur ꝙ sit extendendū ad terminos nostros duabus rationibus vltra adducta supra: quia primo non videtur quod apud istos paruos dominos temporales presumatur esse copia nobilium ⁊ ꝓbatarum ꝑsonarum prout p̄sumitur esse apud imperatorem. nam contrarium docet experientia rerum magistra. c. ꝙ sit in principio. de elec. lib. vj. c. statutum in ꝓnci. eod. titu. ⁊ lib. Nec p̄sumuntur isti domini temporales habere omnia iura in scrinio pectoris sui. ꝙ ponderat tex. d. l. omnium. ꝓut presumitur habere imperator propter copiam peritarum personarum que sibi assistunt ꝙ non verisimiliter contingit in comitibus ꝓtiliani vel similibus dominis temporalibus: maxime qui solent dare operam rei militari et non legibus. imperatoriam autem maiestatem oportet nō solum armis: sed etiaꝫ legibus esse decoratam. vt in ꝓhemio. insti. in prin. ⁊ sic in ipsis non militat ratio que ponderatur in tex. d. l. om- 18 nium. † Secunda autem ratio est quia dato qđ conscientia et p̄sentia imperatoris faciat actum censeri esse munitum omni solemnitate: ⁊ sic suppleat defectum solēnitatis etiam in alijs actibus ꝙ in testamento: tamen non ita supplere videtur alios defectus qui nō ita de facili supplentur. vt est defectus habilitatis personaruꝫ qui defectus non suppletur: etiam vbi imperator vel papa actum confirmat ⁊ supplendo eius defectus nisi defectum exprimat. ꝓut determinant Jmo. ⁊ Panor. in. d. c. j. de transact. adducentes no. ꝑ Archi. in canone cenomanensem. xvj. dist. quod refert et sequitur do. Bened. capra preceptor meus in. d. c. j. Jdeo non videtur ꝙ p̄sentia imperatoris haberet supplere istum defectum in arrogatione cum non respiciat actus solēnitatē sed persone inhabilitatē: quia persona sui iuris non potest adoptari. ⁊ sic ex multis deducitur ꝙ 19 dicta p̄sentia comitis non validauit dictam arrogationem. † Dato etiam sine preiudicio veritatis ꝙ isti domini temporales censeātur esse loco principis in eorum terris: quod tamen iure non cauet nec doc. supra adducti allegata per iura probantia eoruꝫ dicta. Et Barto. in consilio supra relato per Bald. non dicit titulū illud valere tanꝙ factum coram principe: sed tanꝙ gestum coram iudice. Ex quo videtur innuere ꝙ ille dominus de vrsinis licet haberet dominium perpetuum: tamen non equipararetur principi. Jteꝫ idē Bar. in tractatu suo de tyranno in. vij. q. princi. circa medium ipsi⁹ q. sentire videtur ꝙ isti domini temporales non censeantur principes in eorum terris: quatenus vult ꝙ contractus gesti inter eos et subditos non valeant per. l. j. C. de contract. iud. ⁊ sic vult ꝙ. d. l. j. ligat etiam ipsos dominos que tamen non ligat imperatorem. ꝑ. l. princeps legibus. ff. de leg. ⁊ facit. c. j. de prob. Et licet Bar. loquatur in tyranno: non refert q2 suus tractatus militat etiam in habētibus titulum dominij ab imperatore vel papa. vt patet ex no. per eum in. ix. x. ⁊ xj. q. eiusdem tractatus. Jtem dato ꝙ gesta per eos habeantur pro gestis per imperatorem: prout loquuntur auctoritates in contrarium adducte. non ꝓpterea infertur ꝙ conscientia seu presentia ipsorum dominorum temporaliuꝫ operetur idem ꝙ conscientia seu presentia imperatoris: quia qui equiparant in vno non sequitur ꝙ equiparentur in omnibus. Et licet gerāt vices imperatoris gerendo ea que geri possunt per imperatorem: non seqꝰ ꝙ in oībus sint similes imperatori seu imperatori eq̄parēt. Nemo enī dixerit ꝙ domini temporales aliquaruꝫ terrarū vel castrorum sint superillustres prout est imperator. vt habetur in auctētico de 20 illustris. ⁊ superillust. † Nec etiam ꝙ qui assistunt huiusmodi dominis censeantur in dignitate positi: prout assistentes imperatori: ꝓut probatur in. l. j. C. de mand. princi. Et sic patet ꝙ non in omnibus equiparantur nec de iure nec etiam de consuetudine. Et licet arrogatus esset subditus comiti predicti: tamen adoptans non erat sibi subditus: ⁊ tamen in arrogatiōe pariter interueniat adoptans ⁊ adoptatus. ita ꝙ non est eadem ratio in presentia dicti comitis qui nullam iurisditionem habet in adoptantem: prout est

21 in imperatore:† qui censetur dominus adoptantis et adoptati: cũ censeatur domin⁹ totius orbis. in. l. deprecatio. ff. ad. l. rod. de iactu. Ex quibus omnibus remanet supradicta conclusio. s. q̃ dicta adoptio nõ valuerit nõ obstantibus adductis in contrarium: que satis
22 patent sublata per adducta pro hac parte.† Et insuper nõ obstãt indulta imperialia. Nam primo non obst. p̃mum indultum concessum in anno. M. clxiij. per Federicum imperatorem comiti. Idẽ in quo concedit ipsi comiti et suis filijs et heredibus oĩa que tunc habebat per se vel alios: et que legitime habiturus est: et in specie noiat castrum de serpena: et non apparet q̃ dictus comes tũc haberet castrum pytiliani: nec postea habuerit: et licet in dicta concessiõe cõprehendant̃ etiam filij et heredes: tamẽ non fit mentio de his q̃ habituri essent ipsi filij et heredes: sed se restringit ipse cõcedens ad bona que ipse idem tunc habebat vel habiturus erat vt demonstrant aperte verba ipsius concessionis. Itẽ regalia et omnẽ iurisditionez imperialẽ concedit ei et non filijs si verba concessionis ponderent̃. Item loquitur in iurisditione quam habebat imperator in terris et possessionibus suis videtur q̃ restringat ei concessionem ad tp̃s tũc p̃ns. argu. l. si ita cũ ibi no. ibi per Bart. ff. de aur. et arg. leg. sir. non ob. indultũ concessum per Henricuz alteri comiti. idẽ in anno M. cxcv. in quo in effectu continet̃ q̃ confirmant̃ oĩa cõcessa dicto patri suo. Idem et insuper cõceditur quicq̃d iuris habet imperium in ciuitate masse. Et cõsequenter nihil apparet de terra pytiliani. et insuper non apparet q̃ comes illustr. et dñs Nicolaus de vrsinis in quoꝝ p̃ntia emanauit dicta adoptio fuerint filij descẽdẽtes aut heredes dictorũ comitum q̃bus cõcessa fuerunt dicta priuilegia. Et ɔ̃sequẽter dicta priuilegia non possunt ad eos extendi de quibus non loquunt̃ non docto al'r q̃ sint heredes seu filij illorum de quibus ipsa priuilegia loquuntur. l3 enim in adoptione nominet̃ comes illust. constat q̃d non est ille comes illust. de quo cantat indultum. Cum inter vltimum indultũ: et ipsam adoptionẽ elapsi fuerint anni. ccc. vel circa. et quis non presumitur posse viuere vltra. c. annos. in. l. fina. C. de sac. san. ec. et. l. anni vsufructus. ff. de vsuf. Nec etiam ob. antiqua consuetudo: q2 prout mihi dicitur non legitime p̃batur. et licet ego non ponderauerim sigillatim omnia dicta testium nihilominus videt̃ q̃ soluz conent p̃bare q̃ soliti fuerint comites interponere auctoritatem in adoptionibus nõ loquẽtes de arrogationibus q̃ non releuat: q2 potuerũt tanq̃ simplices indi-
23 ces loci interuenire:† cum adoptiones corã simplicibus magistratibus fieri possint: vt. s. deductum fuit. Item licet attestet̃ur q̃ auctoritatẽ prestiterint adoptionibus: non tamẽ deponunt q̃ eoruz presentia adoptiones fuerint validate: quia tamen non diligenter ponderaui dicta testiuz non me extendo: sed super his consultum vidi per excellentissimũ. ll. doctorẽ qui sigillatim ponderat attestationes in hac parte deducendo q̃ non releuant nec mihi fuit facta vis super attestatiõib⁹ p̃dictis: nec puto q̃ ɔ̃suetudo habeat validare dictã adoptionẽ: attentis fundamẽtis supra deductis. Itẽ vltra predicta põt attentari q̃ dicta adoptio non est legitime p̃bata: q2 non p̃ducitur instr̃m originale dicte adoptionis: s3 exẽ
24 plum:† et exemplo regulariter non creditur. l. sancim⁹. C. de diuer. rescrip. et auc. si quis in aliquo documento. C. de eden. et hoc nisi sit exemplatũ cum debitis solẽnitatibus. inter cetera enim requiritur citatio: quorũ interest. argu. l. nam ita diuus. de adop. cuz si. prout hoc voluit Egydius et Boatin. in. c. cum. P. tabellio. de fide instr. et Spec. in titu. de instru. edic. §. ostenso. ver. qualiter. vt eos refert Jo. an. in. d. c. cum. P. tabellio. qui ita refidet q̃ et voluerũt Pe. et Cy. et Gui. de cu. et Spe. et Inno. vt refert Bart. in dicta auc. si quis in aliquo q̃d tenens. et idem tenet Inno. in. c. albericus. de test. et in c. j. et. ij. de fide instru. f̃m bal. in dicta auc. si quis in aliquo. Idem tenens q̃d et cõiter tenetur: vt dicit ibi Pau. de ca. idem tenẽs. et ita seruatur in practica: prout dicit Imol. in. d. c. cũ. P. tabellio. Sed in dicta exemplatione non reperio queq̃ fuisse citatũ. merito videtur q̃ dictũ exemplũ nõ p̃bet dictã adoptionem. et sic ex hoc capite videtur q̃ deficiat fundamentum intentionis dicti magistri francisci. Laus deo.

Summarium super consilio. cci.

1. Rei vendicatione agenti que sint necessaria p̃bare vt si iura q̃ venditor habebat: super re possessa emerit: an dicatur habere titulum habilem ad prescribendum et per ɔ̃ns eo respectu agere possit publiciana vel reivendicatio p totum ɔ̃silium.
2. Alternatiuis libellus tolleratur etiam si dicatur pertineri iure dominij vel quasi altera illarum verificari sufficiat.
3. Dominium rei hereditarie ex substitutione probatur.
4. Dominium rei absq̃ possessione ipso iure transfertur in heredes.
5. Fideicõmissum quod requirit hereditatis restitutionem nõ limitatur in ecclesia in quam citra restitutionem potest fideicommissi transferri dominium.
6. Dominium semel habitum censetur continuatum.
7. Possessio habita presumitur ex titulo precedenti que causat publicianam actionem competentem ex quasi dñio.
8. Dominium rei q̃ñ non dicitur probatum plene parte deducente in libello ad se pertinere quasdam petias terrarum.
9. Genitiuus in iure positus multis sumitur modis: et sumitur quandoq̃ pro possessore.
10. Verba ambigua que sunt scd̃m proferentis mentem interpretanda verificantur in habente quasi dominum.
11. Negatus articulus licet nõ preiudicet neganti tamẽ ex eo niti nõ potest negans.
12. Priuilegia iuris ecclesie concessa quando non trahuntur ad illos qui ius habent ab ipsa ecclesia.
13. Actio publiciana vel titulus habilis ad prescribenduz q̃ñ acquiratur ementi ius q̃d habet venditor in re possessa. nu. 15. vsq̃ ad fi. ɔ̃si.
14. Publiciana requirit traditionem rei.
16. Emptor vltimus factus possessor rei vẽdite p̃fertur primo emptori eiusdem rei nec ex tali titulo causatur publiciana contra primuz emptorem.
17. Jus maius non videtur transferri in alium q̃ in se habeat.
18. Publiciana et vsucapio datur emptori cum titulo licet vẽditor nõ possit vsucapere p̃pter tituli defectum.

Consilium. ccj.

1 In noĩe domini nostri iesu christi.† Licet videatur in hac consultatiõe prima facie dicendum quod dominus Philippus foueat iustitiam et reportare debeat sententiam pro se. Nam videtur quod legitime fundauerit eius intentionem.
2 † Deduxit enim in libello quasdam petias terrarum ad se pertinere iure dominij vel quasi et aduersarium tenere et possidere que duo extrema requiruntur in libello super reiven. vel publiciana. per ea que habentur in. l. j. de alie. iudi. mutã. causa fac. et tolleratur talis libellus alternatiuus. c. abbate sane. in princi. de re iudi. lib. vj. et habetur. in. §. alie. insti. de act. et in. l. j. ff. de public. vñ sufficit ipsi agẽti probare reum conuentum possidere q̃ in casu nostro presupponitur probatum nec negatur. et probare alterum eorum que deduxit alternatiue. s. dominiũ vel quasi dominium: quia in alternatiuis sufficit alteram partium verificari regula in alternatiuis in. vj.
3 et in. l. si is qui ducenta. §. vtrum. cum simi. de rebus dubijs.† S3 videtur q̃ pro parte agentis sit probatuz dominium: attento quod prout dicitur est p̃batuz q̃ hereditas polydori fuit debita ex substitutione dictis fratribus sancti dominici et hospitali. et pro parte eorum fuit hereditas adita: ergo in eos fuit translatum dominiuz
4 rerum que fuerunt dicti polydori.† Quia in heredes ip̃o iure trãsfertur dominium absq̃ possessione in. l. cum heredes in princi. ff.
5 de acquiren. possess. et. l. si ager. ff. de rei vendi.† Et si diceretur quod substitutio predicta fuisset fideicommissaria: et fideicommissaria regulariter requirat restitutionem hereditatis. l. restituta. et. l. facta. ff. ad treb. et. §. restituta. insti. de fideicõ. here. et non fuerit doctũ de restitutione. respondetur q̃ est speciale in ecclesia q̃ dominiũ transeat in fideicommissarium vniuersalem citra restitutionem per. l. fi. C. de sacrosanctis eccle. licet hoc non sit necessarium: quia ex quo filij polydori instituti in primo gradu decesserunt inuita polydori p̃ut presupponitur: ideo nõ fuit locus substitutioni fideicommissarij: sed directe substitutioni vulgari comprehense sub compẽdiosa per no. in. l. precibus. C. de impub. et in. l. centurio. ff. eo. ti. Item videtur probatuz q̃ dicte petie terrarum in libello deducte fuerũt dicti polydori: quia fuit articulatum ex parte conuenti. si autẽ fuerunt polydori: ergo videtur q̃ fuerunt sub dominio ipsius polydori: quia genitiuus denotat dominium in. l. ij. §. in loco. ff. de relig. et sump. fune. Si dominium fuit polydori: ergo censetur translatum in heredes qui censentur eadez persona cum defuncto. vt in auctẽ
6 tico de iureiur. a mo. pre. §. j.† Et dominium semel habitum censetur continuatuz in. l. siue possidetis. C. de proba. et consequenter videtur probatum dominium fuisse apud dictos fratres hospitale et successiue videtur q̃ per eos fuerit translatum in dictum martinũ cum dicti fratres et hospitale titulo cuiusdam permutationis dederint dictas petias terrarum dicto martino: et cõsequenter videtur dominiuz q̃ habebant in dictis petijs terrarum transtulerint in dictum martinum: et successiue martino mortuo trãslatum fuerit in eius heredes per. d. l. cum heredes. et per consequens videtur q̃ fuerit probatum dominium dictarum rerum que petuntur et cõsequenter videtur probata prima pars dicte alternatiue. dato au-
7 tem q̃ non esset probatum dominium: tamen videtur q̃ censeatur probatũ quasi dominium.† Quia dictus Martinus habuit a fratribus et hospitali titulum permutationis habile ad translationez dominij: et postea habuit possessionem que presumitur habita ex titulo precedente. l. ij. C. de acqui. pos. in. l. j. C. de imponen. lucra. describ. lib. x. ergo videtur q̃ quesiuerit quasi dominiũ: ex quo causatur publiciana per. l. quecunq̃. ff. de publi. quasi per totum titu. et per. §. alie. insti. de act. et licet etiam pars conuenta habeat tituluz vel possessionem: tamen titulus partis agentis et possessio ipsius q̃tenus censeatur probata fuit prior in tempore: et prior in tempore censetur potior in iure. c. qui prior. de regu. iur. in. vj. et. l. potior. ff. q̃ po. in pig. ha. et. l. quotiens. C. de rei ven. cum simi. Et ex his videt̃ q̃ pro parte agentis sit fundata eius intentio et pars conuenta nõ

deduxerit aliquam defensionem legitime probatam per quam infringatur intentio partis agentis: et per consequens videtur quod partes iudicis sint in pronunciando dictas petias terrarum spectare ad partem agentem iure dominij vel quasi et partem conuentam condemnare ad ipsarum restitutionem. 8 † Tamen his non obstantibus contrarium puto iuri magis consentaneum. Ad cuius rei euidentiam premitto quod pro parte agente non videtur probatum dominium dictarum rerum. Non enim probatur per dictum articulum in quo ponitur quod dicte petie terrarum fuerunt dicti polydori ex eo quia genitiuus in iure multis modis sumitur. Nã quãdoque et sepe significat possessionem. l. j. §. ait pretor cum sequẽ. ff. na. cau. sta. et l. j. §. ij. ff. de arb. ced. et in. l. j. §. domum. ff. de alta. et l. lege cornelia. §. dãnum. de iniur. et in. l. si quis domum. de adul. 9 † Per quã iura dicit Barto. in rubrica. ff. de no. ope. nũci. quod statutum imponens penam cuicũque acceperit rem alterius illud verbum alterius verificatur etiam in possessore: quia delata significatione et de communi vsu loquendi genitiuus verificatur in possessore per dicta iura et per id quod not. glos. in. l. ij. §. j. ff. de origi. iur. quod et tenuit Specu. in titu. de proba. §. videndũ. versi. sed pone. et eandem. q. posuit idẽ Bar. in proemio. C. vbi videtur idem sentire. Et secundum predicta dicta verba dicti articuli sunt equiuoca et cõsequẽter nõ sunt certa quod significent dñium confessio aũt vt preiudicet debet esse certa. l. certum. ff. de confessis est enim species probationis et probatio debet necessario cõcludere. c. in presentia de proba. et l. non hoc. C. vnde le 10 gi. † Et verba ambigua interpretantur a proferente: quia intelliguntur secundum mentem proferentis. l. in ambiguis orationibus. ff. de regu. iur. et l. intentione ambigua. ff. de iudi. et saltem videtur quod debeat verificari in habente quasi dominium vt videatur quodãmodo dominus per. d. §. alie insti. de ac. et facit optime tex. et quod ibi habetur. l. item mela. §. sed et si quis. ff. ad legẽ acqui. Ex alio etiam nõ obstat dictus articulus dicte parti conuente quia dictus articulus nõ fuit per reos conuentos productus. Sed per Bernardum cor auctorẽ tanquam eorum necessarium defensorẽ: tamen oĩa acta fuerũt gesta per actores contra ipsos reos conuentos et non contra Bernardũ: et prout dicitur causa fuit deducta in compromissum ex forma statuti et cõpromissum fuit celebratum cum reis cõuentis: et nõ cum dicto Bernardo. Et propterea dictus articulus fuit res inter alios gesta. Preterea nõ preiudicat dictis reis cõuentis. C. res in 11 ter alios acta in rubro et nigro. et in. l. sepe. ff. de re iudicata. † Et maxime dictus articulus non preiudicat ei qui negauit dictum articulum: quia ex positione negata non potest negãs niti articulo. c. ex eo quod de regu. iur. in. vj. et l. post legatum in prin. ff. de his quib. vt indi. prout ibi no. Bar. qui idẽ no. in. l. naturaliter. §. nihil commune. ff de acqui. posses. quod et cõmuniter tenetur. ex his itaque videtur quod pro parte agẽte non sit probatum dominium sibi competere in dictis bonis petitis: quod clare dicendum foret si nõ legitime probaretur quod 12 pro parte agente fuerit habita possessio. † Licet enĩ ecclesia maxime et titulo pro herede queratur dominium sine possessione per supra deducta: tamẽ nõ queritur habenti causam ab ecclesia: quia in eo militat regula. l. traditionibus. C. de pac. et multominus querit 13 quasi dominium sine possessione. † Quia etiam in casibus dominiũ queritur sine possessione: non queritur sine possessione quasi dominium: prout firmant Joan. an. do. Anto. Jmo. dominus Floren. et Panor. in rubrica de consue. et Specu. in tit. de locato in. §. nũc aliqua ver. lviij. et Bar. et Bal. in. l. j. ff. de publi. et Bal. in. l. siue autem §. si duobus eod. tit. l. fi. C. de sanc. san. eccle. et merito quia quasi dominium queritur ea pretensa causa: quia is qui possidet titu. et bonafide censetur vsucapere: ideo censetur quasi dominus. Adeo quod si cadat a possessione vendicat illam rem quasi prius perfecerit vsucapionem: vt dicit text. in. d. §. alie. hinc est quod qui non potest vsucapere non habet publicianam et ecõuerso qui vsucapiebat et a possessione cecidit publicianam habet. l. eum qui in princi. et l. traditionẽ. et l. quecũque. ff. de publi. et in. d. §. alie. Sed sine possessione vsucapio nõ procedit. l. sine possessione. ff. de vsuca. et c. sine possessione de 14 regu. iur. in. vj. † Et propter predictam rationem alias consului quod quando dominus vendidit rẽ suam ab alio possessam si accessit ad fundum venditum trãsferat dominium in emptorem: licet nõ trãsferat possessionem vt est tex. no. in. l. si fundus. ff. de fun. dota. tamẽ si talis venditor non erat dñs tradendo rem venditam ab alio pos 15 sessam non transfertur quasi dominium ex quo talis emptor nõ vsucapit contra possessorem per iura preallegata. † Ex quibus clare deducitur quod si dictus Philippus non possedit nec dicti venditores: vel si dictus bernardus possidebat tempore traditionis facte dicto Philippo et possessionem continuauit dictus Philippus vel eius heredes non potest niti ex quasi dominio per pdicta. Si autem probatur quod dictus Philippus habuit possessionem ex titulo precedenti: et dictus bernardus non possideret et cõsequẽter quesiuerit quasi dominium et consequenter publicianam: tamẽ non potest ex eo niti contra dictos reos conuentos qui habent iustum titulum bonam fidem et possessionem ex ipso titulo. Nam publiciana nõ dat contra titulo possidẽtẽ: quia agẽs publiciana nõ nititur nisi ex titulo et possessiõe pterita et cõuẽtus habet similiter titulũ et possessionem: et in pari causa et melior est cõditio possidẽtis vt in regula in pari cã in sexto et rei sunt fauorabiliores quam actores: vt in. c. fauorabiliores et in. c. cum sint partium de reg. iur. in. vj. et est tex. apertus in. l. siue autem. §. si duobus. ff. de publi. prout ponderant ibi bald. Raph. et Pan. de ca. et hoc nisi ambo ab eodem emerint. Nam tũc prefertur ille qui prius habuit possessionem secus autẽ si emerint a diuersis vt est ibi tex. Sed rei conuenti non emerunt a dictis fratribus et hospitali a quibus emit dictus philippus: sed emerũt bernardo idcirco publiciana competens dicto philippo vel eius heredibus non competit contra ipsos per. d. §. si duobus. Nec obst. si dicatur quod licet ipsi rei conuenti non emerint a dictis fratribus et hospitali: tamen ab eis emit Bernardus eorum auctor. quia respondet quod dictus bernardus non emit dictas res a dictis fratribus et hospitali: sed emit iura que dicti fratres et hospitale habebant in bonis et hereditate dicti polidori et quo ad propositum vtrum quis emat rem quo casu querit titulum: qui secuta traditione causat vsucapiendi conditionem. Secus si emit iura que venditor habebat in ipsa re prout post Dy. voluit Bar. in. l. si sic. §. si mihi. ff. de leg. j. quod et volunt ibi Bald. Ange. et Jmo. et doc. communiter. Preterea si non probatur quod dicte res de quibus agitur fuissent in bonis et hereditate domini Polidori non apparet quod illa emptio traheretur ad ipsas res vel earum iura et paria sunt non esse et non apparere. 16 l. duo sunt titij. ff. de te. tu. et. l. in. l. ff. de contrahen. emp. cũ simi. † Et insuper dato quod appareret dictas res fuisse in bonis et hereditate Polidori: tamen ex quo dicti fratres et hospitale non habebãt aliqua iura in dictis rebus: quia iura que habebant in ipsis rebus trãstulerant in ipsum philippum: ideo dicta venditio bernardo facta non censetur facta de dictis rebus vel earum iuribus. Et sic videt perinde ac si nullum titulum habuisset dictus bernardus a dictis fratribus et hospitali quo casu dicti rei conuenti fuissent potiores per tex. d. §. si duobus. et que ibi per docto. prout supra deduxi. Et insuper. d. §. si duobus loquitur generaliter quod quãdo duo emerũt a diuersis prefertur is qui possidet: licet aduersarius prius habuerit titulum et possessionem nec distinguit an auctor dicti possessoris habuerit titulum ab eo a quo aduersarius habuit titulum necne. Et ideo generaliter loquens est generaliter intelligendus per iura vulgaria. nec suadet ratio quod efficacius ius habeat ille qui possidet si emit ab eo qui nullum titulum habet quam si emit ab eo qui habuit titulum licet habuerit titulum ab eo a quo aduersarius habuit titulum. Unde generalitas. d. §. si duobus et ratio naturalis suadẽt quod. d. §. si duobus generaliter intelligatur: quam rationem natura 17 lem sufficit allegare. l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excu. tuto. † Nec ob. si dicatur si dictus bernardus fuisset conuẽtus an dicto philippo: vel eius heredibus non habuisset ius se tuẽdi idcirco similiter non censeantur habere ius se tuendi habentes ab eo causam quia nõ põt quis plus iuris in aliũ transferre quam in se habeat. l. nemo plus 18 iuris. ff. de reg. iur. et l. traditio. ff. de acqui. re. do. † quia respondetur quod venditor eo casu non transfert ius illud: sed iurislator ius illud causat propter bonamfidem et titulũ quem habet ipse emptor quẽ non habebat venditor. Ideo hinc est quod emptor propter titulum vsucapit licet auctor non potuerit vsucapere propter defectum tituli. Ex qua vsucapione inchoata causatur quasi dominium et publiciana. Et constat quod in terminis. d. §. si duobus scđs emptor qui possidet se tuetur aduersus eum qui prius emit et prius habuit possessionem licet is qui vendidit scđo emptori non potuisset se tueri aduersus primum emptorem propter defectũ tituli quẽ scđs emptor non habebat. Et ex his videtur concludendum quod dicti actores nequeant niti ex dominio vel quasi dominio intentatis in eorum libello. Item videtur posse dici quod dato sine preiudicio quod predicta obstarent et sic valerent: valerẽt iura quesita ex prima emptione facta per dictum philippum: tamen dicta iura fuerint quesita patri ipsius philippi. Attento quod dicte res fuerunt concesse dicto Philippo: ex eo quia dictus Philippus tradidit quedam consilia que consilia pertinebãt ad patrem cum fuerint habita ex pecunia paterna. Et consequenter dicte res fuerunt habite vigore substantie paterne: ideo tanquam profectitia fuerunt quesite quo ad plenã proprietatem ipsi patri per. l. cum oportet in prin. et que ibi habentur. C. de bonisque lib. et dictus pater vt dicitur condidit testamentum in quo instituit pro dimidia dictum Bernardum et pro alia dimidia filios dicti philippi agentes. et ideo si ita est dicti agentes non potuissent se niti ex dicto contractu philippi nisi pro dimidia super quo tamen non me extendo nec facio magnum fundamentum: quia nõ mihi clare presupponitur qualiter circa hoc res se habet. Esset etiam ponderandum maxime ex quo lis agitur coram arbitris et arbitratoribus quod dicte res concesse dicto philippo sunt magni valoris excedentia valorem dictorum consiliorum vltra triplum vel quadruplum: ita quod heres non caret scrupulo et presumptione simulationis vel doli: ex tam maxima lesione per ea que habentur in. l. si quis cum aliter de verbo. ob. et in. c. cum contingat de iureiu. et in. c. penul. de emp. et ven. Adeo quod arbitri vel arbitratores debent esse procliues in absoluendo dictos reos conuentos ne dolus prosit doloso. arg. l. ne ex dolo. saltem si ex alijs medijs licet rigorosis rei

sis rei niti valeant. Laus deo.

¶ Summarium super consilio.ccij.

1 ☞ Affect⁹ attētatus in atrocibus delictis qn̄ punit̄ licet non se quatur effectus iuris cōmunis dispositione. nu.4.
2 Accessionatus crimē punit̄ prout attentatum.
3 Mandās qn̄ eadē pena tenet̄ qua mādatari⁹ etiā in delictis.nu.15.
5 Pena iure statuta in delictis cōsūmatis ꝑ verba p̄teriti ꝑfecti tp̄is nō trahit̄ ad futura non cōsummata licet attentata.
6 Pena delicti cōmissi est ꝑ iudicē irrogāda ſm cōsuetudinem.
7 Attentatum quomodo punitur.
8 Affect⁹ qd̄ nō secuto effectu punit̄ intelligitur si deueniat ad actū ꝓximū et per quē offensa patiatur.numero.11.
9 Affectus et insultus eisdem iuribus innodantur.
10 Gn̄alitas maior in vno trahit̄ etiā ad aliud minus generale.
12 Indefinita etiā in statutis nō equipollet vniuersali sed restringitur ad casum in quo est maior ratio.
13 Statuta recipiūt interpretationē passiuā ꝛ restrictionē iure cōi.
14 Consummatum et attentatum non dicuntur similia.
16 Pena mortis de iure canonico dicitur excōicatio.
17 Libellus requirit ꝙ exprimatur qualitas persone accusate.

¶ Consilium.ccij.

In nomine dn̄i nostri iesu

xp̄i. ¶ Licet in hac cōsultatiōe prīa facie videat̄ dicēdū ꝙ dict⁹ Joānes inq̄situs debuerit cōdēnari pena amputatiōis capitis ꝓut si delictū ꝯsūmasset. 1 † Quia in delictis atrocibus ꝓut est hmōi delictū punitur attentatū ꝓut cōsūmatum vt in.l.si qs nō dicā repere.C.de epi.ꝛ cle.ſm vnū intellectū quē approbat ibi Bald.ꝛ ſm quē ille tex.cōiter allegat̄ ꝛ no. doc.in.l.j.ff.ꝙ quisq; iuris ꝛ ibi gl.ꝛ in homicidio probat̄ in.l.j.§. diuus.ff.ad.l.cor.de sicca.ꝛ in.l.is q cū telo.C.eo.tit.vbi tex.ꝙ is q ambulauerit cū telo aīo occidēdi punit̄ ꝓ homicidio pena.l.cor.de sicca.ac si delictū cōsūmasset. 2 † Qd̄ maxime dicēdū est in assessino ꝓut est ille q ꝓ pecunia attentat vel cōsūmat homicidiū. Nā ꝓ crimine assessinatus punit̄ attentatū ꝓut dicit Ang.in.d.l.j.ꝙ q̄sq; iuris. Et in cōsilio.xiiij.incip. Nos Carolus q mouet̄ p.c.ꝓximū de homicidio lib.vj.vbi expresse punit̄ attētatū in crimine assessinat⁹ etiā nō secuto homicidio: ꝛ maxime ponderat quatenus in.d.c.dicit̄ ꝙ cēseat̄ diffidatus q̄ diffidatus a principe pōt impune occidi tanq̄ ei sit bellū inditum a principe allegat Cy.C.de accusat.in.l. reos in.vj.q.q allegat.l.si seruus.C.de his q ad ecc.cōfu.ꝛ.l.j.C.vt nemo priuatus. Et pro hoc ſm Ang.optime facit.c.felicis de pe.li.vj.vbi ponit de diffidatis ꝛ bānitis q pn̄t impune occidi ſm eum. Si igitur assessinus etiam nō secuto homicidio impune pōt occidi a priuato fortius a iudice ꝛ cōsequēter videtur ꝙ dicta sententia fuerit iusta. 3 † Pro quo etiā facit q̄ statutū de quo in themate imponit penā amputationis capitis nō solū ei q fecerit homicidium ꝛ q fieri fecerit: sʒ etiā ei q mādauerit vel depositū fecerit.s.vt homicidiū fieret ꝛ sic videtur ꝙ statutū p̄dictū imponat dictā penā mādati homicidiū fieri etiā si homicidiū nō sequat̄. Nā si homicidium vigore mandati fuisset secutum cōprehenderet̄ sub verbis precedētibus statuti vel fieri fecerit. Et sic illa verba vel mandauerit essent superflua ꝛ insuper coniunctio ponit̄ inter diuersa vt no.glo.in rubrica.ff.de iur.ꝛ fac.igno. Preterea dictū statutū irrogat penā capitis ei q depositū fecerit ꝓ homicidio fiendo. E sic nō req̄rit ꝙ sit cōmissum homicidiū ꝛ si punit̄ pena capitis ille q fecit depositum pro homicidio faciendo pari rōne puniri dʒ ille q actualiter pecuniā dedit cū plus sit dare q̄ deponere.iō sil'is pena imponenda videtur danti q̄ deponenti. Et q̄ minus nō videtur delinquere qui accipit pecuniā pro homicidio faciendo q̄ qui pecuniam dat ob similem cām: ideo videtur ꝙ dicta pena amputationis capitis sit irrogāda vigore dicti statuti ei q acceperit pecuniā ꝓ homicidio perpetrādo: saltē cōcurrente alio statuto disponēte ꝙ in penis irrogādis ꝓcedat̄ de similibus ad sil'ia vbi simile in statutis reperiri pōt alias recurrat̄ ad ius cōe. 4 † ¶ His tn̄ nō obstātibus saluo iudicio recti⁹ sentiētis puto ꝙ dictus Joānes nō debuerit cōdēnari pena amputationis capitis. Ad cuius rei euidētiā premitto ꝙ lʒ de iure cōi in delictis atrocioribus ꝛ in spē in delicto homicidij puniat̄ attentatū pari pena ꝓut cōsūmatū tn̄ de gn̄ali cōsuetudine ꝯtrium obseruatur vt dicit Specu.in ti.de accus.§.j.versicu.quid si primo actu quem referunt ꝛ sequuntur Cy.ꝛ Bald.in.l.si is qui cum telo.C.de sicca.ꝛ latius ibi Saly.dicens quod.d.l.nō seruat̄ de facto. 5 † Et ꝙ cōiter statuta loquūtur ꝑ verba p̄teriti ꝑfecti tp̄is: ꝛ sic denotāt actū cōsūmatum p.d.l.j.in fi.ꝙ quisq;.iur.vbi hoc cōiter no. ꝛ subijcit Saly. in.d.l.is q cū telo. vbi statutū punit delictū ꝑ v̄ba p̄teriti ꝑfecti tp̄is nō punit̄ attētatū non solū ex forma statuti sed nec ēt de iure cōi vt ibi latius ꝑ eū: quasi statutū irrogās penā delicto cōsummato noluerit eandē penā irrogari si delictū non fuerit ꝑfectū seu consūmatū. Et ex his vr̄ ꝙ vigore dicte cōsuetudinis nō debeat puniri delictū nō cōsūmatum ꝓut delictum consūmatum. 6 † Iudex em̄ in penis irrogādis dʒ seruare cōsuetudinē ꝓut statuta dicit Bal.in.d.l.si quis nō dicat rape. Ad hoc.l.de q̄bus.ff.de lega.ij.§.ex nō scripto.insti.de iu.natu.gen.ꝛ ciui.cū simi. 7 † Preterea vbi de iure cōi punit̄ attētatū nō punit̄ q̄libet attētatio. Sʒ qn̄ attētat̄ deueniendo ad actū facti ꝓximū p̄ncipali delicto. ar.d.l.si quis nō dicat rapere secus si deuenit̄ ad actū remotū vel ad actum verbi ꝓut post Jac.de rauē.ꝛ Pet.de bellap.tenet Cy.in.d.l.si qs nō dicat rapere ꝙ dixit ibi Bal.post glo.in.l.j.in prin.ff.de extraor.cri.ꝙ ꝛ voluit Saly.in.d.l.si is qui cuʒ telo.in summario ꝛ in.ij.col. dictus aūt Joānes nō deuenit ad actū ꝓximū ꝓut esset si dedisset venenū ꝛ tn̄ non fuisset secuta mors vel forte misisset venenum in potu destinato ad dādum dictis Ludo.ꝛ dōno Joāni.ad idem optime qd̄ no.Bar.in.d.l.si quis nō dicat rapere in p̄ma oppo.dicens ꝙ in delictis iura in foro fori cōsiderāt passum: iō nō punitur attētatū ex quo null⁹ patit̄ ꝛ nemo offendit̄.iō scd̄m theoricā bal. ex quo dicti Ludouic⁹ ꝛ dōn⁹ Joānes nihil passi fuerūt ꝛ nō fuerūt offensi dictus Joānes assessin⁹ deberet puniri tāq̄ ex delicto consummato ꝛ sic ꝓ homicidio: tū q̄ nō fuit deuētum ad actū ꝓximū tū etiā q̄ nemo fuit passus vel offensus a dicto Joāne ꝓpter dictā cognitiōem delinquēdi: tū etiā q̄ statutū loquit̄ ꝑ verba p̄teriti tēporis: tū maxime attēta gn̄ali cōsuetudine ꝛ obseruātia quā refert Spec.etiā ceteri doc.supra relati. Nec obstāt adducta in cōtrariuʒ nō em̄ obstat ꝙ in delictis atrociorib⁹ punit̄ attētatū ꝓut delictū cōsummatū ꝛ in specie ꝛ in homicidio ꝑ iura in ꝯtrium adducta q̄ plures respōsiones apparēt ex supra narrat: vʒ q̄ derogatū est iuri cōi ꝑ gn̄alem cōsuetudinē supra narratā. Itē q̄ iura p̄dicta itelligunt̄ qn̄ ex attētato aliquis est passus ꝛ offensus. Itē qn̄ est deuētum ad actū facti ꝓximū delicto p̄ncipali: q̄ non cōcurrunt in casu nostro. 8 † Et lʒ dictis vltimis rn̄sionib⁹ videat̄ aduersari.l.si is q cū telo loquēs de eo q cū telo ambulauerit aīo occidēdi tn̄ vr̄ intelligenda ꝛ supplēda ꝑ alias leges.nō em̄ erat ignota.d.l.si is qui cuʒ telo.doc.supra relatis q requirūt in attētato actū ꝓximum ad hoc vt puniat̄ tāq̄ cōsummatū. Et exēplificat Cy.in eo q ambulauerit cū telo aīo delictū cōsummādi ꝛ nō deuenit ad aliū actū magis ꝓpinquū.ꝛ facit optime.d.l.j.§.diu⁹.ff.ad legē corne.de sicc.loquēs in eo q cū telo vulnerauerit vel si volum⁹ magis gn̄aliter intelligere.d.l.is q cū telo dicam⁹ ꝙ saltē intelligat̄ qn̄ ambulauerit cū telo aīo tūc occidēdi: ita ꝙ homicidiū erat de ꝓximo ꝑpetrādum ꝛ nō qn̄ habuisset animū occidēdi ꝛ portasset telū vt si cōtingeret habilitas occidēdi haberet instr̄m patū ad homicidiū ꝑpetranduʒ quo casu nemo diceret ꝙ deuentū esset ad actū ꝓximū homicidio. 9 † Et ꝓpterea nō immerito Saly.in.d.l.is q cū telo summat illū text. in actu ꝓximo homicidio ꝛ in ꝓcessu materie ita etiam intelligit illū tex.ꝛ bal.ibi ita etiā intelligit summādo illū tex.in insultu cū telo. 10 † Et lʒ illa lex loquat̄ magis gn̄aliter loquit̄ indefinite: ꝛ indefinita nō semꝑ equipollet vniuersali vt ptʒ ex his q̄ hn̄tur in.l.iulian⁹ de lega.iij.ꝛ in.l.si pluribus.de lega.ij.ꝛ in.c.vt circa.de elec.lib.vj. ꝛ vbi equipollet vniuersali nō equipollet ex vigore ꝛ vi verborū. sʒ ex humanitate ꝓbat tex.in.l.si seruit⁹.ff.de ser.rusti.p̄di. ꝛ ibi not. Bal.Ang.ꝛ Rapha.fulgo.ꝙ ꝑ eundē tex.not.post pe.de bellap. Bar.ꝛ Imo.in.d.l.si plurib⁹. Sʒ nō esset humanū ꝙ q̄libet ambulans cū telo aīo occidēdi puniret̄ pena capitali q̄ puniunt̄ siccarij. ideo illa indefinita.d.l.si is qui cū telo non verificetur in quolibet ambulante cum telo animo occidendi. Sed in eo qui deuenerit ad actum proximum homicidio puta vulnerando vel insultando ꝛ sic offendente alium animo occidendi: tunc autem indefinita eq̄pollet vniuersali qn̄ est eadē cōditio ꝛ rō oīm cōprehensorum in vniuersali al's secus vt no.gl.Bar.ꝛ doc.in.d.l.si pluribus ꝛ glo.et doc.i.d.c.vt circa. 11 † Sʒ in terminis.d.l.si is q cū telo nō est eadē rō ꝛ eadē cōditio oīm ambulātiū: cū telo aīo occidēdi ꝑ supra adducta merito indefinita ibi nō eq̄polleat vniuersali: sʒ restringat̄ ad eū q ambulādo cū telo deuenerit ad actū facti ꝓximū homicidio ex quo facto alius passus fuerit aliquā offensam ꝙ non contingit in casu isto. Et p̄dicta trahi pn̄t ad terminos statuti descripti supra in themate loquēte de eo q mādauerit homicidū fieri. vr̄ em̄ intelligēdū ī eo q mādauerit fieri homicidiū ꝙ postea fuerit ꝑpetratū ꝙ satis ꝑsuadet̄. Attēta gn̄ali ꝯsuetudine supra relata q̄ nō pūit̄ attētatū: ꝓut ꝯsūmatū etiā in homicidio ꝛ atrocioribus delictis. Et attēto ꝙ idē statutū loquēs ī faciēte homicidiū ꝯsiderat actū cōsūmatū ꝛ sic nō punit̄ si solū attētauit occidere: ita ꝙ ē verisil'e ꝙ ꝓut statutū nō punit homicidā nisi homicidiū cōsummauerit: ita nec cēseatur punire mādātē homicidiū cōmitti nisi homicidiū fuerit secutū ita ēt itelligat̄ ī deponēte ꝓ homicidio faciēdo.ex sequēti em̄ p̄cedētia declarāt̄.l.si seru⁹ pluriū.§.fi.de lega.j.ꝛ.l.heredes palā.§.sʒ si notā. ff.de testa. 12 † Et sic verba indefinita dicti statuti nō eq̄polleant vniuersali: sʒ restringant̄ ad casum in quo viget maior rō. Et si intelligerent̄ etiā si homicidiū nō fuerit cōsūmatū saltē intelligant̄ si fuerit deuētū ad aliquā offensam ꝛ ad actū ꝓximū homicidio ꝑ supradicta. 13 † Et q̄ statuta recipiūt interpretationē passiuam ꝛ sic restrictionē ꝑ ius cōe.l.si serui vestri.C.de noxal.ꝛ.l.sʒ si lege.§.vt gradatim.ff.de mune.ꝛ hono.ꝛ.c.cū dilectus de cōsuetu. Et ita intelligēdo dictū statutū prout intelligendum est. 14 † Non obstat aliud statutū disponens ꝙ ꝓcedatur de similibus ad similia q̄ nō sunt similia homicidiū cōsūmatū ꝛ attentatū saltē si est attentatū per ꝙ nemo

passus offensam ꝛ nō est deuentū ad actū ꝓximū homicidio per supra adducta. nec obstat. d. c. primū de homicidio lib. vj. q2 lȝ ibi puniat̄ mādās ꝓ assessinos occidi etiā nō secuto homicidio pōt ꝓbabiliter intelligi qn̄ lȝ nō fuerit secuta mors tñ deuentū fuerit ad aliquā offensam seu ad actū ꝓximū homicidio ꝓ quē aliqs patiat̄ offēsam ꝓ dicta supra ꝛ q2 nō est nouū ꝙ vna lex distinguat̄ ꝓ aliā. l. nō 15 est nouū. l. nā ꝛ posteriores. ff. de leg. † Et insup est aduertēdū ꝙ ille tex. loquit̄ in mādāte ꝛ fieri faciēte homicidiū nō aūt loquit̄ in faciēte lȝ videat̄ eadē rō est dispositio multū rigorosa ꝛ plurimum penalis: iō nō videt̄ de facili trahēda in cōsequētias. Et insup nō loquitur in pena amputationis capitis neqȝ in pena mortis. iō dato sine ꝑiudicio veritatis ꝙ ille tex. extēdat̄ ad qd̄libet attētatū: tñ nō 16 de facili trahēdus est ad penā amputationis capitis. Maxime cū nō soleat de iure canonico pena mortis irrogari ꝛ vbi cano. faciūt mētionē de morte exponūtur de morte excōmunicationis. c. ꝑ venerabilē ꝓpe finē. q filij sint legitimi. Et cū loquat̄ ꝙ sit diffidatus a toto christiano populo mirū est ꝙ intelligat̄ de pena mortis temporalis cū papa nō soleat disponere circa totū populū christianū. cū distincte sint iurisditiones ꝑ ea q̄ habētur in. c. solite de maio. et 17 obe. ꝛ in. d. c. ꝑ venerabilē cū silibus. † Preterea nō fuit intētatuȝ in inqsitione ꝙ dicti Ludouicus ꝛ dōnus Joānes fuerint christiani vt militaret dispositio dicti. c. j. de homicidio ꝓut notabiliter cōcludit Jo. an. ibi in nouella in vba christianorū se euasisse quēdam ꝓlatū ꝯ quē fuerat deductū ꝙ fecerat assessinari quēdā hominē et nō fuerat deductū ꝙ ille hō erat christianus: ꝛ ꝓpterea euasit a pena dicti. ca. j. q2 debebat deduci ꝛ ꝓbari ꝙ ille fuerat christianus secūdū Jo. an. quē refert ꝛ sequit̄ Bal. in. d. l. si qs nō dicat rapere. Ex quibus omnibus concludendum videtur ꝙ dicta sentētia non fuerit iuste lata. Laus deo.

Summarium super consilio. cciij.

1. Apotheca continetur appellatione domus. nu. 2.
3. Domus sumitur pro habitatione tantum deputata et pro simul habitantibus. nu. 6.
4. Apotheca nō cōprehenditur apellatione domus. In delictis ēt statuto aggrauante delictū offendentis in domo non verificat̄ in apotheca ꝛ ex cōi vsu loquendi.
5. Cōtract⁹ noīati nō cōprehēdunt̄ appllōne pacti vel cōuentionis.
7. Equiuocū positū in vna ꝑte testamēti ꝛ in vna significatiōe si reperiat̄ in alia testamēti ꝑte simpliciter positum interpretatur eodem modo in dubio positum.
8. Domus ꝛ apotheca quare inter se differant.
9. Domus non censetur oē illud qd̄ constat ex solo ꝛ superficie.
10. Pars nō dicitur totū ꝙ appellatione toti contineatur.
11. Legata ambigua ratione equiuoci sunt potius heredis fauore ꝙ legatarij interpretanda.

Consilium. cciij.

9 postea ab eo repetuntur et non attenditur estimum predictū. † Et nōnulli asserūt q lectura q̄ asserit bar. in tribus libris. C. nō sit edita a bar. lz in hoc nō faciā fundamētū: sed ponderari pōt. q bar. loquitur in fratribus inter quos de facili presumi pōt donatio. ar. l. si fr̄ nus. de dona. inter virū. et vxo. et bar. et doc. in. d. l. q̄ dotis. vel q predia sint empta de cōi et pro oībus: licet insista cantent de eo q actualiter emit. put quotidie occurrit maxime in rusticis: et nō loquitur
10 bar. qñ imminet alia cōiectura: prout contingit in casu nr̄o. † Insup. d. l. rura pōderat q ille q functiones soluit p p̄dijs alterius ipsa p̄dia coluerit: et sic possessionē acq̄sierit patiente dn̄o: sz in casu nostro lz dicte res fuerint posite in catastro laurētij: tn̄ laurē. nō apphendiderat possessionē vt deprehendit̄ ex ipso cōpromisso qnimo fuit cōuētū inter ipsum et dictā Angelinā vt in dc̄a bona nō intraret nec capet tenutā seu corporalē possessionē anteq̄ dictū p̄cium fuerit declaratū per ipsos arbitratores vt presupponitur in themate in cōpromisso aūt conuētū et stipulatū fuit q liceret dicto laurentio tenutā et corporalē possessionē apprehendere postq̄ p̄cium fuerit p dictos arbitratores declaratū: ideo a ɔ̄rio sensu censet̄ conuentū q anteq̄ precium fuerit declaratū nō liceret dicto Laurē-
11 tio tenutā et corporalē possessionem apprehendere. † Militat eñ in cōtractibus a contrario sensu in. l. inter socer. §. cum inter. ff. de pac. dota. et. l. eū qui ita. §. q ita. de vb. obli. cum ergo cōuenerit qd̄ prius nō intraret possessionē predictā deprehēdit̄ q possessio dictarū rerū nō erat tradita dc̄o Laurētio: lz dc̄e res essent posite in eius estimo nec pmissuz fuit a dc̄a angelina q dictus laurētius possideret: imo phibitum vigore dicte conuentionis. Et sic cessant. d. l.

rura. Ibi vel possidere alios permiserit &c. et sic ex pluribus. s. deducti̇s euidenter apparet ꝙ. d. l. rura non militat in casu isto: et conse-
12 quēter non presumitur donatio. † Cōstat etiā ex pdictis ꝙ nō fuit trāslatū dn̄ium vigore dicte vēditionis in dictū Laurē. q2 ex pura venditione et valida non trāsfertur dn̄ium sine traditione. l. traditionibus. C. de pac. multominus ex vēditione nulla vel conditionali non purificata cōditione: et p ɋ̄ns cū non psupponatur facta traditio nō obstat ꝙ dicebatur ꝙ ex contractu cōditionali trāsfertur dn̄ium pendente cōditione q2 intelligitur facta traditiōe: put loquitur. d. l. dotis fructus. §. fi. cū leg. seq. de iure dotium. et si fuisset translatū dn̄ium facta traditiōe ex cā vēditionis cōditionalis cōditione defecta cā fuisset deducta ad nō cām: et per ɋ̄ns cōpeteret repetitio p conditionē sine cā. l. si ego. in pn̄. de iure dot. et ar. fa-
13 cit. l. si fullo. de condi. sine causa cū si. † Nec ob. exceptio pscriptionis lon. tpis: q2 ad eā causandā requirunt titu. et bonafides quorū vtrūq3 cessat in casu isto. titu. n. vēditionis cessat: q2 ex quo vēditio fuit cōditionalis: et cōditio defecta censet venditio nō facta et potiusq̄ inutiliter facta vt dicit tex. in. l. j. in prin. ff. de regula cath. iō dictus Laurē. post mortē arbitri possedit sine titu. puro seu conditionali: ex quo cōditio erat defecta. Itē possedit malafide ex quo deficiebat titulus et ius non permittebat eum possidere ex dicto ti-
14 tu. † Et potius presumit malafides q̄ iuris error. vt no. bar. et ang. in. l. sz et si lege. §. scire. ff. de peti. heredi. ad hoc. l. quēadmodū. C. de agrico. et cē. li. xj. et in regula qui contra iura mercat in. vj. et maxime censet fuisse in malafide vigore dicte cōuentionis de nō intrando possessionē dictarū rerū nisi postq̄ fuerit precium declaratū: et per ɋ̄ns cessant fundamēta dicti Laurentij in contrarium. s. deducta.
15 † Et ideo heredes dicte Angeline possunt agere petitorio pbando ꝙ dicte res fuerunt dicte Angeline eorū auctricis. Et si id pbare nō possent sufficeret eis pbare ꝙ dicta Angelina possedit et qō dicta bona remāserunt in eius hereditate: et sic intētare petitionē hereditatis cū dictus Laurentius sine titulo possideat: et poterat etiā fructus repetere. l. itē veniūt. §. fructus. de peti. heredi. et q̄ habentur in. l. certum. C. de rei vendi. et. l. ex diuerso. et. l. fructus. ff. eodem titulo. Laus deo.

¶ Summarium super consilio. ccxv.

1 ¶ Locans rem nomine alterius an locatori teneatur ad pensionem vel is cuius nomine conducitur: etiā si in ea laborare reperiatur: et an obligetur ex tanta reconductione. per totum cōsilium.
2 Locatarius rem reconduxisse videtur precio simili primo si nō renunciarit presente locatore locationi infra tpa statuta.
3 Iudicate rei non nocet exceptio vbi in secūdo iudicio de nouo superuenit res.
4 Agere non potest eadem actione qui super ea succubuit etiā si ex alia iusta causa agat nisi restitutionis beneficio.
5 Testis esse non pōt in causa propria siue sui patris nec3 solus probat nisi conteste iuuetur.
6 Testis deponens super tempore per verbū circa non probat.
7 Locatarius reconduxisse non censetur rem nisi pro tempore quo stetit in re ipsa.
8 Instrumenti siue contractus verba sunt interpretanda contra eū qui nititur ex contractu.
9 Interpretatio fieri debet vt potius contractus valeat q̄ pereat lz vtrunq3 respiciant verba.
10 Reconductio non obligat tertium locatarium nomine alterius pro prima conductione.

¶ Consilium. ccxv.

1 In nomine dn̄i nostri Jesu xpi. ¶ † Licet videat pma facie dōm ꝙ dict⁹ Marti. teneat soluere dictā pēsionem: eo q2 ipse vr̄ conduxisse dictā apothecā cū pmiserit soluere dictā pēsiōe3 subdēdo infrascripta vba: et p la dicta pmessa facta volemo se tenga a mia petitiōe: v3 ipsius martini qui loqbat: put appet in scripta manu sua de q̄ in themate. Et maxime cū videat pbari per testes dicti petri ꝙ dictus Marti. postea retinuit dictā apothecam
2 faciendo laborari in dicta apotheca. † Ex quo vr̄ deprehēdi ꝙ in dicta scripta cōuenerit iter ipos martinū et Petrū ꝙ ipe martin⁹ assumpserit in se cōductionē dicte apothece et intrauerit in locū dicti Petri primi cōductoris: et ɋ̄nter ipe censeat conduxisse dcā apothecam. hoc aūt psupposito ꝙ ipe martinus censeatur conduxisse dictā apothecā vr̄ inferri ꝙ ipe teneat ad pensionē p toto tēpore: ex quo ipe nūq̄ renūciauit dictā cōductionē put renunciare debeat in pn̄tia testiū p duos mēses ante finē cōductionis: al's censet recōduxisse vigore statuti in themate descripti: et ex quo conductio fuit facta de dcā apotheca cū certis massaritijs spectātib⁹ ad exercitiū tincte pro. xx. flor. p vno anno vr̄ ꝙ p quolibet āno post
3 ea sequenti teneatur ad. xx. flor. † Nec vr̄ obstare dcō Petro acta facta in pmo iudicio: tū q2 obstet exceptio rei iudi. inter cetera vr̄ reqri ꝙ eadē res petat in scdō iudicio q̄ petebat in pmo. l. cū qrit. ff. de excep. rei iu. lz in casu nr̄o in isto scdō iudicio petitur diuersa summa: q2 petunt. xl. flor. debiti dcō petro p duob⁹ vltimis annis: cū in pmo iudicio peterent. lx. flor. p alijs tribus annis: et ɋ̄nter diuerse q̄titates fuerūt deducte in scdō iudicio et diuerse q̄titates p diuersis annis: et ɋ̄nter diuerse sunt res. qnimo diuerse cēsent cāe: q2 recōductio ex forma dicti statuti censet fcā p vno anno. Ideo si statutū interpretat ꝙ donec cōductor renunciauerit bm formā dicti statuti semp censeat recōduxisse ad annū et nō restringatur ad tps expresse cōductionis: tūc quot sunt anni postea elapsi tot censentur noue tacite cōductiones: et ɋ̄nter quot sunt anni tot cēseantur cāe debiti. ex quo infert ꝙ q̄titates petite in scdō iudicio p diuersis annis sint petite ex diuersis cāis: q2 ex diuersis tacitis cōductionibus: et ideo nō vr̄ ꝙ obstaret exceptio rei iudicate si fuisset lata snia: q2 regritur vt eadē subsit cā vt obstet in alio iudicio. l. an eadem. de excep. rei iudi. Et cui nō obstaret snia nō obstāt etiam acta et ecōtra cui obstaret snia obstāt ēt acta vt est theorica Inn. et doc. in. c. cām que. de test. et bar. in. l. sepe. in fine. de re iudica. Preterea ex alio vr̄ ꝙ non obstēt acta pmi iudicij dcō Petro: q2 lz ipe Petrus fateat rn̄dendo articulis dicti marti. ꝙ ipe petrus locauit dictā apothecā Petro noīato in dicta scripta: et ꝙ dictus Pe. cōductor habuit possessionē dicte apothece nihilomin⁹ ex quo post cōductionē dicti petri dictus martinus fecit dictā scriptā pmittendo dictam pensionē et paciscēdo ꝙ dicta apotheca staret ad ei⁹ petionem nō videtur obstare dicto petro locatori dicta locatio pus facta. Non enim negat dictus petrus locator se locasse dicto petro nec negare potest cū se fundet in dicta scripta in qua apparet ꝙ locatio fuit facta dicto petro: lz ipe petr⁹ locator pretēdit in scdō iudicio ꝙ dict⁹ petr⁹ dictā cōductiōe3 fecit p. d. martino et ei⁹ noīe: et ideo acta pmi iudicij nō vr̄r obstare intētioni dicti petri in isto secūdo iudicio. ex qbus vr̄ cōcludēdū ꝙ partes iudicis esse debeant
4 in cōdēnando dictū martinū in q̄titate petita. ¶ † Cū predictis minime refragātibus ɔ̄riū puto aperta fronte ɔcludēdū p cui⁹ rei euidētia ponderādū est ꝙ dict⁹ pe. agēs in scdō iudicio vt se fundāte in ɔductiōe facta in anno. M. cccclxxxij. die pma Januarij. ptendens dictā cōductionē factā fuisse p dictū Pet. noīe ipsi⁹ martini et successiue in tacitis recōductionib⁹ factis per dictū Mart. vigore dicte prime conductionis facte eius noīe et nō se fundat in conuentione facta tpe dicte scripte que fuit alio tpe facta: lz dict⁹ petrus nullatenus probat ꝙ dicta cōductio p dictū petrum facta die pma Januarij fuerit facta noīe dicti Marti. ergo dictus deficit in salutari suo q2 nō pbat cā3 in libello deductā: ideo succūbere debet etiā si aliā cām crediti probaret per. l. habebat. in pn̄. de isti. Debet. n. snia esse cōformis libello. l. vt fundus. ff. cōmu. diui. et. c. lz ely. de symo. et in cle. sepe. post prin. de vb. sig. et hoc si dictus petr⁹ vult se niti vigore tacite reconductionis si aūt velit se fundare: q2 dict⁹ Mar. retinuerit dictā apothecā p q̄tuor ānos et dcā apotheca fuerit solita pensionari pro. xx. flore. quolz anno. Et sic ꝙ tanq̄ vsus fuerit dcā apotheca teneat ad q̄titatem petitā put etiam ad hanc cām vr̄r posse adaptari verba libelli et tūc erat necesse dcō pe. legitime pbare ꝙ dictus mar. retinuit dictā apothecā p duos annos vltimos deductos in libello: qō minime pbatū est vt immediate deducā: iō ex hoc capite dict⁹ mar. venit absoluēd⁹. ꝙ aūt dict⁹ pe. pdicta legitime nō pbauerit deducit pōderādo dcā testiū pductor. p pte dci petri. Et pmo capiēdo dcm̄ Hiero. andree: qui licet deponat ꝙ dict⁹ mar. retinuit apothecā per q̄tuor annos post discessū dci Pe. et in ea fecit exercere artē tintorie interrogatus in cā scie ꝙ Andreas cechi eius pater ibi exercitauit et fecit artem tintorie ad instantiā dicti Martini: et hoc super primo caplo. super q̄rto et quinto articulis dicit ꝙ dictus Marti. retinuit apothecam et clauē ipsius p quatuor vel qnq3 annos interrogatus in cā scie: q2 vidit dictū Marti. dicto tpe dictā apothecam retinere et eius clauē et sup interrogatorijs dixit se nil aliud scire nisi ꝙ ipe testis et ei⁹ pater retinuerūt dcō tpe dictā clauē ad instātiā dicti Joannis. iste testis lz videat pbare intētiōe3 dicti Petri quo ad retētionē dcē apothece. et claues ipsi⁹: tū non vr̄ idoneus testis ex quo deponit se nihil aliud scire nisi ꝙ ipse testis et eius pater retinuerūt dictam clauem ad instantiam dicti Mar. Et ex quo sup quarto et. v. artic. deposuerat ꝙ vidit retinere dictā apothecā et clauē vr̄ intelligēd⁹ de retētione mediāte ipso teste et Andrea eius pr̄e: ex quo verbum retinere determinat apothecā: et eius clauē vn̄ d3 in dubio pariter determinare p ea que habent in. l. fi. C. de sen. et interlocu. et in. l. iā hoc iure. de vul. cū concor. et quo ad retētionē clauis intelligit de retentione facta p ipsum testē et ei⁹ patrem ad instātiā dci Marti. al's esset subipsi ɔ̄ri⁹. Ita ēt quo ad retētiōe3 apothece intelligat de retētiōe fcā mediāte retētiōe andree seu ipsius testis ad instantiā dicti marti. attēto maxime eo ꝙ ipse deponit sup pmo articulo et attento eo ꝙ deponūt Stephanus et Joānes alij testes qui de
5 ponūt de dicto Andrea et non de dicto Mar. † Et q2 si ipse et eius pater retinuerint ipsam apothecā et eius clauē ipsi deberēt teneri nisi retinuissent ad alterius instātiā. Ideo dictus testis vr̄ suspect⁹ tanq̄ deponens in cā ppria et sui pr̄is. ar. l. oībus. C. de test. et. l. nullus idoneus. ff. eo. ti. et. l. qui iurisdictioni. ff. de iur. om. iu. Preterea non sequitur andreas retinuit clauē vel apothecā ad instantiā Mar. ergo mart. obligat dn̄o apothece: q2 si mandaui titio ꝙ cōducat

ducat vel retineat apotheca gayū τ titium eam conducit a gayo τ apothecā retinet inter me τ titiū oritˀ actio mādati:τ lȝ titiꝰ cōduxerit ad mei instantiā τ apothecā retineat ad mei mādatū:τ sic ad mei instantiā:tñ nō teneor gayo. Sȝ titius tenetˀ gayo ar.l.si mandata.ff.mandati.τ.l.q mandatū.eo.ti.τ.l.ꝓcurator q pro euictiōe cum ibi no.ff.de proc. Stephanus aūt scōs testis nihil vř effectualiter ꝓbare:qꝛ solū probat ꝙ postꝗ Petrꝰ recessit a dicta apotheca eā introiuit τ laborauit ibi andreas de asisio et ignorat ad cuiꝰ instantiā.τ sic nō nocet dicto Martino. Et licȝ deponat ꝙ tēpore quo Pet.stetit in dicta apotheca ipē testis laborauit in vna cū dicto petro. Sed erat solutus de sua mercede a dicto martino.ꝙ q dē dictū nō nocet dicto martino:tum qꝛ non loquitˀ de tpe de quo agitˀ in hac cā:tū maxime qꝛ nō sequitˀ fuit ipē testis solutus de sua mercede a dcō martino:ergo martinꝰ retinebat apothecā. ꝑterea in dicta solutiōe nō hȝ cōtestes. D. Joānes aūt tertius testis deponit ꝙ postꝗ dictꝰ petrus exiuit dictā apothecā τ introiuit dictus Andreas ad instantiā dicti martini in ea laborādo τ exercēdo artē tētorie ad instantiā τ pro ipō martino τ ꝙ ꝑ mercede laboris dicti And. dictus martinus soluebat ei bononenos.xxiiij. pro quali bet ebdomada interrogatꝰ in cā scie dixit:qꝛ ꝑdicta vidit. iste testis nō probat cōtra dictū martinū:qꝛ ꝙ ipē introiret dictā apothecā ad instantiā dicti martini nō est bona redditio cāe:qꝛ illd qd ad instantiā martini nō cadit in sensum visus. Itē nō seqtur intrauit ad instantiā martini τ laborauit ad eius instantiā in apotheca petri: ergo martinꝰ est obligatꝰ petro.ar.l.si mandato.cū si.vt.C.deduxi. Et siſr nō seqtur laborauit andreas ad instātiā dicti martini τ pro dicto martino τ ꝑ eius opa solnebat sibi mercedē:ergo dictus martinus obligatˀ ad pensionē dicto petro ꝑ dicta apotheca:qꝛ poterat dictus Andreas retinere apothecā τ rōne hypothece recipere maiorē mercedē a dicto martino. Itē poterat se cōuenisse cuȝ dicto Andrea de conseruando ipm indēnē vel de soluēdo mercedeȝ: nō tñ ꝑ hoc erat obligatus petro. Sed dicto Andree ar.d.l.si mandato.cū si.τ que.s̄.dicta fuerunt. Et sic probatio nō ꝯcludit necessario.ꝑut cōcludere dȝ.c.in ꝑñtia.extra.de prob.l.nō hoc.C.vñ le. cū cōcor.

6 †Preterea τ tertio non ꝑbat dictū istius testis:qꝛ interrogatꝰ de tpe dixit ꝙ iam sunt anni tres vel circa que dictio circa reddit dictū testis ambiguum per id qd hř in.c.attestatiōes.τ.c.si. de sponsa.impuberū vbi.d.anto.dicit ꝙ dictū testis deponentis ꝑdictionem circa nō probat τ in ꝑposito nostro dictuȝ ipsius testis nō arctat ad tps duoꝝ annoꝝ de quibꝰ est actū in ꝑsenti cā.

7 †Magister bartholomeꝰ q̄rtꝰ testis minus ꝑbat. Nā lȝ deponat ꝙ postꝗ dictꝰ petrꝰ discessit de dicta apotheca.d.mart.vna cū quodā andrea de asisio stetit in dicta apotheca in hoc ꝙ martinꝰ steterit nō hȝ cōtestē.ideo nō ꝑbat.l.iurisiurādi.C.de test.τ.c.lȝ ex quadā.extra.eo.ti.cū si.itē iste testis nō deponit de tpe duoꝝ annoꝝ q deducuntˀ in ista vltima cā:sȝ potius vř deponere de tpe anteriori cum deponat pmo de tpe postꝗ discessit dictꝰ pet.τ postea subdit ꝙ de anno.M.cccclxxiiij.ipē testis laborauit seu laborari fecit in dcā apotheca τ ea vsus fuit de lcia τ volūtate dicti marti.τ ꝙ ꝑ pcio et mercede τ pēsione dicte domus soluit dicto mar.vnū ducatū tāꝗ locatori dicte apothece:qꝛ annis.M.cccclxxiiij.nō cōprehenditˀ in dictis duobꝰ annis pro qbus agitˀ:τ lȝ si cōduxisset cēseretur cōtinuasse cōductionē vigore statuti. Non ita vř si retinuisset absꝗ ꝯductiōe:qꝛ vba statuti ad eū nō adaptantˀ vbi cessant verba cessat iuris dispō.l.iiij.§.ꝑtor ait.ver.totiēs.de dā.infe.τ.l.ita aūt.in ꝑn.de admini.tu.τ.l.si seruū.§.nō dixit ꝑtor.de acq.here.cū si.maxime cū sumus in exorbitātibꝰ a iure cōi.ar.c.que a iure cōi exorbitāt.de reg.iu.τ.l.ius singulˀe.τ.l.qd ꝯo ꝯ.de leg.ꝑut ꝯtingit i casu isto:qꝛ de iure cōi ēt cōductor domus nō cēsetur recōduxisse nisi solum ꝑ tpe quo stetit in domo.ff.locati.l.itē queritur.§.qui impleto.ex qbꝰ pȝ ꝙ testes in hac cā examinati ꝑ dcō petro nō ꝑbāt intētionē dicti pe.τ actore nō plene ꝑbāte reꝰ dȝ absolui.l.q accusare.C.de edendo.cū cōcor.siſr testes examinati in primo iudicio siſr nō releuāt. Nā bartholomeus lȝ deponat ꝙ audiuit interdū dici a dicto mar.ꝙ erat sibi necesse soluere dcō petro dño dicte apothece certā q̄titatē pecunie:lȝ ignoraret qua cā nil releuat:qꝛ potuit teneri ex alia cā. Itē si petrꝰ tenuit ad eius instantiam habebat necesse soluere ꝑ ipso petro ꝯductore:lȝ nō esset obligatus petro locatori. Itē in hoc nō hȝ ꝯtestē. Itē lȝ deponat ꝙ vidit andreā exercere artē tētorie in dcā apotheca ꝑ dcō martio nō reddit cām scie idoneā ꝙ ꝑ.d.martino artē exercuerit:qꝛ id non videtˀ merito τc. Christoforus ēt nil releuat:qꝛ solū deponit de tpe quo dictꝰ petrꝰ retinuit dictā apothecā τ ēt ꝑ dcō tpe eius dictū nō artat vt satis deducitˀ ex supradictis siſr dictū thome nō artat attētis.s̄.dictis.τ licet super.v.τ.vj.articulis deponat ꝙ post discessum dicti petri de dicta apotheca vidit stare dictū martinū:nō sequitˀ stabat in dicta apotheca:ergo tenetur ad pensionē:qꝛ sepe ꝯtingit ꝙ quis stat in apothecis ad solatium τ ex alia causa. Preterea isti tres testes nō deponunt de tpe deducto in presenti causa:τ preterea etiā ex hoc non releuant per ea que habentur in.l.eū actū.ff.de neg gest.τ in.l. non solum.§.sciendū ꝯsic.sed vt probari.ff.de noui oper.nun.τ in l.ij.C.de peti.here. Et ex his pȝ ꝙ dictus martinus venit absoluendus a petitione dicti petri quo ad solutionē pēsionis:τ fortius a restitutione massaritiarū que non probantˀ peruenisse ad eius manꝰ et maxime predicta procedūt ex quo appet ꝙ.d.pet.cōduxit a dicto petro dictā apothecā τ eam nunꝗ renunciauit:ꝑut renūciare debebat ſm formā statuti τ attento ꝙ statutū ꝓhibet cōduci apothecā ab alio cōductam τ qs non censetur facere actum prohibitū l.merito.ff.pro socio. Nec obstāt verba dicte scripte facte inter dictū marti.τ petrū dñm apothece. Nā verba dicte scripte nullā mentionem faciunt de cōductione facta vel facienda:lȝ aūt ꝑmittat dictus martinus flor.xx.dicto petro vigore vnius pensiōis tente certis massaritijs tamē se refert ad pēsionē inceptā per petrū die prima Januarij.M.cccclxxiij.finienda per totū mēsem Decembris ita quod non est noua cōductio:sed ꝑmissio soluēdi pēsionem cōductionis facte per dictū petrum τ ita sonant verba a quibus non est recedēdum in.l.j.§.sed si nauem.ff.de exerci.τ.l.non aliter.ff.de lega.iij.

8 †Et maxime:qꝛ in ꝯtibus verba interpretantˀ ꝯ eū q nititur ex contractu.l.labeo.τ.l.si in emptione.ff.de cōtrah.empt.τ ꝙ hř in.l.veteribus.ff.de pac. Attēto etiā ꝙ tpe dicte scripte erāt elapsi plures menses pro quibus debebatur pars dicte pensiōis adeo ꝙ pro tpe decurso impoſſis erat cōductio apothece:qꝛ tps ꝑteritū redire nō pōt. Ita qd ex quo vnica q̄titas ē ꝑmissa τ vba ꝑmissionis respiciunt pariter tps preteritū τ tps futurū:ideo debent illa tpa determinare.ar.l.iam hoc iure.τ.l.lucius.ff.de vulg.τ pup.τ.l. fi.C.de senten.cum si.τ insuper statutū annullat conductionem facta tpe quo alius conduxit.

9 †Et interpretatio dȝ fieri vt actus valeat τ non vitietˀ.l.quotiēs.in actionibus.ff.de re.dub.τ.c.si papa. de priui.li.vj.cū si. Ideo dicta ꝑmissio pensionis facta per dictum Martinum dicto petro nō dȝ interpretari facta rōne noue cōductionis:sed facta ꝑ soluendo debito dicti petri cōductoris. Nec refragatur cl'a que subditur in dicta scripta.s.ꝙ dicta apotheca retineatur ad instātiā dicti martini pro dicta ꝑmissione.s.facta ꝑ dicto petro:qꝛ dicta verba nō artāt ad interpretādū conductionem maxime ꝓhibitā:sed potius intelligenda sunt ꝙ dictus martinus retineret dictā apothecā ꝑ sua securitate vel forte dictus petrꝰ volebat recedere τ dictus marti.eius ꝑmissor volebat ꝙ dicta apotheca non staret clausa:sed vti commoditate dicte apothece loco dicti petri conductoris ꝙ non erat a statuto prohibito:τ sic conuentio de soluendo q̄titatē pensionis τ cōuentio ꝙ apotheca teneretˀ ad eius petitionem respiciant conductionem dicti Petri τ non nouam conductionem factā per.d.Martinum.

10 †Et lȝ petrꝰ censeatˀ continue reconduxisse vigore dicti statuti:tñ tacita recōductio nō obligat tertiam personā obligatā pro ꝑma cōductione.d.l.itē queritur.§.qui impleto. Jō dictus martinus obligatus pro dicto petro ꝑ prima expssa cōductione non censetˀ obligatus pro tacita vel tacitis reconductionibus τ ex his pȝ ꝙ dicto martino non obstet cōuētio de qua in dicta scripta. Nec etiā obstāt alia adducta in cōtrarium:qꝛ dato sine preiudicio veritatis ꝙ acta primi iudicij nō obstarent dicto petro nihilominus obstant ꝙ nihil probat:ꝓbat de intētione sua quo ad deducta in scōo iudicio:et in hoc facio ꝑncipale fundamentū τ si acta ꝑmi iudicij nō nocēt petro pariter nec nocent martino.cōductio aūt dicti petri satis appet ex dcā scripta ꝑducta ēt in hoc vltio iudicio. Jō nō ē opus insistere ꝙ acta primi iudicij nō ꝑbēt in isto scōo iudicio lȝ instari posset. Laus deo.

Summarium super cōsilio.ccxvj.

1. Compromitti siue trāsigi non potest super re iudicata etiam principis rescripto.
2. Ferie variantur secundum consuetudinem locorum.
3. Judicata res pro veritate habetur.
4. Compromissum equiparatur transactioni.
5. Rescripti siue compromissi forma est seruanda nec tenet sentētia lata per compromissarios vltra tempora limitata.
6. Negatio preposita verbo potest quando actum reddat nullum.
7. Ablatiui absolute positi reddunt actum conditionalem.
8. Rescripta delegationes strictam patiuntur interpretationem.
9. Rescripta non presumuntur fieri motu proprio rescribentiū imo ad instantiam partis.
10. Compromisso recedere quando quis videatur.
11. Restitutio in integrum non datur nisi causa lesionis τ dolo aduersarij.
12. Copromittendo minor lesus censetur.

Consilium.ccxvj.

1 In noie domini nostri iesu xpi. †Multū diffuse τ eleganter pñs ꝯsultatio discussa est ꝑ excellētissimū. U. J. doc. dñm Bulgarinū de bulgarinis senēsem fratrē boñ. Et merito iure mediāte decisum ꝙ partes iudicis delegati ꝑ magnificos dños officiales bailie ciuitatis Senarū deberēt esse in ꝑnūciādo diffinitiue sup causa principali τ nō in restituendo in integrū vel ꝑnūciando cōpromissum adeo ꝙ nō mediocriter miror ꝙ iudex viso consilio ꝑnūciauerit ꝙ inter dictas partes deberet fieri cōpromissuȝ. Nam in suprascripto cōsilio meo iudicio optimis ac claris medijs

deducitur ꝙ in dicta causa non debeat pronunciari ꝙ fieret compromissum nec poterat iudex super hoc pronunciare. In themate autem mihi ostenso presupponitur qḋ fuit in causa principali per assessorem potestatis sententiatum in fauorez Bartholomei agentis: ꝛ licet a dicta sententia fuerit pro parte conuenta appellatum ꝛ in causa appellationis petitum compromissum ꝛ demum factis probationibus super incidenti questione compromissi: qꝛ sera fuit petitio compromissi: cum porrecta fuerit petitio restitutionis in integrum aduersus petitionem compromissi non factā tempore debito. Et sic in principio litis prout disponit lex municipalis sub rubrica de compromissis petendis super qua incidēti questione restitutionis in integrum dicitur fuisse pronunciatum dictam dominam agnetem fore et esse restituendam aduersus obmissam petitionem compromissi et fuisset per iudicem restitutam ꝛ pronunciatum debere fieri compromissum: tamen in themate dicitur ꝙ predicte proncie fuerunt nulle: quia finita instantia appellationis quia per statutum disponitur qḋ cause appellationis instantie duret per mensem a die dati libelli coram iudice ad quem qui libellus fuit datus die. xxvij. Augusti. ꝛ die. xxviij. Septemb. fuit pronunciatum. ꝛ sic. xxxij. die post diem libelli porrecti coram iudice ad quem. Adeo ꝙ si intra dictum tempus non interuene-
2 runt aliqui dies feriati propter messes vel vendemias † que ferie
3 variantur ſm consuetudinem locorum. l. pridie. ff. de fer. † Cōstat ꝙ erat finita instantia ꝛ consequenter sentētia pro Bartholomeo lata transiuerit in rem iudicatam. Et res iudicata habetur pro veritate. i. res iudicata. ff. de regulis iuris. ꝛ facit ius inter partes: nec potest res iudicata per rescriptum etiam principis rescindi. l. fina. C. senten. rescin. non pos. ꝛ facit. l. causas. C. de transac. ꝛ. l. omnes C. si contra ius vel vti. publi. Ideo p rescriptū officialiū bailie non pōt res iudicata rescindi maxīe cū de re iudicata mētio i rescripto non fiat qnimmo in rescripto iniungit̄ delegato ꝙ de iure sententiet: ꝛ sic nō fuit intētio delegātiū tollere ius parti q̄situ p rē iudicatā. Nec cōpromissuz fieri dz post rē iudi. put nec trāsactio. l. post
4 rem iudicatā. ff. de transa. † Cui trāsactioni cōpromissum assimilat̄
5 aūt. si vero contigerit. C. de iudi. † Itaqꝫ etiaz ex hoc medio dicta pronuncia cōpromissi apparet iniusta. Et ꝓfert ēt ꝙ sit nulla dcā aūt nullitas ꝛ iniustitia dicte pnūcie late p dcm̄ iudicē delegatum clariꝰ ꝛ euidenter deducit̄ p adducta p dn̄m cōsulētē: nā petitio cōpromissi fieri dz in pncipio litis in casibꝰ in quibꝰ cōpromissuz peti pōt vt expresse disponit. l. municipalis qḋ minime factum fuit in casu isto. Itē forma rescripti delegationis est diligēter obseruāda adeo ꝙ gesta p delegatū vltra formā rescripti sunt nulla. c. cum dilecta. de rescri. c. cū olim. de offi. dele. ꝛ. l. diligēter. ff. mādati. Vba aūt rescripti sonāt ꝙ ipe iudex delegatus sua snīa decidat cām pncipalē nō aūt ꝙ nō pnūciet decidēdā mediāte cōpromisso per arbitros vt late ꝛ egregie deducit dn̄s consulens non repeto. Preterea in rescripto iniungit̄ ꝙ partes possint pducere allegare ꝛ petere oīa iura eoꝝ: ita ꝛ taliter ꝙ quelibet pars possit ꝛ valeat producere petere ꝛ allegare oīa ꝛ singula eoꝝ iura: ꝛ intellectis ꝛ auditis p̄dictis ambarū partiū in dicto mense. ꝭ. aliū mensem ꝛc. Et p ꝗ̄s rescribentes statuunt ꝛ limitāt tp̄s infra qḋ partes possint petere qḋ volunt corā iudice delegato. Et ideo postea denegant facultatem petendi a contrario sensu per iura vulgaria: ꝛ sic videtur perinde ac si dixissent ꝙ post mensem non possint producere iura sua: neqꝫ petere quo casu productio ꝛ petitio censeri debet nulla ipo iu-
6 re. ¶ † Quia negatio ꝓposita vbo pōt reddit actū nullū ipso iure. c. j. ꝛ qḋ ibi per glo. de reg. iur. lib. vj. ꝛ. l. de his. ꝛ que ibi p bar. ꝛ doc. ff. de transac. ꝛ. l. solemus. §. latrūculator. ff. de iud. cū si. Iḋ petitio cōpromissi ēt ex hoc capite reddit̄ nulla cū dcā petitio facta fuerit post primū mēsem: qꝛ rescriptū fuit datū die. xiij. mēsis. octobris. ꝛ die. xiij. Nouēbris fuerit presentatū ꝛ petitū p parte domīe Agnetis ipsam cām principalē p officiū ipsiꝰ iudicis delegati cognosci ꝛ snīari ꝛc. Et sic presentatū fuit vltia die p̄mi mensis ꝛ gēgd post illam diē pductū ꝛ petitū fuit vꝫ vltra formā mādati pductū ꝛ petitū. ꝛ ꝗ̄nter nulliter p iura. s. adducta p quo faciunt alia vba que subdunt̄ in dcō decreto ibi ꝛ intellectis ꝛ auditis iuribꝰ
7 predictis ambarū ptium in dicto mense que vba vnr̄ facere conditionem. † Quia ablatini absoluti dn̄r reddere dispositionē conditionalē. l. a testatore. de condi. ꝛ demon. ꝛ. l. euictis agris. ff. de vsur. et secūdū hoc est sensus ꝙ non auditis ꝛ non intellectis iuribꝰ predictis in dicto mense non habeat iudicare ꝛ pro hac interpretatio ne facit: qꝛ dictum decretum plurimum exorbitat a iure commu-
8 ni. † Ideo si est validū est stricte immo strictissime interpretandū cū regulariter delegationes sint stricte interpretande vt no. glo. in cle. j. de offi. deleg. ꝛ gl. ꝛ doc. in. c. j. de rescrip. li. vj. ꝛ doc. in. c. sedes eo. titu. in antiquis. ꝛ recessus a iure est etiā stricte interpretandꝰ. l. ius singulare. ꝛ. l. quod vero cōtra. ff. de le. ꝛ. c. que a iure cōmuni exorbitant. de reg. iur. in. vj. Et ideo dictū decretum restringat̄ ad mensem tūc immediate inchoandū vt sic restringat̄ ꝛ non amplieṫ ad mensem inchoandum die presentationis ꝛ imputet sibi isad cuius instantiam emanauit ipsum decretum si immediate non pre-
9 sentauit. † Est enim presumēdum ꝙ ad instantiā partis emanauerit ꝛ non ꝓprio motu rescribētiū. c. si motu ꝓprio. de preben. libro vj. cū ibi notatis. Ex his igitur et principaliter per adducta p dn̄z consulentē intrepide cōcludendū arbitror ꝙ dicta pnuncia ꝙ debeat fieri cōpromissum fuerit ꝛ sit nulla: licet enim consilium redditū fuerit ante dictā pnunciā latā tamen rōnes in eo adducte artant ad nullitatē dicte pronuncie ꝛ etiam ad iniustitiam ipsius pnuncie stante maxime nullitate supradicte snīe late in causa appellationis: qꝛ lata fuerit post finitam instantiā put in themate p̄supponitur: licet etiā si dicta pronuncia fuisset valida idē concludendum foret. Nam a dicta pronuncia lata ad instātiā dn̄e Agnetis cēseretur fuisse recessum per dn̄m decretū attentis rōnibus adductis s. ꝛ adductis in consi. ꝛ maxime attenta p̄ntatione dicti decreti et petitione facta pro pte dn̄e Agnetis ꝛ petitione ꝙ p offm̄ ipsiꝰ iu-
10 dicis delegati de cā principali cognoscat ꝛ sententieṫ. † Non etiam post cōpromissum factū eoipso ꝙ pars vadit ad iudicē censeṫ a cōpromisso recessum. l. siquidē. ff. de arbi. pariter ꝛ fortius censeṫ esse recessum a cōpromisso faciendo: qꝛ facilius impediuntur facienda q̄ iam facta. c. ad apostolicam. de reg. ꝛ. l. pater a furioso. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. ad idem. l. oratio. de spon. tangit plura dominus consulens circa restitutionē. in integ. ꝛ egregie quidē tamē qꝛ coram iudice delegato non presupponitur ꝙ fuerit concessa: qnimmo nec petita in integrum restitutio inuestigatio an sit cōcedēda restitutio in integrum nō videtur necessaria circa presentē consultationē. placet tn̄ conclusio per eū facta adeo ꝙ si fuisset petita non debuisset concedi per adducta p ipm̄ dn̄m consulentem quem
11 non repeto. † Et presertim: qꝛ restitutio in integrū nō cōcedit̄ minori nisi aduersus actū in quo fuerit lesus dolo aduersarij vel sui fa-
12 cilitate. l. fi. C. de in integ. resti. mi. † In dubio aūt non videṫ lesus minor si nō petit fieri cōpromissum: qꝛ imo eoipso ꝙ minor cōpromittit censetur ledi. l. si minor. xxv. annis filiofa. §. j. ff. de mino. Super quo vlterius non insisto cum fuerim de sola subscriptione requisitus. Laus deo.

¶ Summarium super consilio. ccxvij.

1 ¶ Iudicia torture faciunt beruarij viles persone ꝛ socij mortui.
2 Testes inhabiles probant actum qui non potest verificari p alias personas.
3 Iniuriarum siue inquisitionis libellus necesse habet continere tēpus ꝛ diem que sunt probanda simul.
4 Testis deponēs de vna percussione licet plures facte deducantur non probat nisi vnam.
5 Testis deponens de actu siue delicto noctu siue ad lunā facto ꝛ delinquentem non cognoscens minime probat.
6 Torture ꝙ accusatus seu inquisitus qui statuto non subijciatur nisi condēnandus veniat pena centum aureorū an habeat locum quando inquisitus de pluribus delictis simul iunctus veniret condēnandus dicta pena.
7 Delicta plura simul concurrentia sunt consideranda de per se nec simul iniunguntur vt faciant vnū magnum delictum.
8 Pena ciuilis non equiparatur criminali.
9 Pactum per quod tollitur ius priuati sibi publica auctoritate cōcessum valet secus si tollatur ius publicum quia tunc nō tenet etiā cum iuramento aut pena.
10 Bannitus censetur hostis ciuitatis.

¶ Consilium. ccxvij.

In nomine dn̄i nostri Iesu christi. ¶ † Viso themate ꝛ copia inquisitionis: et
1 copia quorundam statutorum de quibus infra facio mentionem et copia attestationum ad me transmissa videtur prima facie dicendum qḋ dictus Sebastianus veniat condēnandus pro delictis in inquisitione deductis: et saltem ꝙ possit subijci torture qua mediante verisimiliter confitebitur delicta in inquisitione deducta. Nam prout in themate presupponitur per duos testes probatur qḋ dictus Sebastianus percussit dictum Joannem in personam pluribus percussionibus et per vnum testem qḋ dictus. Joan. percussit et vulnerauit dictum Sebastianum in facie cum sanguinis effusione cuius dictum coadiuuatur per dictū alterius qui deponit qḋ vidit dictum Joan. percussum in facie. et sanguis deguttabat per faciez. † Nec ob. qḋ erat sanguinolentes ꝛ sanguis degut... qḋ dicti testes erant socij militis: et sic beruarij qui beruarij vtplurimum solent esse viles persone: quia ex quo delicta fuerunt perpetrata de nocte ꝛ verisimiliter nō interuenientibꝰ alijs p̄sonis talia delicta verisimiliter probari nō poterant nisi per ipos beruaros ꝛ quādo factū non potest probari verisimiliter per alias p̄sonas admittuntur testes alias inhabiles in. l. consensu cum. ibi not. C. de repud. Preterea dato sine preiudicio veritatis qḋ dicta delicta nō sint plene probata: tamen negari non potest: quin dicte attestationes faciant iudicium quod est minus q̄ semiplena probatio iuxta no. per Barto. in. l. maritus. ꝛ in. l. fi. ff. de quest. ꝛ per glos. in. l. cum probatio. ff. de proba. ꝛ per consequens negari non potest quin dicte attestatiōes faciāt iudicium. Item constat qḋ pro delictis intentatis

tentatis in inquisitione irroganda venit maior pena.c.librarum. Et vbi venit imponenda pena a.c. libr. supra potest quis poni ad torturam ex forma statutorum et si mediante tortura confitebitur delicta veniat condẽnandus pro delictis intẽtatis & de treuga rupta nõ obstãte q alleget q fecerit ob nouã causam: q nõ presupponitur causa per quã verisimiliter debuerit induci ad pcutiendum ita q est verisimile q potius motus fuerit ob cãm antiquã et insuper non est expeditũ q offendẽs ex noua cã: licet nõ censeatur rumpere pacẽ nõ cẽseat rumpere treugã: vt habetur in.l.qui seruũ

3 ff.de ver.obli.† His tñ non obstantibus ɔtrarium puto de iure respondendũ.vz q.d.Sebastianus inquisitus veniat absoluendus a contentis in inquisitione.nõ em̃ pbatur delictum in inqsitione deductũ. nam in libello inqsitionis est deductus mẽsis & annus: put de iure deduci debent in libello criminali tanq̃ de substantia libelli in.l.libellorum.cũ ibi no.ff.de accu.& tempus in libello deductuz dz probari non solum mensis & annus qui requiruntur in libello si apponitur dies delicti & nõ probatur dies reus est absoluendus vt per Barto. in.l.pantonius.§.de acqui.her.& in.l.denũciasse.§. qd tamen de adul.& in.l.is qui reus.de pub.iudi.& Bal.in.l.j.C.q acc. non pos.& Saly.in.l.pe.C.de accu.Sed testes deponentes sup delicto intentato deponunt de mense delicti: & non de anno itaq nõ probant tempus delicti in inquisitione deductum. Et licet appareat q delictum fuit perpetratum tempore talis potestatis et officium illius potestatis fuerit de illo anno in inquisitione deducto: tamen id non cõstat ex actis ipsi iudici & si aliter constaret non attenditur per ea q̃ habent in.l.illicitas.§.veritas.de offi.pre.maxime q potuit contingere q quis diuersis annis & diuersis vicibus

4 fuerit potestas eiusdem loci.† Secundo aduertendũ est qd plura delicta in inquisitione deducuntur: vz percussio sanguinolenta in facie & plures percussiones in alia parte corporis: percussio autem in facie non probatur nisi per vnum testem & dictum vnius non pbat in.l.iurisiurandi.C.de testi.cũ multis si.& insuper non deponit de Sebastiano dicit enim non cognouisse percutientem: & q prio credit eum esse de familia potestatis: ideo dãnauit factũ et postea perpendit q non erat de familia potestatis. Sed erat ille qui conduxerat militem & socios. Et licet alij testes deponant q Sebastianus eos duxit & propterea videatur dicendum q ille vnicus testis satis deponat de dicto Sebastiano. Sed quia poterant esse plue

5 res ductores non concludit necessario. † Et insuper dicit Bald. in.l. fina.§. cum igitur.C.de iure delibe.q testis non cognoscẽs delinquentem non probat delictũ insuper memini me legisse Bald. in vsibus feud.q testis deponens de eo q vidit de nocte ad lumen lune de facili fallitur: & ppterea non plene pbat multofortius in casu nostro in quo agitur de probando delicto de nocte non existẽte lumine lune. Percussiones autem in personam non probantur per plures testes: vnus em̃ deponit de duabus percussiõibus. Alius autem deponit solum q percussit cuius dictum verificatur solum in vna percussione. Ideo non probat de pluribus percussionibus. quia dictũ testis necessario concludere debet: & sic non concordant nisi in vna percussione. Et licet posset instari q etiam vna pcussio non probetur plene attenta vilitate testium & qualitate temporis nocturni supra ponderata: tamen quia in hoc non facio magnum fundamentum: quia sunt alia media magis plana: ideo nõ insisto.

6 † Et si dicatur lz nõ plene probetur nec forte semiplene percussio in facie & plures pcussiones in alia parte corporis: tamẽ saltem vr̃ q dicte attestationes faciant indicium ppter q possit poni ad torturam. Respondetur q statutum disponit qd nullus possit poni ad torturam nisi pena ascendat a.c.lib.s̃.Sz nullum ex dictis delictis venit puniendum a.c.lib.s̃.q percussio in facie si nõ est remãsura cicatrix aut signum non remãsit punitur in.c.lib.ex forma statuti: & ɔsequenter pena non est a.c.lib.s̃.vt de se constat ex quo in inqsitione non deducitur q sit remansura cicatrix vel signum: percussiones autẽ in alia parte corporis puniũtur minori pena. Ideo nullum ex dictis delictis de per se est tale q pro eo pmittatur tor-

7 tura.† Et si dicatur pro tribus percussionibus vna.s.in facie & alie vel vna tm̃ alia parte corporis venit imponenda maior pena.c.lib. rñdet q pene dictorũ delictorum sunt cõsiderande singulariter q̃libet.s.de per se & non debẽt simul iũgi vt censeatur pena a.c. libris s̃.per ea que habẽtur in.l.vbi fideiussor.ff.de fideiusso. & in.l.nã & si fur.§.fi.ff.si certum petatur.& p Ang.in.l.si idẽ cum eodẽ.ff.de iur. om.iu.in quibus iuribus habetur q vnus cõdemnatus p vno delicto in.l.lib.& pro alio in alijs.l.nõ censetur condẽnatus in centum. Adeo q statutũ loquens in condẽnato.c.non verificatur in condẽnato in.l.pro vno delicto & in condẽnato in alijs.l.pro alio delicto pari ratione non debet quis censeri condemnatus a cẽtum libris s̃.si pro vno delicto condemnatus est in centum libris et pro alio delicto est similiter condemnatus in alijs.c.lib.vel minori pena: q̃ si simul iungerentur essent a.c.lib.s̃. tamẽ non sunt simul iungẽde sed quelibet de per se cõsideranda per ea que habentur in iuribus p̃allegatis: qd maxime dicendum est in terminis nostris in quibus statutum loquitur de pena in singulari & non de pluribus penis ex quibus aperta fronte concludendum est q in terminis nostris p delictis deductis in inquisitione non potest quis poni ad torturã. Nec obst. si forte dicatur q pena posita in treuga excedat summã c.librarum. Quia respondetur q illa pena debetur ex cõtractu nõ ex maleficio.& sic est pena ciuilis & non criminalis. Ideo non est locus torture. Insuper licz probarentur plene omnia deducta in inquisitione.tamen deberet dictus Sebastianus absolui vigore statuti disponentis qd bannitum et condemnatum a quinquaginta libris.s̃.cuilibet licet impune offendere et vulnerare.ideo cum dictus Joannes vt presupponitur fuerit bannitus et condemnatus vltra quinquaginta libras.quinimmo in quingentis licet pro diuersis delictis: tamen plures pene pro singulis delictis de per se excedebãt summam quinquaginta librarum.et ideo vigore dicti sta-

8 tuti potuit impune offendi.† Et licet dictus Sebastianus promiserit dictum Joannem non offendere. Et casu quo offenderet promisit penam. nihilominus offendens non incursit penam: quia dictum statutum est factum odio bannitorum et ob publicam vtilitatem vt ciuitas purgetur prauis hominibus. Ideo pactum factum in contrarium non astringit in.l.tam et si.ff. ad macedonia. et in.l.fina.C.de pact.pig.& in.l.ius publicum.ff.de pact.& in.l.iu-

9 risgentium.§.paciscar eodem titulo.cum similibus.† Et censetur hostis ciuitatis & pactum factum a priuato cum hoste non est seruanduz.prout notat in.l.pma.§.j.ff.de dolo: prout hec latius prosequendo concludit Barto.in sua disputatione que incipit lucane ciuitatis statuto qui licet loquatur in pace: tamen ratiões preallegate & que ipse adducit pariter militant in treuga. Et idem tenent Bar.& Bald.in.l.finali.C.quando licet sin.iud.vindi.& Bal. in dicto.§.si paciscar.& in.l.j.in.vj.columna.C.si a non compe.iud. & Raynu.de for.in.l.si quis in graui.§.si ex stipulatu.ff.ad silleya. Ad idem quod notat Barto.in.l.quid ergo.§. si heres de legatis primo.& in.l.eleganter.§.finali.de pigno.actio.&.l.j.§. non fuit.ff. de dolo. Ex quibus restat conclusio qd dictus Sebastianus venit absoluendus ab omnibus in inquisitione deductis.

Laus deo.

¶ Summarium super consilio.ccxviij.

1 Agens contra filiumfamilias pro debito patris sui cum dictum filium deducat habere de bonis patris sui debitoris si filius nihil opponit sed est contumax & per consequens cõdemnetur si postea in alio iudicio vbi conuenitur vt consignet quod de bonis patris dicatur ille habere in manibus. an possit se aliqua tueri exceptione: quod dicat se filiumfamilias: & quod in dicto iudicio pater non fuerit citatus.

2 Filiusfamilias in iudicio stare quando potest absq patris consensu. Et quod possit pro debitis patris conueniri de iure gen.

3 Executio tenute cuius sit solemnitatis: & An valeat dando debitoris nomen insolitum.numero.6. & quibus non possit impugnari.numero.20.vsq ad fi.consi.

4 Notarij assertio alieni actus non probat.

5 Judicis acta quod impugnari neq̃ant ignorãtia vel nõ pductione coram eo facta.

7 Sententia lata contra principalem non preiudicat suo debitori vltra creditum.

8 Scriptura priuata licet statuto fidem faciat contra scribentem tamen non preiudicat filio aut tertio sine testium subscriptione.numero.17.

9 Stipulatio inter patrem et filium quam pariat obligationem et quo iure conueniatur a patre.

10 Pupillorum cause quandoq quod sint de facto cognoscende: & quid importet illud verbum de facto. & numero sequenti. & quandoq pro libito tractandũ.& quid importet pro libito.n.12.16.

11 Regia manus non arctatur ad seruandum iura ciuilia. nu.19.

13 Pupillorum cause quod sint tractande sine strepitu et figura iudicij. An ex eo sustentari possit iudicium agitatum contra filium familias non citato patre vt veniat ei prestare consensum.& quid importent illa verba sine strepitu.

14 Patria potestas non est inuenta de iure gentium. & an semper qs presumitur paterfamilias.

18 Pater et filius est eadem persona: & plus filium diligit q̃ seipsum.

¶ Consilium.ccxviij.

1 IN nomie domini nostri iesu christi.† ¶ Licet super hoc themate plura deducantur dubia tamen vt breuior sim: quia consultãs instat pro expeditione aliter incedam q̃ discutiendo singula dubia de per se videtur autem prima facie dicendum qd

2 sententia sit ferenda in fauorem neapolionis ex pluribus.† Et primo quia ipse neapolio tempore primorum actorum vt presupponitur erat filiusfamilias. qui filiusfamili. non censetur habere legitimam personam essendi in iudicio sine consensu patris.l.non solum.§.necessitate.C.de bonis que liberis. &.c. si annum de iudi. lib.vj. que iura gñal'r sunt intelligenda secundum sententiam glose in dicto.§. necessitate quam multi sequuntur & consuetudo approbat prout dicunt Salice.& Pau.de castro in.d.§.necessitate et

cõsuetudo est optima legũ interpres .l. cũ de interpretatiõe.ff. de leg. ꝛ.c. cũ dilectus de ꝯsue. ideo in practica videt̃ seruãda. licet de iure cõiter teneat̃ ꝯtrariũ. Nec ob. si dicatur ꝙ vbi agit̃ officio iudicis filiusfa. cẽset̃ habere idoneã ꝑsonã essendi in iudicio ꝯ not. p gl. in.l.j.C. qui admit. iũcta.l. si cui.ff. de condi. ꝛ demõ. Ad idẽ not. in l. cũ filiusfa.ff. si cer. pe. q2 vr̃ posse respõderi ꝙ tunc filiusfa. cẽsetur habere legitimã ꝑsonã qñ officiuȝ iudicis imploratur nõ in formã iudicij vt in terminis.d.l.j. qui admi. vbi nõ reqrit̃ alicuius citatio ꝛ sic non habent necessario interuenire tres ꝑsone q̃ in iudicijs habent interuenire.s. iudex actor ꝛ reus.c. forus de ver. signi. ꝛ.l. in tribus.ff. de iudi. put hec rñsio sumitur ex dictis doc. in.d.l.j. qui admitti. Adeo ꝙ Pau. de ca. refert ibi nõnullos tenere ꝙ ẽt in illis terminis si interuenit ꝯtradictor filius nõ habeat legitimã ꝑsonã. Et ideo videtur prima acta inualida ꝛ deficiente fundamento oĩa

3 ruunt.j.q.j. cũ paulus.† Scdõ ꝙ dictus neapolio veniat absoluendus tanꝙ non fuerit cõtra eũ rite processum: q2 videtur processum nõ seruata forma statuti ꝙ disponit ꝙ quando pro executione sententie habet fieri immissio in possessionẽ bonoꝝ debitoris primo mittatur vnus baiulus ad inquirendũ bona debitoris ꝛ facta ꝑ eũ relatione iudici iudex habet mittere duos baiulos ad capiendum tenutã dictoꝝ bonoꝝ que forma statutaria nõ est seruata. Ideo videtur ꝙ tenuta nõ valuerit. ar.l. cum hi.§. si pretor.ff. de transac. cũ si. Quod ꝛ tertio dicendũ videt̃ q2 put dicitur non fuit facta actualis productio sentẽtie cuius executio petita fuit. Et per cõsequẽs videtur qd̃ iudex vt iudex nõ habuerit notitiã sñie super qua fun-

4 datur executio.† Licet eñ notarius actoꝝ asserat sententiã apparere sua manu ꝛ id scribat in actis: tamẽ non videt̃ sibi credendum q2 nõ creditur instrumẽto se referẽti ad aliõ instrumẽtũ.C. de edẽ. auc. si quis in aliquo documento ꝯm vnũ intellectũ quem oẽs ap-

5 probant:† ꝛ gesta per iudicem non habentẽ notitiã eius sup quo fundantur reddũtur nulla ratione ignorãtie vt est tex. in.l. hec autẽ.§. defendi: ꝛ ibi Bar.ff. ex qb. cau. in pos. eatur. ꝛ no. Bar. ꝛ doc. in.l. multũ interesse.ff. de condi. ꝛ demonstratio. ꝛ qd̃ habetur in.c.

6 prudentiã de offi. delega.† Quarto deduci videtur iustitia pro parte neapolionis: q2 nomẽ debitoris ꝑ executiõe sñie capi nõ põt debitore delegante debitum vt est tex. in.l. a diuo pio.§. sic quoqȝ.ff. de re iudi. ꝛ ibi glo. ꝛ doc. ꝛ no. glo. in.l.j.C. de preto. pig. ꝛ in.l.ij.C. quando fiscus vel priua. ꝛ Bald. in.l. etiã.C. de execu. rei iudi. in.j. col. cũ igitur dictus neapoleo non fuerit confessus debitum. Sed illud negauerit non videtur ꝙ valuerit dicta executio in capiẽdo

7 dictum nomen debitoris ꝛ in dando insolutũ creditori.† Et maxime ꝛ sic quinto q2 principalis debitor contra quem fuit lata sñia non habebat paratã executionẽ ꝯtra dictũ neapoleonẽ. Ideo nec creditor pro quo lata fuit sñia potuit viã executiuã ꝯtra ipm neapoleonem intentare: q2 sñia lata contra principalem debitorẽ non debuit preiudiciũ generari eius debitori: nec creditor principalis debitoris debet plus iuris consequi vigore sentẽtie in bonis debitoris condẽnati ꝙ haberet ipe debitor condẽnatus: put hoc not.

8 doc. maxime Ang. ꝛ Jmo. in.d.§. sic quoqȝ.† Et predicta potissime ꝓcedũt ꝛ sexto q2 ꝑ pte dicti neapoleonis videt̃ probari ꝙ ipe nõ erat debitor patris cõdẽnati. nã id probat ꝑ apodissam scriptã manu patris debitoris que vt presupponit̃ fuit recognita ꝑ duos testes: ꝛ licet de iure cõi talis ꝓbatio forte non esset sufficiens: tñ videtur ꝙ sufficiat ex forma statuti disponẽtis ꝙ scripture manu alicuius scripte ꝛ recognite detur plene fides lȝ non habeat testiũ subscriptionem nec huic medio videtur obstare si dicatur qd̃ statutum intelligatur ꝙ scriptura ꝓbet cõtra scribentẽ ꝛ non cõtra tertium. Et sic non probet contra gentilez in casu isto: q2 ad hoc videt̃ posse respõderi ꝙ satis videtur sufficere neapoleoni ꝙ dicta scriptura iuuaret ipm ꝯ eius patrẽ cuius fuerat debitor ꝑ id qd̃ no. docto. in d.§. sic quoqȝ: vȝ ꝙ nõ dȝ creditor immissus ꝑ executiõe sñie in nomẽ debitoris pl9 iuris cõseq ꝙ hr̃et eius creditor: nec sñia lata contra creditorem dȝ ꝑiudicium generare ei9 debitori prout.s. dedu-

9 ctũ est.† Insuper ꝛ septimo inter filium ꝛ patrem non oritur obligatio ciuilis sed naturalis tm̃.l. frater a fratre de cõdi. inde. ꝛ naturalis obligatio regulariter nõ est efficax ad exigendum.l. fideiussor obligari.§. fideiussor de fideius.l. iurisgẽtiũ.§. igitur nuda cũ ꝯcor. de pac. merito ꝛc. Ex his itaqȝ videtur dicendum ꝙ executio facta ꝯtra dictum neapoleonez vigore capture nominis debitoris: ꝛ dationis insolutum nõ tenuerit ꝛ eius pretextu veniat absoluendus a dicta executione. Nec videtur ꝙ contra eum habeat ꝓnũciari ꝙ executio fiat contra eum tanꝙ heredẽ debitoris cõdemnati: quia

10 ad id actum non fuit. Sed tanꝙ contra debitorem debitoris.† Tamen his non ob. contrariuȝ puto respondendũ ad cuius rei euidẽtiam premitto ꝙ ista causa est causa pupilloꝝ ꝛ in causis pupilloꝝ vt presupponitur in themate potest procedi de facto que verba de facto importãt ꝙ possit cognosci ꝛ iudicari manu regia: prout dicit Bar. in extrauag. ad reprimẽ. in verbo videbitur circa finem et Lap. in alleg. cccxiiij. quem refert Pon. in Rubrica.ff. de arbi. dicit ꝙ importãt omnẽ amplam potestatẽ dummodo nõ fiat cõtra ius ꝛ honestum que vltima verba intelligenda sunt copulatiue qd̃ nõ fiat qd̃ sit inhonestum et etiã iuri contrarium vel ꝙ non fiat id

11 qd̃ sit contra ius naturale.† Nã manus regia nõ arctabatur ad seruandum ius ciuile. arg.l. princeps.ff. de leg. ꝛ ꝙ verba ista de facto significent amplam potestatẽ vult Bar. in.d. verbo videbitur in fi. q ẽt vlt qd̃ i.d. vbo videbit̃ vba denotãtia merã volũtatẽ vel liberũ seu plenum arbitrium importent relaxationem eoꝝ que sunt iur.

12 ciui. nõ autem eoꝝ que sunt iurisgen.† Et ideo licet nõ reperiã in statutis ad me trãsmissis ista verba de facto tamen reperio statutũ ꝙ in causis pupilloꝝ ꝛ similiũ iudices procedãt pro libito volũtatis que verba denotãt liberam potestatẽ nõ astrictã ad obseruãtiã eoꝝ que sunt iuris ciuilis: vt no. bart. in.d. ver. videbitur. ꝛ qd̃ ꝑ eũ in.l. fideicõmissa.§. ꝙ de leg. iij. ꝛ in.l. si filius de dona. ꝛ ibi Jmo.

sum: et tunc aut neminē ledit vel parum ledit: et tunc non reqrit citationē. ar. l. quotiens. C. de preci. imper. offe. et. d. §. si quid a principe. aut multū ledit: et tunc est citandus si multū leditur. d. l. ij. de rata. redi. et. d. l. nam ita diuus. alij autem non sunt citādi. d. l. adoptio. de adop. fm eū. † Et ꝙ in legitimatiōe sint citādi hij de quorum agitur preiudicio circa ius quesitū concludit bar. in. d. §. sz gd si tm̄. et doc. ibi cōmuniter post eū. Idcirco cōstat ꝙ dicti Fracisc⁹ et filij debuerūt citari in dicta legitimatione. † Citatio aūt de persona certa debet fieri in personā vel ad domū solite habitatiōis si fieri potest. l. j. §. j. ff. de libe. agno. et. l. iij. §. pretor ait. ff. de dā. infec. et cle. causam que. de elec. et. l. aut qui alr. §. et si forte. ff. qd vi aut clã. Nec reperitur iure cautum ꝙ sufficiat citari in valuis palatij capitanei vel potestatis. Toleratur enim citatio ad domū solite habitationis seu in qua degit citandus: qꝛ verisimiliter est citatio puentura ad notitiam citati: et illorum de domo ꝙ non ita cōtingit in citatione facta in valuis palatij. Ideo dicta citatio fuit nulliter facta: et consequenter dicti Franci. et filij possunt merito dici non citati. arg. l. iij. §. condemnatum. ff. de re iudi. et cle. pastoralis. eo. titu. Quinimmo non solum requiritur citatio: sed etiam requiritur consensus illorum de quorum graui preiudicio agitur. arg. d. l. diuus. de iure aureo. an nul. et. d. l. ij. pen. et fi. de nata. resti. que non faciunt mentionem de citatione patroni: cuius interest: et est de mēte docto. tenentium ꝙ requiratur citatio eius cuius interest q alle gant dicta iura que loquuntur de consensu. Ideo videntur velle ꝙ requiratur citatio vt illi quorum interest cōsentiant: qꝛ dicta doctorum intelliguntur fm iura que ipsi allegant vt dicit Bar. in. l. non solum. §. liberationis verba. de liber. lega. et in. l. cum quidam. de adimen. lega. Et ꝙ requiratur consensus non solum citatio determinat bar. per. d. iura in. d. §. quid si tm̄. et idem Ja. de are. in. d. l. pe. de nata. resti. vt refert bal. et non impugnat in. d. §. et quid si tā tū. cum etiam refert et sequitur. d. Anto. in. d. c. per venerabilem in vj. charta. Et licet loquantur in legitimatione facta post aditam hereditatem per legitimos heredes: et sic vbi agitur de preiudicio eorum post ius quesitum: tamen non de minori preiudicio agitur in casu isto: in quo erat ius quesitum dicto Francisco: et si censeret purificata conditio legati per dictam legitimationem auferretur ipo iure ab eis ius qd habebāt in fundo legato. † Quia dn̄ium rei legate ipso iure transit ad legatariū. l. a titio. ff. de fur. et. l. legatum ita. de leg. ij. cum si. vnde agitur hoc casu de amittendo iure quesito prout agitur in terminis in quibus bar. loquitur maxime: qꝛ se fundat per casum. l. vbi non agitur. de tam graui preiudicio prout agitur in casu isto. † Ad idem no. Bal. in. d. §. et quid si tm̄ dicēs qd non credit ꝙ isti comites palatini habētes potestatē legitimandi possint auferre ius alteri quesitum. Et consuluit solēnis doc. d. fraci. de acoltis. de are. consi. clxvij. incipi. magnifici et excelsi dn̄i in fine ꝙ nō valeat legitimatio in preiudicium eius qui habet spē cōsiderabilē nisi princeps legitimans sit certificatus de illa spe: qꝛ in quacūqꝫ generali concessione etiā si dicatur ꝙ possit qd potest concedens non venit ꝙ possit auferre ius quesitum alteri no. bart. in l. dotalis. ff. de mili. test. et ꝙ ipse Bar. no. in. l. ambitiosa. de decre. ab or. faci. fm eum: et ꝙ impetratio non preiudicet iuri alteri delato voluit nisi de eo fiat mētio: voluit. d. Anto. in. d. c. per venerabilem. vj. char. post vber. de eugubio: et Jo. an. in addi. Spe. in tit. de succes. ab intesta. §. j. ver. item scias: et subdit. d. Ant. id procedere etiā si fieret motu proprio. † Ex quibus puto aperta fronte cōcludēdū ꝙ dicta legitimatio nō tenuerit in piudiciū dictoꝝ Fracisci et filioꝝ. Nec obstat clausula nō obstantibus apposita per principē in concessione facultatis legitimandi: qꝛ censetur derogatum illis iuribus que disponūt ꝙ filij spurij nequeant legitimari etiā per rescripta pncipū vel silib⁹ iurib⁹: nō aūt illis iurib⁹ p que datur forma qliter legitimatio fieri debeat nec iurib⁹ disponentibus ꝙ pnceps nō censet preiudicare tertio in iure sibi quesito: nec ꝙ gra generalis non trahat ad casus qui non fuissent verisilr in specie concessi: qꝛ dicta iura nō sunt silia legi q exprimit in dicta clausula nō obstāte. † Et verbū alijs ꝙ subditur in dicta clausula refert ad similia in. l. ij. cū sua glo. C. de ser. fug. et habetur. per doct. in. c. sedes. de rescrip. et facit qd habet per bal. in. l. si nō. C. de his qui a non dn̄o manumit. Stare eū potest validitas concessionis dicte facultatis sine derogatione dictorum iurium: ideo non censet eis derogatū ad hoc tex. cū glo. in ver. vacantibus in autētico. de here. que ab intest. Nec etiā obstāt clausule derogatorie apposite in legitimatiōe dicti Thome p epm legitimantē: qꝛ nō fuit sibi cōcessa facultas derogandi iuribus cōmunibus: et sic pncipis: † qꝛ inferior nō pōt derogare iurib⁹ superioris. c. cū inferior. de maio. et obe. et. l. forma. C. de offi. prefe. illiri. et ꝙ per glo. et doc. in. c. fi. de here. lib. vj. † Et similiter bal. in consilio mihi. cccxviij. inci. pponitur qd inter agnatos ꝙ et vult. d. Anto. in. d. c. p venerabilem in. vj. char. dn̄ dicit qd debet fieri mentio agnatoꝝ et clausula nō ob. nec sufficit secundum sine primo fm eū: quod maxime dicendum videtur in casu isto: qꝛ dicti Fracīscus et ei⁹ filij vr̄ ꝙ fuerint citati tanꝙ agnati seu cognati nō tanꝙ pretēdentes dictū interesse in iure quesito: vt pꝫ ex verbis dicte legitimationis ibi specialiter et legitime citatis et requisitis supradictis agnatis et sua interesse putātibus. spāliter enim nō fuerūt citati Fracīscus et filij: ideo vr̄ ꝙ intentio dicti epi legitimātis fuerit ꝙ faceret eos citari tanꝙ agnatos et cognatos. Et propterea putātes sua interesse. Adeo ꝙ si forte fuisset sibi narratum ꝙ dictus Fracīscus et filij essent onerati in dicto legato sub cōditione si dictus Bernardinus habuerit vnū filiū legitimū nō de facili fuisset inductus ad legitimandū saltē nō admonitis aliter et nō auditis dictis Fracīsco et filijs. Coadiuuatur predicta conclusio. s. qd dicta legitimatio fuerit et sit nulla: et propterea non releuet dictum Bernardinum quo ad dictum legatum. Quia ciuitas florētina nō recognoscit imperatorē in superiorē: et ciuitas cortone non recognoscit alium superiorē nisi populū florētinū: et hoc est notoriū facti permanentis. Et ideo vr̄ ꝙ non censeat esse sub impio imperatoris seu rege romanoꝝ: et si hoc est nō extēdit potestas dicti epi ad legitimandū in terra cortoñ. ciuem cortoñ. et sic nō subditū regi romanoꝝ. Quia concessa fuit epo reatino facultas legitimandi p totum imperiū cōcedentis: qꝛ dr per totū nostrū impium et sic non conceditur facultas legitimandi extra eius imperium. † Pro quo etiā facit: qꝛ sub eadē cōceptione verboꝝ dat facultatē creandi tutores et curatores: et tm̄ nemo vt arbitror attentaret firmare ꝙ eps aretinus posset dare tutores vel curatores pupillis vel adultis cortonensib⁹ vel florētinis. Et si nō posset dare tutores et curatores pariter non possit legitimare: qꝛ datio tutoꝝ et curatoꝝ et legitimatio fuit concessa pariter. † et ambo dicti termini determinantur ab eodē determinabili: ergo sunt pariter terminādi p id qd hr̄ in. l. iā hoc iure. de vul. et pup. et. l. hereditatem. et. l. ꝙuis. C. e. ti. et. l. fi. C. de senten. Non esset etiā absonū tenere ꝙ nō constet dictū Thomaz esse filiū dicti Bernardini ex quo dicta Uiuiana eius mater nō habitabat in domo dicti Bernardini: et ꝙ ab alijs carnaliter cognoscebatur. † Et licet psumptiue regulariter pbet filiatio pbando ꝙ fuit habitus et tractatus vt filius per text. et qd ibi hr̄ in. c. p tuas. de pba. et in. c. transmisse qui fi. sint leg. et per glo. et doc. in. c. michael. de filijs psb. et p bar. in. l. j. in. §. j. ff. de q̄sti. ad idē. l. nō epl̄is. et. l. nō nudis. C. de pba. et ibi per bar. et Bal. Et ideo videatur satis pbatum ꝙ dictus Thomas sit fili⁹ dicti bernardini: † ꝙ fatēdū esset si non militarēt pbationes facte pro parte fracīsci et filioꝝ cū ꝙplures testes deponant ꝙ dicta Juliana mater dicti thome erat tpe conceptionis dicti thome meretrix: et nonnulli deponūt quod erāt vicini quoꝝ testimoniū admittit p id qd hr̄ in. l. si vicinis. C. de nup. et p bar. et doc. in. l. j. ff. si cer. pe. Et nōnulli deponūt de coitu cū ea per sensum corporis: et nōnulli ꝙ associauerūt agabitū euntē ad eam: et nōnulli de ꝯfessione ipsi⁹ Juliane ꝙ cognoscebat carnaliter ab agabito et ab alijs. Et deponunt de fama et ꝙ multi dicebant ꝙ dictus Thomas erat filius agabiti: et ipsamet tēpore quo ipsa erat pregnans in dicto Thoma confessa fuit se esse pregnātem ex dicto agabito: ex quib⁹ oībus vr̄ satis posse deduci ꝙ nō possit bn̄ discerni per dictā Julianā neqꝫ per dictū Bernardinū neqꝫ per alios ꝙ dictus Thomas fuerit fili⁹ dicti Bernardini: et si qua presumptio resultat ex q̄si pbatione paternitatis: qꝛ Bernardinus. s. tractauit dictū Thomā vt filiū videt per predicta satis debilitata saltem cōcurrente suspitione fraudis: qꝛ dictus Bernardinus videns se inuitatū ad dictū ponderosum legatū sub cōditione si filios vnum vel plures legitimos et naturales haberet: et videns se carere filijs legitime natis et habēdo forte spē filios ꝯndi ex dcā sua vxore facilr potuit dictum Thomā tractare vt filiū et ipsum postea legitimari facere cā purificādi ꝯditionē dicti legati: et ꝯnter causa dictum legatum cōsequendi: ita ꝙ ex hoc videt plurimū debilitari illa presumptio que resultat de tractatu quē ipse fecit de dicto Thoma vt filio: adeo ꝙ concurrentib⁹ pbationib⁹ factis pro parte Francisci q vr̄ pbabiles pbationes. † Attēto ꝙ agitur de probādo coitu q de facili nō pōt directo pbari. Et iō admittunt pbationes per cōiecturas in. c. literis. et. c. tertio loco. de presump. et per gl. et Bart. in l. capite quinto. ff. de adulte. † Conatur insup pbare dict⁹ Fracisc⁹ communem vsum loquendi ꝙ appellatione filiorum legitimorū et naturalium nonveniant filij illegitime nati et postea legitimati. Qui cōis vsus loquendi legitime pbat⁹ meo iudicio satis eēt etiā si legitimatio esset omni respectu valida per ea que habentur in. l. libroꝝ. §. qd tamē cassi⁹. de leg. iij. et in. l. labeo. §. idē tubero. de suppel. lega. et in. l. si seruus plurium. §. fi. de lega. j. cum si. tm̄ in hoc medio non insisto: qꝛ potest probabiliter dubitari an sit legitime probatus talis communis vsus loquendi. Attentis maxie no. p bart. in. d. §. idē tubero. et si esset legitime pbatus vel pbaret ꝙ sufficiat plene et optime allegatū est per patronū cāe. Ideo vlterius nō insisto circa hoc attento ꝙ pncipale fundamētū in hac cōsultatiōe in pmo loco. s. deductis. l. ꝙ nō fuit facta mētio de iure q̄sito dictis Fracīsco et filijs et de coꝝ graui piudicio: et ꝙ nō adhibuerunt cōsensum neqꝫ fuerūt legitime citati. Laus deo.

¶ Summarium super consilio. cclxvj.

1 Mulier que pro dotis restitutione habet generaliter viri sui bona hypothecata si post viri mortem elegerit vnā vineam cuidā creditori specialiter hypothecata ꝙ non cogatur postea illam relaxare

xare et capere aliã rem que pro dote sua sufficit.

2 Facere quando quis cogitur quod sibi non nocet et alteri prodest fallit dotis fauore.

3 Repudiare quis non potest aliquid ad incõmodum alienum vbi non cadit ipsius repudiantis commodum.

4 Hypothecam generalem habens licet eligendi bona facultatem habeat si reperiatur creditor prius habens generalem hypothecam et specialem arctari potest per secundum creditorem vt nitatur speciali hypotheca.

5 Hypotheca specialis derogat generali.

6 Tutor qui omisit vnam rem inuentario inserere cẽsetur in dolo.

7 Tempore qui prior est potior est iure.

8 Dos in multis dicitur priuilegiata.

9 Decretum primum causat pignus pretorium vel iudiciale.

10 Nocet illud quod displicet.

11 Separatorum separata esse debet ratio et de vno ad aliud non infertur.

12 Falcidia detrahitur contra testatoris mentem et legata etiam cõditionalia defalcat cõditionis euentu non expectato.

13 Rigor scriptus prefertur equitati non scripte.

14 Hypothecam generalem habens et specialem in vna re censetur habere in illa obligationem duplicem.

15 Tutor omittens inuentario rem inserere nõ priuatur iure suo qđ habet in eadem re.

16 Error iuris non nocet in damnis.

17 Inuentarij clausula qua protestatur ad cautelam ponere ea que autem ponenda in inuentario si non fuissent posita non prodest ei qui scienter omisit.

¶ Consilium. ccxvi.

1 In nomine dñi nostri Jesu christi. ¶ † Licet in presenti consultatione videatur prima facie dicendum qđ domina Antonia non habeat potiora iura in dicta vinea. Sed mercatores licet posteriores in tempore potiora iura cẽseatur habere: ex quo enim ipsa domina Antonia habet hypothecam etiam domum dicti debitoris. Et potest faciliter habere regressum in dicta domo pro consequendo suo credito. Et ideo non videatur sua interesse an sibi satisfiat in dicta domo: an in dicta vinea maxime attento quod ex forma conuentionis ipsa potest apprehendere possessionem propria auctoritate: et ipsam domum vendere et alienare: et de pcio sibi satisfacere et ipsam rez accipere insolutũ pro iusto pcio qđ facere non potest dictus mercator qui non habet obligatam dictã domũ: et per consequẽs videtur qđ nõ noceat dicte domine Antonie dimittere dictam vineam et capere dictam domuz: et prodesset dicto mercatori q videtur quod tractet de dãno euitando: quia ne

2 perdat suum creditum. † Et quis cogitur facere quod sibi non nocet et alteri prodest. l. ij. §. item varus. ff. de aqua plu. arc. l. in creditorem. ff. de euict. et per gloss. in. l. chirographis. ff. de administ. tuto. et. l. secunda. in princi. ff. soluto matrimo. et ibi per Barto. et doc.

3 Preterea † et secundo non potest quis repudiare aliquid ad incõmodum alienum: vbi non cadit commodum ipsius repudiantis. l. liberte octuaginta. ff. de ope. liber. et nota. in. l. si mihi et tibi circa finem. de legatis. j. ergo ipsa domina Antonia non videtur qđ possit accipere illam domum in preiudicium ipsius mercatoris. Ex

4 quo videtur quod sibi aliquod commodum non sequatur. † Tertio facit equitas. l. ij. C. de pigno. vbi probatur qđ licet creditori habenti bona debitoris generaliter obligata detur facultas eligendi que bona velit eligere. vt. l. qui generaliter in principio. et in. §. j. cũ ibi notatis. ff. qui po. in pign. habean. tamen si reperitur creditor prius habens generalem hypothecam et specialem potest secundus creditor ipsum arctare vt nitatur speciali hypotheca et desistere persequi alia bona virtute generalis hypothece. Ex quo per specialem hypothecam potest sibi esse bene consultum. Ideo non debet recurrere ad generalem in preiudicium posterioris creditoris: put per dicta iura et rationes preallegatas presupponitur consuluisse excellentissimum doctorem dominum Salustium egregium aduocatum Florẽtinum et dominum Benedictum de bargis de perusia doctorem insignem: et etiam excellentissimum doctorum do. Antonium de rosellis aretinum qui se fundauit per dicta. l. ij. C. de pi-

5 gno. † Nam postq̃. l. municipalis in dote prestat hypothecam super domo patet qđ excludit generaliter ab alijs generalibus obligationibus: et specialiter in dote conseruat illaz mulieribus: vnde dici potest qđ mulier ex dispositione iuris municipalis habeat in domibus specialem hypothecam alijs denegandam merito et c. secundũ eum. † Preterea et quarto ex quo dicta Antonia existẽs tu-

6 trix sui filij heredis Bartholomei et Baldasaris suorum olim debitorum: et non posuit in inuentario dictam vineam videtur amisisse ius qđ habebat in dicta vinea. Quia non ponendo dictam vineam in inuentario censetur fuisse in dolo per ea que habentur in l. tutor qui repertorium. ff. de admini. tuto. et in. l. fi. C. arbi. tutel. et videtur quodammodo fateri dictam vineam non esse in bonis pupilli: et consequenter non esse sibi obligatam: qr res aliena obligari non potest. l. res aliena. et. l. si rem. ff. de pig. act. et consequẽter vr

7 fuisse confessam non esse sibi hypothecatam. ¶ † His tamen non obstantibus contrarium arbitror esse aperta fronte cõcludenduz. vz qđ dicta domina Antonia foueat iustitiam et preferatur in dicta vinea. regula enĩ notoria qđ habẽs priorẽ hypothecã prefertur habenti posteriorem hypothecam per regulam iuris qui prior in tẽpore in. vj. et. l. qui prior. de pig. cum mult. si. Ideo cum dicta domina Antonia habuerit priorem generalem hypothecam. Ideo est

8 preferenda. † Et maxime fauore dotis que in multꝫ est priuilegiata in. l. assiduis. C. qui potio. in pignore habe. et in. l. j. cum ibi notatis soluto matri. cum mul. si. Et insuper habet dicta domina Antonia dictam vineam sibi specialiter obligatam: qr ex quo fuit pro dote immissa in possessione in dictam vineam ex prio decreto fuit

9 causatum quoddam speciale ius pignoris: † causat enim primum decretum pignus pretorium vel iudicialẽ. C. de preto. pig. per totum et in titul. sequenti. et. l. a diuo pio. §. in venditione. et. §. si pignore. et. §. si super rebus. ff. de re iudi. ita qđ habet in vinea duplicẽ obligationem: scilicet conuentionalem generalem et pretoriam specialem quamlibet anteriorem obligationẽ ipsius mercatoris idcirco

10 est preferenda per regulam preallegatam. † Non obst. adducta in contrarium. non enim obstat prima ratio in contrarium adducta quia licet quandoq; quis inuitus cogatur facere qđ sibi non nocet et alteri prodest vt in iuribus in contrarium adductis: tamen regulariter non cogitur. satis enim censetur sibi nocere illud quod sibi displicet et est contra voluntatem suam. l. si. ff. de vsu et hab. et. §. preterea. insti. de act. prout dicit Barto. in dicta. l. ij. in prin. solut. matri. in. vj. opp. vbi distinguit circa hunc articulũ. Quod vbi agitur de lucro captando et non potest quis facere qđ sibi non nocet et alteri prodest fallit fauore dotis: ita loquitur dicta. l. ij. soluto matri. aut quis tractat de dãno euitando: et tunc aut vult cogere vt patiatur refici quod iaz factũ fuit: et tũc cogere põt ita loqtur. d. §. item varus: et quod not. in dicta. l. chirographis aut de aliquo faciendo de nouo: et tunc non cogitur facere qđ alteri prodest: licet sibi non noceat. l. binas. de serui. vrb. predi. secundum eundem Bar. cum quo communiter doc. transeunt. ideo cum in casu nostro non agatur de reficiẽdo qđ factũ fuerat nõ possit cogi dicta dña Antonia ad dimittendum dictam vineam et capiendum dictam domuz si sibi magis placet habere pignoratam vineam q̃ dictam domũ. Nec obstat dicta. l. in creditorem. quia ibi natura negotij inducebat qđ venditor teneretur emptori in casu euictionis: quia regulariter venditor tenetur de euictione vt in toto illo titulo. de euict. Ideo creditor vendens rem debitoris vt creditor: licet non teneatur precise de euictione. Ex quo vendidit rem alienam scilicet debitoris. C. creditorem vendi. pigno. non deb. tamen tenetur ratione iuris quod habet quantum potest emptorem seruare indemnẽ ab euictione. Ideo qđ prout teneretur si non habuisset ius. vt. l. C. creditorem vẽdi. pigno. non deb. ita et si habet tenetur illud ius cedere emptori dicta. l. in creditorem: et sic non obstant iura primo loco adducta in contrarium. Preterea interest dicte domine Antonie insistere in dicta vinea: tum quia si ageret ad dictam domum oporteret pbare qđ dicta domus fuisset sibi hypothecata: et consequẽter quod fuisset in bonis Baldasaris qui hypothecauit bona sua qđ non habet necesse probare quo ad dictam vineam. Preterea magis de facili deuenire potest ad secundum decretum seu ad venditionem dicte vinee secundum ea que habentur in titulo de bonis auctori. iudi. pos. ff. et. C. et in. l. si finita. §. iulianus. de dã. infecto q̃ deueniri posset ad venditionem seu adiudicationem pignoris conuentionalis iuxta ea que habentur in titulo. C. de iure do. impetran. et sic dimittendo vineam et capiendo domum faceret qđ sibi noceret: et sic sumus extra dictam viam brocardicam: et casus iste est diuersus a casu in quo consuluerunt prefati excellentes doctores: quia in illo casu non fuerat prima creditrix immissa in possessionem. Ex primo decreto prout contingit in casu nostro: licet etiam decisionez illius casus putarem satis dubiã attẽta theorica Barto. in dicta. l. ij. soluto matrimo. quem sequitur Paulus

11 de cast. in dicto. §. item varus. † Nec obstat dicta. l. liberto octuaginta: quia casus ille est satis separatus a casu nostro. Et separatorum separata esse solet ratio: et de vno ad aliud non infertur. l. fina. ff. de calum. et. l. si mari. C. de dona. inter virum. et. l. naturaliter. §. ni-

12 hil cõmune. ff. de acquiren. pos. cum si. † d. enim. l. loquitur in falcidia que regulariter detrahitur contra voluntatem testatoris: et hoc respectu est odiosa vt habetur in. l. titia. ff. ad leg. falcid. et defalcat legata ipso iure. l. linea margaritarũ. et ibi per doc. Et consequenter ab initio defalcat: et propterea consideratur ꝯm tempus ante repudiationem prout in simili videmus in relictis conditionalibus que quo ad falcidiam estimantur ab initio nõ expectato cõditionis euentu. l. in quãtitate. §. magna. et in. l. lege falcidia nõ habetur pro puro. ff. ad legem fal. et ista videtur. d. l. liberto octuaginta. et sic nõ obstat secunda ratio in contrarium deducta. Nec etiam obstat. d. l. ij. C. de pig. et cõsequenter nec tertia ratio adducta in cõtrarium que fundatur in. d. l. ij. qr loquitur in casu quo prior credi

tor hʒ generalem ꝛ specialem hypothecam: q2 ibi de equitate deciditur ꝙ primus creditor inhereat speciali hypothece. In casu aũt nostro dicta vinea est specialr̃ hypothecata seu pignorata dicte antonie vigore missiõis in possessiõe ex primo decreto: ꝛ sic sunt ter-
13 mini sepati. † Nec loquit. l. ij. quãdo duo haberent generalẽ hypothecam. tñ primus haberet magis generalem ꝙ primus teneatur eligere illam rem ad quã non se extẽdit generalis hypotheca secũdi creditoris tũc ꝓ primo creditore. Facit rigor iuris gñaliter script' per. l. qui generaliter in principio. qui po. in pign. hab. Et equitas non est scripta in dicto casu. Rigor autem scriptus prefertur equitati non scripte: vt habetur in. l. placuit. C. de iudi. ꝛ in. l. j. C. de lega. Nec est omnino eadem ratio: q2 specialis hypotheca videtur ꝙ afferat aliquid plus iuris. arg. eius qđ habetur in regula generi in
14 vj. cum concor. † Et vbi quis habet generalẽ hypothecã ꝛ specialem in certa re censetur habere in illa re duplicem obligationem: ꝛ duo vincula plus astringunt ꝙ vnũ in aut. itaqꝫ cum ibi notatis. C. cõmunia vtriusqꝫ iudi. vnde nõ miruʒ si suadet equitas ꝙ eligat illã rem in qua habet plus iuris: ꝛ de qua specialiter sibi ꝓuidit vltra generalẽ ꝓuisionẽ: adeo ꝙ non videtur eadẽ equitas quando in qualibet re habet tantũdem iuris: q2 solum generalẽ hypothecam habet ꝙ eligat magis vnam rem ꝙ aliam. Illa autẽ ratio quã adducit dominus consulens ꝙ ex quo lex municipalis disponit ꝙ generalis hypotheca in dote: cõpetat etiam ad domos ꝙ ex hoc censeatur specialis hypotheca nec iure nec ratione iuuat in dote. In dote enim nõ statuit aliquid vltra ius cõmune: sed limitat exorbitantiã statuti disponentis ꝙ generalis hypotheca non cõprehendat domos quod. s. tale statutũ non habeat locum in dote nõ ꝓpterea disponit ꝙ generalis hypotheca in dote censeat specialis in domo nec ꝙ censeatur cessare in alijs bonis: quia statutũ in hoc intẽdit fauore dotis ꝛ retorqueret in odium si hypotheca cessaret in alijs rebus contra. l. qđ fauore. C. de leg. ꝛ. c. qđ ob gratiam. de regu. iur. in. vj. ꝛ sic per hec tolluntur rationes quibus mouentur di-
15 cti consulentes. † Nec reperio iure cautũ ꝙ tutrix seu tutor nõ ponens aliquam rem in inuentario priuetur iure quod habet in ipsa re: ꝛ maxime hoc dicendum est in casu nostro: quia mulier de facili errat in iure. l. j. §. fi. ff. de eden. ꝛ per Barto. in. l. ne passiʒ. C. de iu. et fac. igno. ꝛ in iuribus adductis ibi per eum: ideo dicta antonia potuit errare in iure pũtans ꝙ per illam apprehensionem tenute pro restitutione dotis dicta vinea fuisset effecta ipsius Antonie ꝛ
16 desijsset eẽ in bonis pupilli. † Et error iuris nõ nocet in damnis. l. iuris ignorantia. ꝛ. l. regula. ff. de iur. ꝛ fac. igno. ꝛ maxime mulieri
17 bus. † Et solent ad cautelam in inuentario adijci clausule in quibus conficiens inuentarium protestatur se ponere ea que ponẽda essent in inuentario si nõ fuissent posita vt per Spe. in titulo. de instru. edic. §. fi. ver. quid si tutor. ꝛ per Ange. in. l. ij. ff. si cui plusꝙ ꝑ l. fal. ꝛ in. l. fi. §. sin autẽ dubius. ꝛ ibi per Bar. ꝛ Bal. C. de iure delibe. ꝛ per bar. in consi. mihi. cxciij. incip. existens. in quibus iurib' ponitur forma inuentarij heredis ꝛ est verisimile ꝙ etiam in inuẽtario dicte domine Antonie fuerit apposita dicta cl'a. Non tamen prodest dicta clausula si aliqua res sciẽter obmittitur prout voluit Spec. in. d. §. fi. ver. sed si omnia. ꝛ Bar. in. l. j. §. item solẽs. ff. de offic. prefe. vrb. Ita ꝙ puto clarũ ꝓpter nõ appositionem dicte vinee in inuentario dicta domina Antonia non amiserit ius suum ꝙ habebat in dicta vinea. Laus deo.

¶ Summarium super cõsilio. ccxlvij.

1 Legatus de latere qñ possit priuato cõcedere bona cõfiscata.
2 Commissio generalis in se non continet liberalẽ concessionem.
3 Alienandi facultatem ex liberali causa nõ habet legat' de latere.
4 Fiscalium rerum administrationem non habet proconsul ꝛ quando possit priuato concedere. per totũ consi.
5 Testes examinati appellatione emissa ꝛ non discussa per iudicem a quo non probant.
6 Appellari non potest ad incompetentem nec iudex ad quem ratione incompetentie procedere debet.
7 Delegatus super incidenti non cognoscit super principali. nu. 11.
8 Rescripta sunt stricti iuris a quibus non est recedendum.
9 Appellationis iudex non cognoscit de negotio appellatione nõ iustificata.
10 Appellationis negotio discusso qñ causa remittat iudici a quo.
12 Rescripta sine gratiose litere rõne surrectionis reddũtur nulla.
13 Rescriptum principis in quo continetur ꝙ omnes certi territorij qui nõ discesserunt a seruitute talis domini intelligantur serui cũ bonorum confiscatione non dicũtur incidisse in penas nisi post publicationem ꝛ lapso tẽpore ꝛ qñ infantes seu mulieres eiusdem territorij non astringantur.
14 Dominis appellatione veniunt masculi ꝛ femine.
15 Constitutiones noue nõ arctant ante publicationeʒ nec etiã post publicationem ignorantes. nu. 32.
16 Subditus non presumitur recognouisse superiorem.
17 Contẽnere non dicitur qui non paret siue obedit. idem non contẽnit qui ignorat.
18 Sententia lata contra ius ipso iure dicitur nulla.
19 Ignorãtia iuris excusat mulierẽ vbi pitiores ꝯsulere nõ potuerit.
20 Infantes excusantur in quibus dolus non cadit.
21 Doli capax non dicitur qui est proxim' pubertati.
22 Pupillus non cõuenitur de dolo suo.
23 Testis deponens per verbum circa de tempore etatis probat tẽpus minus.
24 Aspectus licet quandoqꝫ fallat tamen iudicat etatẽ infantilẽ.
25 Pupilli etiam doli capaces non puniuntur nisi sint ꝑ sex menses proximi pubertati.
26 Delicto in omittendo nõ tenet pupillus ꝛ minor. xviij. annorũ.
27 In dictio iuncta casui accusatiuo ponitur pro iuxta.
28 Dictiones quandoqꝫ impropriant gratia contrarietatis vitande ratione subiecte materie.
29 Seruitutis pena dicitur mors ciuilis.
30 Mors ciuilis equiparatur morti naturali.
31 Pena mortis seu corporalis non irrogatur nisi ex dolo.
33 Copie instrumenti transumpti nisi citatis quor interest nõ ꝓbãt.
34 Citatio requiritur in actu in quo quis ledi potest.
35 Commissarius etiam principis seruare debet iuris ordinẽ in actu sue commissionis.
36 Instrumentorum extractus sunt faciendi per notarios ꝛ non omnis dicitur notarius qui est secretarius.
37 Prescriptio non currit contra minores.
38 Iudicis recusati tanꝙ suspecti ꝛ ratione incompetentie acta quãdo ꝛ quo iure possint valida dici.
39 Iudicis est de cui' incõpetẽtia agit cognoscere an sit sua iuriditio.
40 Appellatio est protestatio de non comparẽdo corã iudice a quo.
41 Iudex per solam suspitionem allegatam ꝛ non probatam dʒ supcedere a cognitione causa iure ciuili secus de iure canonico.
42 Appellatio interlocutorie non aufert cognitionem cause principalis: secus si inhibeatur iudex a quo.

¶ Consilium. ccxlvij.

In noĩe domini nostri iesu christi. ¶ † Quoniam multa veniunt discutienda
1 non sequar ordinem consuetum arguẽdo primo vna parte non fouente iustitiam ꝛ postea pro altera ꝛ demum respondendo ad adducta in contrarium: sʒ breuiter fundabo primo intentionem agentium deinde conabor confutare ea q̃ reperio adduci in contrarium pro parte conuenta. Quod autem pro parte agente sit fundata intentio agentium deducitur: ex eo quia vt presupponitur agitur iure dominij vel quasi ad certa bona possessa pro parte rei conuenti. ꝛ immeritis cause deducitur qđ dicta bona fuerunt cuiusdam domine Antonie: ꝛ hoc fatetur pars conuenta: qui dominus Antonius decessit superstitibus sibi domina Elysabeta eius sorore ꝛ quibusdam eius filijs spurijs vno masculo ꝛ duabus feminis infantibus seu proximis infantie ꝛ condito testamento in quo suam heredem vniuersalem instituit dictaʒ dominam Elysabetam eius sororem deinde post mortem dicti domini Antonij dicti filij fuerunt auctoritate summi pontificis legitimati in ipsa legitimatione dicta domina Elysabeta in effectu renunciauit cessit ꝛ concessit dicta bona domini Antonij dictis ei' filijs legitimatis intercedente auctoritate summi põtificis seu ei' commissarij confirmantis dictam concessionem dictorum bonorꝫ. Et nomine dictorum filiorum fuerunt dicta bona possessa per certa tempora. Item presupponitur qđ pars conuenta possidet dicta bona que petuntur. Et sic videtur qđ pro parte agente sit legitime fundata eius intentio ꝛ prout mihi presupponitur sup his nõ vertitur excitatio: prout etiam deprehenditur ex dubijs datis per iudicem: ideo super his non insisto. Sed insistendum duxi super his que prout reperio adducit pars conuenta pro eneruanda intentione agentium. Nam principaliter se fundat in quadam cõcessione reuerendissimi domini cardinalis. Tieneñ. legati apostolici qui dicta bona concessit parti conuente seu eius auctoribus tã quam bona confiscata camere apostolice vigore duarum bullaruʒ apostolicarum pij summi pontificis. Ideo videndum est an dicte bulle apostolice: et dicta concessio cardinalis. Tieneñ. eneruẽt intentionem partis agentis. Circa quod ex pluribus videtur dicendum qđ non ꝛ primo: quia non apparet qđ dictus cardinalis habuerit potestatem seu facultatem concedẽdi bona camere aposto
2 lice: maxime ex titulo lucratiuo. † Liberalis enim concessio nõ venit in generali commissione per ea que habentur in. l. contra iuris §. fin. de pact. ꝛ in. l. si preses. C. de transactio. ꝛ in. l. si filius. ff. de do
3 na. ꝛ facit. l. cum de indebito. ff. de probatio. † Nec iure cauetur qđ legatus etiam de latere habeat facultatem alienandi ex causa liberali bona camere apostolice: et licet concedens asserat qđ domin' Antonius abstulerat bona mobilia et vsumfructum seu fructus bonorum immobilium dicti conuenti: tamen non sibi creditur ex quo alias non poterat facere dictam concessionem. argumen. eorum que habentur in. l. que testamentum. de probatio. ꝛ per gloss. et docto. in. l. j. C. de fide instru. ꝛ iur. hast. fisca. libro. xj. ꝛ per Bar. in. l. si forte ad idem. l. cum quis decens. §. titia. de leg. iij. quinimo.

† Nec

4 †Nec reperitur iure cautum ꝙ ꝓcõsul habeat administrationem rerũ fiscalium seu bonorũ cesaris. Cui proconsuli legatus de latere cõparatoꝛ.c.ij.de offi.lega.lib.vj.⁊ ꝯseq̃nter nec reperitur iure cau tum ꝙ legatus de latere habeat administrationẽ bonoꝛum camere apostolice cõfiscatoꝛũ. Sed administratio bonoꝛũ fiscalium seu ce sarís pertinet ad procuratoꝛẽ cesaris in.l.j.⁊ per totũ.ff.de offi.ꝓ cura.cesaris iũcta.l.bene a zenone.C.de quadri.pꝛeſ.⁊ tamen nec il li permittitur alienatio bonoꝛũ.d.l.j.§.deniq̃ de offi.procu.cesa. Ideo nec legato de latere multofoꝛtius permittitur alienatio etiã titulo onerofo prout ⁊ sentit gl.in ꝙ translationem.de offi.deleg. in antiquis:⁊ licet pars cõuenta conetur probare ꝙ dictus domi nus Cardinalis haberet potestatem alienandi ⁊ concedendi bona camere apostolice cõfiscata. Et super hoc deponũt duo testes ⁊ vn⁹ deponit per auditum cuius depositio nil releuat per.c.tam literis de test.⁊ in.c.inquisitioni de accu.⁊ per glo.Bar.⁊ doc.in.l.ij.in.§. idẽ labeo de aqua plu.arcen. Et alius tanq̃ vnicus non releuat.l.iu risiurandi.C.de test.⁊.c.licet ex quadam cũ multis similibus extra eodẽ titulo. Preterea nec ille vnicus testis directo deponit qđ di ctus legatus haberet potestatẽ concedẽdi bona cõfiscata. Sed qđ vtebatur dicta potestate. Et tamen visus licet prosit inualidando gesta per iudicẽ oꝛdinariũ in his que pertinẽt ad iurisditionem oꝛ dinariam per.l.barbarius.ff.de offi.pꝛeto. Non tamẽ videtur idem dicendum in his que nõ cõpeterent nisi ex speciali cõmissione ꝓut est istud de quo agitur per ea que habentur in.d.l.barbarius.⁊ per

5 Panoꝛ.in.c.cũ in iure peritus in.ij.col.de offi.delega. ¶ †Et insu per videtur ꝙ dicta illoꝛũ duoꝛũ testiũ ⁊ alioꝛũ qui examinati fue runt per dominum blaxium vicariũ epi ceseñ.sunt nulla ⁊ propter ea non probent: quia fuerunt examinati nõ discusso nec diffinito articulo appellationis sibi cõmisso: deuoluitur enim negociũ prin cipale ad iudicem appellationis ab interlocutoꝛia demũ post dis cussum ⁊ diffinitum articulum appellationis ⁊ non antea.c.vt de

6 bitus de appel.⁊ ibi gl.in verbo alioquin. †Nec alias potest iudex ad quem in ipso articulo appellationis procedere super negocio principali nisi sit talis iudex ad quem per simplicẽ querelam adiri possit vt per gloss.in.c.j.in verbo ad nos in fine de appel.lib.vj.⁊ p

7 gloss.primã in fi.in.c.romana de foꝛo compe.eo.lib. †Et ita cõmu niter tenetur in.d.c.vt debitus.⁊ lʒ propter ad quẽ fuit appellatuʒ potuerit adiri per simplicẽ querelam.⁊ cõsequenter potuerit de ne gocio pꝛincipali cognoscere tamen ipse papa non cõmisit causam principalem sed delegauit causam appellationis ⁊ intelligitur de legasse illã ẜm ius cõmune ⁊ ẜm naturam appellationis ⁊ intelligi tur delegasse illam ẜm ius cõmune ⁊ ẜm naturam appellationis ab interlocutoꝛie iuxta ea que habentur in.c.causam que.de rescri. Et sic ꝙ nõ cognoscat de causa pꝛincipali ipse iudex delegatus obmis so articulo appellationis. Quinimmo nõnulli tenent ꝙ si superioꝛ delegat causam appellationis ab interlocutoꝛia nequeat iudex de legatus cognoscere de causa pꝛincipali etiaʒ iustificata appellatio

8 ne nisi sibi de nouo pꝛincipalis causa committatur †quia rescripta delegationum sunt stricti iuris.c.j.⁊.ij.⁊.c.cũ olim de offi.deleg. Et quia a foꝛma rescripti non est recedendum.c.cum dilecta de rescri. ⁊.c.poꝛro de priuile.pꝛout per pꝛedicta voluit vicẽ.in.d.c.vt debi tus pꝛo qua opi.facit glo.in cle.j.in prin.de causa posse. Et hoc idẽ consuluit Fede.de se.in suo cõsi.clxxxvij.ꝙ incipi.c.vt debitus ⁊ eã dem sequitur dñicus de sancto Gemini.in.d.c.romana in princ.de fo.cõpe.lib.vj. Et idẽ videtur esse de mente Jo.an.in.c.si.de iud.in

9 antiquis. †Et insuper videtur ꝙ etiã si est cõmissa causa appella tionis cũ negocio pꝛincipali non possit iudex delegatus cognosce re de negocio pꝛincipali nõ iustificata appellatione quia cõmissio negocij pꝛincipalis potest intelligi ẜm terminos iuris.s.iustificata appellatione per.d.c.vt debitus cum ibi notatis iunctis his q̃ ha bentur per docto.maxime per Inno.in.c.causam que.de rescri.vbi dicitur ꝙ verba rescriptoꝛũ debent semper intelligi ẜm debitũ oꝛ dinem iuris quia rescripta recipiunt interpꝛetationem a iure com muni ⁊ hoc videntur velle domini de rota in decisione.xj.que inci

10 pit. †¶ Item fuit dubitatum vtrum auditoꝛ vbi circa mediũ vidẽ tur velle ꝙ si causa appellationis ab interlocutoꝛia committitur in curia vna cum negocio pꝛincipali non sit amplius remissio ad par tes:⁊ sic ad iudicẽ a quo cũ cã sit semel in curia. Et ita dicunt serua ri de stilo curie. Sed dicũt ꝙ de iure foꝛte esset cõtrariũ per tex.d.c. vt debitus. Et ideo sentiunt dñi de rota ꝙ si iudex cui est commissa causa appellationis vna cũ negocio pꝛincipali pꝛonunciat male ap pellatuʒ debeat causa remitti ad iudicẽ a quo quasi illa commissio negocij pꝛincipalis pendeat a iustificatione appellationis ⁊ aliter negociũ pꝛincipale nõ intelligatur foꝛe cõmissum. Et lʒ qdã insur gant in cõtrariũ q2 tũc talis cõmissio negocij pꝛincipalis nihil ope rareť ꝙ non videť dicendũ ar.c.si papa de priuile.lib.vj.⁊.l.si qñ.de leg.j.tñ responderi põt ꝙ satis operatur ex quo tollit dubitationẽ que aĩs resultat vtrũ cẽseať cõmissum negociũ pꝛincipale absq̃ no ua cõmissione etiã iustificata appellatione ꝑpter opiniones.s.reci

11 tatas. †Cũ igiť ista cã nõ sit cõmissa in curia maxime cuʒ ipsum ne gociũ pꝛincipale nõ sit cõmissum videtur indubie tenendũ ꝙ non potuerit dictus delegatus ꝓcedere super negocio pꝛincipali.⁊ si ꝓ cessit processus sit nullus non iustificata appellatione. Quod ⁊ di cendũ videtur ex alio q2 ipse dominus Blaxius cui fuit cõmissa cã appellationis ab interlocutoꝛia tulerat dictã sentẽtiam. Et sic nõ potuit sibi per rescriptũ cõmitti cã appellationis ab interlocuto ria per ipsum lata: vt per Bar.bal.⁊ Saly.⁊ doc.in.l.eos.C.de ap pel. Ex his itaq̃ patet ꝙ dicta cõcessio dñi cardinalis fuit nulla ex

12 defectu potestatis. †Quod etiã demonstratur q2 prout dicit ꝑ par tem cõuentam dictus dñs cardinalis habebat facultatem cõceden di ⁊ alienandi bona subditoꝛũ dñi Sigismũdi cõfiscata camere apo stolice:⁊ dictus dñs cardinalis dicta bona cõcessit tãq̃ cõfiscata ca mere apostolice sed vt.j.deducã dicta bona nõ erant cõfiscata camẽ re apostolice merito dicta concessio nõ tenuit ex defectu potestatis ⁊ etiã tanq̃ subꝛeptitia. Gratiosa eñ concessio superioꝛis ratione subꝛeptionis redditur nulla.c.ad audientiam el.ij.⁊ ibi per docto. cõmuniter de rescrip. Redditur etiam ex alio subꝛeptitia quia nar rať in ea ꝙ dñs Antonius olim dñs dictoꝛuʒ bonoꝛũ abstulit bona mobilia auctoꝛi partis aduerse cui fuit facta dicta cõcessio ⁊ dicta oblatio bonoꝛum mobilium: licet fuerit articulata tamen nullate

13 nus ꝓbatur. †Quod aũt dicta bona nõ essent cõfiscata camere apo stolice deducitur: q2 ex quo ꝓsupponitur ꝙ dictus dñs Antonius fuerit dñs dictoꝛũ bonoꝛũ vt patet ex assertione in actis vtriusq̃ ꝑ tis. Et dñium censetur cõtinuatũ.l.sine possidetis cuʒ ibi no.C.de ꝓba. Ideo qui dicit bona ꝑdicta fuisse cõfiscata camere apostolice habet illã pꝛobare. Ad hoc etiã.l.ei q dicit.⁊.l.in exceptionibus.ff. de pꝛoba. Et quia intendit pars cõuenta illam ꝓbare per ostẽsionẽ duarũ bullarũ pape pij. Videndũ est an ex eis inducatur seu fuerit inducta cõfiscatio dato sine ꝑiudicio veritatis ꝙ dicte bulle fuerit legitime ꝓbate. Et ꝑfecto dicẽdũ videť ꝙ non inducať ex eis aliq̃ cõfiscatio. Naʒ capiẽdo primã bullã q̃ dicitur emanasse in anno do mini.Mcccclxj.x.kalen.martij. Licet videatur posse attentari qđ bona subditoꝛũ dicti dñi sigismundi.qui nõ se subtraxerint ad obe dientiam dñio ⁊ iurisditione ꝑfati dñi sigismundi seu officialiũ suo rũ ⁊ ab omni eius cõmertio nõ se separauerint cẽseantur confiscata camere apostolice vigoꝛe dicte bulle. q2 dicit in ea ꝙ qui ꝑdicta mã data per dictã bullã obseruare cõtempserint rediguntur ꝑ ipsam in ꝑpetuã seruitutem. Sed serui nihil habere pñt: ergo videntur eoꝛ bona per eos qui nõ paruerint amissa ⁊ cõsequẽter applicata came re apostolice ⁊ sic fiscoꝛ: ideo cũ dicti agẽtes essent subditi domini si gismundi ⁊ nõ apparet ꝙ se subtraxerint a dominio ⁊ iurisditione ꝑfati dñi Sigismundi ⁊ eius cõmertio. Ideo videntur incidisse in

14 penas dicte bulle. †Nec videť obstare ꝙ essent femine q2 dicta bul la loquitur per verbũ cõe hominibus vt ex eius initio ibi dilectis filijs vniuersitatibus ⁊ hoibus ꝙ verbũ hoibus cõpꝛehẽdit pariter feminas vt masculos vt de se patet ⁊ no.bart.in.l.j.ff.de ver.sig.vñ verba seq̃ntia determinantur a verbo ꝑdicto hominibus.⁊ cõse quẽter lʒ aliqua sint masculini generis: tñ ex pꝛopꝛia significatione cõcipiunt femininũ per no.per bar.in.d.l.j.de ver.sig.⁊ per no.per

15 bal.in.l.quicunq̃.C.de ser.fu. †Sʒ cõtrariũ est dicẽdũ ex pluribus ⁊ primo q2 nõ apparet ꝙ dicta bulla fuerit publicata. Et tñ noue cõstitutiones nõ arctãt subditos ante publicationẽ in auẽ.vt not. cõstitutio in rubꝛo ⁊ nigꝛo:⁊ maxime dicta constitutio.in qua mã datum cõfertur in spaciũ q̃nq̃ mensiũ a die publicationis ipsaruʒ literarum.vnde non facta publicatione dicti quinq̃ mẽses nõ cur rũt nec mandatũ astringit. Et paria sunt nõ esse facta ⁊ facta nõ ap parere.l.duo sunt titij de test.tute.cum concoꝛ. Preterea ⁊ secũdo nõ pꝛobať q̃nimmo nec articula in ꝙ dicte puelle auctrices agen tium fuerint subdite dicti.d.sigismundi ⁊ sic compꝛehendantur in

16 dictis literis. †Preterea ⁊ tertio dato ꝙ essent subdite non appa ret nec deducitur ꝙ habuerint aliqđ comertiũ cũ dño Sigismũdo nec ꝙ cognouerint dictũ dñm sigismundũ in superioꝛem vel domi nũ. Nec obedierint ei vel eius officialibus vel tꝑali iurisditioni eo rũ se subiecerint ⁊ sic ꝙ mãdata contempserint ⁊ pars conuenta q̃ se fundat in negatiua arctatur ad eã pꝛobandã.l.hoc iure.ff.de verb. obli.⁊ ꝑ doc.in.c.sup his de accu.⁊ per Jo.an.in.c.bone de elec.co natur aũt ps cõuenta ꝓbare ꝙ dicta bona ꝑtinerẽt ad dictã dñam elisabetã vxoꝛẽ dicti dñi Sigismũdi ⁊ non paruit dictis bullis. Et cõsequẽter ex deductis per eos ostenditur ꝙ ipsi intẽdebant dicta bona tꝑe cõcessionis eis facte fuisse dicte dñe Elisabete:⁊ tãq̃ eius bona impetrasse: non tanq̃ bona dictarũ puellarũ. Et etas earum suadet ꝙ ipse nõ habuerit aliqđ cõm rtiũ cũ dicto Sigismũdo. nec fecerint actus ex quibus deducať obediẽtia superioꝛitas vel iuris ditio domini sigismundi vel suoꝛum officialium. Quarto rñdeť ad dictam bullaʒ ꝙ illa imponit penam illis qui cõtempserint que in eis mandantur vt clare apparet ex eius verbis: vnde dato ꝙ ꝓba retur ꝙ dicte puelle fuissent cõpꝛehense in dicta bulla ⁊ nõ obedie rint licet minime pꝛobatũ sit.tamen pꝛobatio nõ sufficeret nisi pꝛo

17 baretur ꝙ in contemptum fecerint. †Aliud est nõ parere aliud cõ tẽnere.dicit glo.in cano.quis aũt.x.dist.ad idem glo.in verbo non accipit.xv.dis.in.§.alias ea. Ad idem ter.cũ glo.in cañ.quicunq̃. lxxxj.dis.facit tex.⁊ qꝛ ibi habetur in.c.si celebꝛat de cleri.ex.cõ.cele bꝛa.⁊ ꝙ per Jo.an.in.c.coꝛdi.de app.li.vi.⁊ per Arch.in.§.q.vj.si quis erga. Dato igitur ꝙ nõ paruerint non sequiť ꝙ cõtẽpserint:

quin facilius contingat: ꝙ quis scienter teneat rem alienā et rem alteri debitam ꝙ͂ ꝙ in tantū erret circa res ab eo possessas longo tēpore. s. ꝙ si valent. x. non arbitretur valere vnum vel duo: si autē 20 scienter tenuit fuit in malafide: †et malefidei possessor nullo tēpore prescribit. c. possessor malefidei. de regu. iur. lib. vj. ꝛ. c. qm̄ omne. de prescrip. in antiquis. ꝛ prout dicta iura derogant iuri ciuili cōi in vtroqꝫ foro etiā in terris imperij: prout tenent doc. cōiter oēs i d. c. qm̄ omne. ꝛ glo. ꝛ doct. in. d. c. possessor malefidei. ita ꝛ deroget iuri municipali. in materia em̄ que respicit peccatum attendit ius cañ. in quolibet foro. vt habetur in dictis iuribus. ꝛ per glo. in. c. ij. de arbi. lib. vj. ꝛ per Bar. in. l. priuilegia. C. de sac. sanc. ec. vbi Bar. et Bal. dicunt ꝙ. ll. nutritiue peccati cedunt iure cañ. in quolibet 21 foro. qđ ꝛ volunt doc. in. c. j. de no. ope. nū. †Et ideo statutum etiā si expresse disponeret ꝙ prescriptio curreret cū malafide non esset seruandum. Non em̄ valeret tanꝙ nutritiuum peccati: prout volunt Jo. an. ꝛ Pet. de ancha. in. c. ij. de excep. lib. vj. ꝛ Pet. de anc. in. c. possessor. de reg. iur. in. vj. qđ ꝛ volunt Jo. an. ꝛ. d. Ant. in. d. c. qm̄ omne. ꝛ idem tenent Imo. ꝛ Ponta. in. l. sequitur. §. si viam. ff. de vsu. ꝛ Pet. de anc. in repe. c. cañ. de cōsti. col. lvi. ꝛ. lvij. ꝛ idē Barto. in. d. l. oēs populi. in statuto ꝙ nō petens debitū intra decēniū nō audiatur postea: dicēs ꝙ rōne peccati non valet ꝛ quotidie hic perusie seruatur: vbi viget simile statutum. non enim seruatur quādo debitor hꝫ notitiā debiti adeo ꝙ est in malafide. Et licet statutum presumat solutionem: nō propterea tollitur materia peccati: prout cōtra Bar. inquit Bal. in. l. omnes populi. de iusti. ꝛ iure. in simili qōne. circa statutum disponens super contractu iurato deridens decisionē Bart. qui ponderat an statutum presumat dolum. Nam dicit Bal. presumptio vel fictio statuti non tollit peccatum. et Pet. de anc. in dicta repe. vbi. s. dicit pro concordia. ꝙ aut iusta causa presumendi vel disponendi alia ꝙ͂ simplex negligētia: et tūc 22 statutum valeat alꝭ secus. †Et ita in terminis statuti presumētis dolum ꝙ ratione peccati non militet: vbi interuenit iuramentum ꝙ non releuet nisi subsit aliqua ꝓbabilis coniectura presumēdi dolum. concludunt dñs Anto. ꝛ Panor. in. c. cū contingat. de iureiu. et Pau. de ca. in auꝶ. sacramēta puberum. C. si aduer. vendi. Et ita visum fuit iuri cōsonum legendo in. d. auꝶ. sacramēta puberum. super verbo inuiolabiliter. scđa qōne. alꝭ autē de facili possent ꝑ statuta elidi virtutes iuramenti: ꝛ euacuari dispositionem. d. c. qm̄ oē. et. d. regule possessor malefidei. qđ non est dicendum. arg. c. quāto. 23 de diuor. ꝛ. l. fraus legi. de. ll. †Ne ergo fiat fraus iuri cañ. ꝛ ne paretur via peccato interpreteꝶ generalis seu indefinita dispositio huius statuti qñ debitor non est in malafide. Non enim indefinita equipollet vniuersali ex propria vi verborum: sed ex humanitate. l. seruitus. ff. de serui. vrb. pred. prout ꝛ per illam. l. dicit Bar. in. l. si pluribus. de leg. j. nec equipollet qñ non est eadē rō nec eadē conditio omnium sub vniuersali cōprehensor. vt no. glo. ꝛ doc. in. c. vt circa. de ele. li. vj. ꝛ Bar. in. d. l. si pluribus. sed in his terminis Bar. non est eadē nec eadē ratio oīm cōprehēsorum in ista generalitate: qm̄ non est eadē ratio casus qñ debitor est in malafide: prout qñ est in bonafide. Item non esset humanum: sed inhumanū esset: nō autē humanū interpretari ꝙ prescriberet malefidei possessor seu debitor: ideo dictum statutum non trahatur ad malefideiꝰ debitorem: prout et hic perusie simile statutum consuetudine indubia inter- 24 pretatur. †Non obstat ꝙ querela non durat vltra quinquēnium: quia rñdetur ꝙ licet querela tollatur lapsu quinquēnij vt in iuribꝰ supra adductis: tñ ista actio agendi ad supplementum legitime nō tollitur quinquēnio: qꝛ regulariter omnes actiones sunt ꝑpetue: vt ꝛ non tolluntur minori spacio. xxx. an. insti. de perpe. ꝛ tempo. acti. in prin. ꝛ. l. sicut. ꝛ. l. oēs. C. de prescrip. xxx. vel. xl. an. a qua regulariter non reperiuntur exceptuate iste actiones que cōpetunt pro supplemento legitime. s. conditio ex lege: actio ex testamento: et petitio hereditatis: prout doc. dicunt: siue omnes siue altera cō- 25 petant merito remaneant sub regula. †Nec obstat ratio Bart. qꝛ negatur ꝙ sint subrogate in locū querele: quia immo sunt inducte ad euitandum querelam pro sustentandis testamentis que ꝑ querelam poterant rescindi: ideo querela est odiosa he actiones sunt fauorabiles: quia inducte in fauorem testatorum: vnde non est habenda comparatio ꝛ similitudo de querela odiosa ꝛ actionibꝰ fauorabilibus: quia illa moderanda ꝛ restringenda iste ampliande. argu. l. cū quidā. ff. de libe. ꝛ posthu. ꝛ. c. odia. de regu. iur. in. vj. prout per has rationes reprobat Barto. Bal. in. d. l. si quis filium. C. de inoffi. testa. in. iij. q. ꝛ Ang. in. d. l. omnimodo. eo. tit. Et ponderat Bal. ꝙ replectio fit ipso iure. per. d. l. scimus. eo. tit. Querela autē non meretur executionē ipso iure: ideo efficacius est ius ipsius iure ꝑ supplemento qñ esset olim hñs ius q̄relādi. Et ex hoc ptꝫ qđ non haberet similem naturam. item nō magis subrogaꝶ loco querele remedium. l. omnimodo. ꝛ similium ꝙ͂ remedium. l. quoniā in prioribus. eo. tit. vt patet ex verbis ipsorum iurium: ꝛ tamē nemo nec etiam ipse Bar. attentaret ꝙ remedium illius legis tolleretur 26 quinquēnio. †Item probatur: quia querela non trāsmittebatur etiam in nepotem ante. d. l. si quis filium. vt recte intuēti apparet ex verbis illius tex. ꝛ tñ transmissio fiebat ante illam legē ex dispositione. d. l. omnimodo. vt. d. l. si quis filium. ibi. tunc em̄ ꝭm nostri numinis constitutionē replectio quarte partis superest: non enim innuunt dicta vba ꝙ talis transmissio supplemēti inducatur per illam legem: sꝫ ꝙ prius competebat. et si ita est: ergo patet ꝙ istud ius agendi ad supplementum legitime non assumit naturā quere- 27 le. †Insuper ius agendi ad supplementum competit non solum vbi iure antiquo competebat querela: sed etiam vbi alꝭ impugnabatur testamentum. d. l. omnimodo. ibi subuertendis. si enim filio relinquebatur aliqđ titulo legati: ꝛ nihil titulo institutionis olim testamētum erat nullum: ꝛ tamē de iure. C. tempore. l. omnimodo. Quinimo de iure primeuo autēticorū. auꝶ. nouissima. C. de inoffi. testa. secus est ideo datur intelligi ꝙ prouidēs de remedio supplemēti non voluit naturam querele attēto ꝙ pariter prouidit vno casu prout reliquo: ergo parem naturam habent actio hmōi vno casu prout alio. arg. l. iam hoc iure. de vulg. ꝛ pup. cum cōcor. Non ob. inductio quam facit Bart. de. d. l. si quis filium. in fine. quia ad illam rñdet Bal. post Odof. ibi. pro cuius responsione facit: quia Justinianus exceptuat per vnam dictionem: nisi duos casus. primum ꝛ immediatum qñ pater repudiasset querelam. secūdum quādo lapsum est quinquēnium: sed primus casus exceptuatus nō potest adaptari ad ius agendi ad supplementum: ergo nec secundus 28 adaptatur. †Et cū hac opinione ꝙ ius agendi ad supplemētum non subrogetur loco querele tollatur lapsu quinquēnij tenuerunt consulendo Richar. ꝛ Bar. de saly. in consi. incip. in casu presupposito. cui consi. se subscripserunt plures doc. idē etiā tenuit Bal. in consi. mihi. clxxxiij. incip. viso testō. ꝛ in alio cōsi. ccccc xxx. incip. qui dicit ꝙ legitima tenent cōiter doc. Laus deo.

¶ Summarium super consilio. cclxv.

1 ¶ Legitima debetur sine aliqua diminutione ꝛ onere.
2 Fructus quando non computantur in legitimā etiam testatoris indicio.
3 Legitima debetur de rebus proprietatis que sunt tempore mortis testatoris: tamē nec tantūdem legati cā relinquere sufficit illud filijs recusantibus: fallit si sint maritati.
4 Legitime portio que sit.
5 Pensio iusta que dicatur.
6 Legitime repletio petita debetur super bonis existentibꝰ mortis tempore tñ per filium acceptato relicto deducto: secus si non fuerit acceptatum.
7 Legato fundo vel illius estimatione legatarius habet electionem alterius: quorum estimatione electa debetur pro vt res valet tēpore quo estimatio prestatur.
8 Dominium rei titulo emptionis secuta traditione transfertur in emptorem habita bonafide de precio: fallit si fiat a non domino.
9 Precium presumit bonāfidem.
10 Publiciana actio queritur quasi dominiū: re tamen prestita presumitur pro emptore.
11 Legitima debetur ere alieno deducto a testatore facto.
12 Conditio iniqua non potest inferri facto alterius.
13 Vendita re duobus prefertur ille qui prius habuit possessionem siue a domino siue non: vbi tamen habita fuit fides de precio.
14 Dos ab administratore mulieris constituta nō dꝛ data aīo donādi sed repetendi.
15 Dos per filiam promissa tamen a patre soluta non repetitur.
16 Dos ab extraneo debitore mulieris eidem constituta qñ videaꝶ data animo compensandi.
17 Compensatio non fit de quātitate ad speciem: nec ad ꝙ͂titatem alterius generis.
18 Alimenta prestita paterno affectu non repetuntur: idem si stant in seruitio prestito opera equiualēt alimentis.
19 Alimenta prestita ꝑ vnum ex socijs familie alterius socij existētis in communitate qñ possint repeti.
20 Alimenta consanguineis prestita per alterum consanguineū fratrem vel patruum: quando animo repetendi videantur donata.
21 Coniecture non sunt a iure determinate: ideo iudicis arbitrio remittuntur.

¶ Consilium. cclxv.

In nomine domini nostri Jesu christi. ¶ †Circa primum ꝛ secundum consultationis articulum premittendum est ꝙ filij tam femine ꝙ͂ masculi debēt habere legitimam integram sine diminutione vel dilatione. l. omnimodo. l. quoniam in prioribꝰ. l. scimus. in prin. et. §. cum autem. C. de inoffi. testa. ꝛ debent habere ex substantia testatoris: non ex fructibus perceptis post mortem 2 testatoris. dicta lege scimus. §. replectionem. † Ita quod fructus etiam percepti iudicio testatoris non computantur in legitimam per. d. §. replectionem. Licet olim secus videretur per. l. papinianus. §. vnde si queritur. qui. §. corrigitur. prout communiter tenetur. ꝛ in. d. §. replectionem. et in. l. iubemus. C. ad trebel. ꝛ ꝑ Imo. in. l. in. iiij. ad falci. col. xj. per tex. in corpore de tri. ꝛ se. §. j. ꝛ per. d. l. iubemus post Ang. ibi. Et hoc scilicet ꝙ fructus non computētur in

tur in legitimam procedit: maxime quando est incertum quātum ex fructibus capi potest: quia depēdet ex tꝑe incerto: nam eo casu non loquitur. d. §. vnde queritur. nec est a principio certum qđ ex fructibus habeat suam legitimā per id qđ dicit glo. in ver. patris. in. d. §. replectionē. in vlti. solu. data per eam ad. §. vnde si qs. quā solutionē approbat Raph. fulg. vt euitet̃. ll. correctio: cū hoc qđ a principio habeat portionē correspōdentē legitime: et sic semꝑ reperiebat se habere integrā legitimā: prout dicit Raph. fulg. in. d. §. replectionē. ⁊ in. d. §. vnde si quis. Itē maxime ꝓcedit in liberis primi gradus per. d. l. iubemus. Cū itaqꝫ in casu nostro sint filie primi gradus ⁊ a principio nō habeāt quartā de substantia testatoris ex relicto vsufru. si ꝯsiderarent̃ fructus postea ꝑcepti nō habuissent legitimā sine dilatione: sed oīs dilatio reijcitur. vt in. d. l. qm̄ i prioribus. ⁊. d. l. scimus. §. cū autē. 3 † Ideo intrepide concludendū est ꝙ debeant habere legitimā in bonis dicti Danielis ab ipso initio in plena ꝓprietate ꝑ dicta iura: ⁊ dicta replectio fit ipso iure. l. scimus. in prin. saltem cū declarant eam velle. l. vt ibi ꝑ glo. ⁊ Bart. tamē qñcūqꝫ agnoscat censet̃ habere a tꝑe mortis testatoris ꝑ. l. heres qñqꝫ. de acq. here. ⁊. l. a titio. de fur. iuncta. l. si tibi hō. §. cū seruus. de leg. j. Ideo filie debēt habere legitimam ex substātia testatoris. d. l. sancimus. ⁊. d. l. papinianus. §. vnde si quis. adeo ꝙ non sufficit tantūdem relinquere quominus possint dicere volumus legitimā in corporib⁹ hereditarijs. vt volunt Bar. Bal. ⁊ Imo. in. l. suus quoqꝫ. de here. insti. ⁊ Bal. in. d. l. scimus. ⁊ habet̃ in. l. in quarta. ff. ad. l. falci. ⁊ cōiter indubie tenet̃. Ideo dꝫ habere fruct⁹ a die mortis testatoris: prout ⁊ ꝓbatur in. d. §. vnde si quis. ibi: cū debitam portionē ⁊ eius fruct⁹ habere possit. ⁊ in fi. ibi: cū facile possit debitā portionē eiusqꝫ fructus medio tꝑe colligere. ⁊ no. Bart. in cōsi. mihi. cxxxiij. ꝭm ordinē qui habet̃ perusie nō informis. incipi. visis statutis. al's incipit ꝓponitur ꝙ dña. Possunt ergo petere legitimā in corporib⁹ hereditarijs: ⁊ respicere relictū factum in certa quātitate ꝓ ipsis nō maritatis. Licet em̄ dilatio reijceret̃ ꝑ. d. l. qm̄ in prioribus. ⁊. d. l. scimus. §. cū autē. ⁊ relictū illud cōputet̃ in legitimā. d. l. omnimodo. C. de inoffi. test. ⁊. d. §. cū aūt. prout. s̄. dictum est. Tamē nō coguntur acceptare illud relictum: sed pñt dicere se velle portiones suas in corporibus hereditarijs: prout. s̄. prime dictū est: ⁊ hr̃ in iure qđ claro. ideo nō insistendū duxi. 4 † Legitima aūt cōstat ꝙ est dimidia totius hereditatis cū sint quinqꝫ filie. C. de inoff. testa. aut̃. nouissima. ⁊ in corpore de triēte ⁊ semisse. §. j. Cum autē a tꝑe mortis dicti Danielis prout presupponitur sint elapsi. xx. anni est verisimile ꝙ fructus interim percepti ascendant ad valorē capitalis. ⁊ forte vltra arguendo a cōiter accidentib⁹ qđ est bonū etiā in materia ꝓbationis: vt not. glo. ⁊ Bal. in. l. neqꝫ natales. C. de ꝓba. ⁊ glo. ⁊ doc. in. l. nō hoc. C. vnde legi. facit. l. ꝙ si nolit. §. qui assidua cū concor. de edili. edic. 5 † In his em̄ rebus q̄ sunt parui redditus iusta annua pensio iudicatur in iure illa que in. xx. annis ascendit ad estimationē rei que ad pensionē seu annuā mercedem conceditur. vt in aut̃. de non alie. §. si vero alicuius ecclesiastici. colla. ij. ⁊ ꝓbatur in aut̃. ꝑpetua. iuncta glo. fi. C. de sac. san. ec. que bene loquit̃: prout dicit ibi Raph. fulg. ⁊ ad illā glo. quotidie recurritur ad dignoscendū q̄ sit iusta pēsio alicuius rei: nā illa q̄ facit. xx. partē veri precij. vt dicit ibi Pau. de cast. subdēs no. ꝙ si minor vellet restitui in integ. aduersus locationē quā fecisset: vt quia diceret ꝙ dedit ꝓ pensione non iusta: quasi velit dicere ipse Pau. de cast. ꝙ debebit restitui tāq̄ lesus eoipso qđ apparebit qđ pēsio vnius anni nō equiualet. xx. parti veri precij: nec erit necesse ꝓbare al'r lesionē. Itē Ang. in fi. d. §. si vero alicuius ecclesiastici. dicit ibi esse casum ꝙ si tibi concessi ad pensionē vnū palatium vel vnam turrim in comitatu modici fructus vel nullius ꝓ iusta ⁊ conuenienti mercede seu pensione prout quotidie fit: tunc pensio dꝫ dari ad dictam rationē. s. ꝙ pēsio annua in. xx. annis equiualeat precio rei qđ dicit eē bñ notabile: ⁊ vere est notabile. Et maxime quatenus id ponderatur qñ res est parui vel nullius redditus. vbi ergo non esset parui redditus sed mediocris: verisimiliter iusta pensio esset maior. facit optime. l. papinianus. §. vnde si quis. vbi. tex. videtur satis plane ꝓbare ꝙ fructus semissis ꝑ decēniū equiualent sextūci et sextūcibus fructibus qđ tātum est dicere quātum ꝙ fructus decēnij equiualent precio rei si nō equiuoco. Nam duo triētes faciūt vnum semissem: cū ergo debeat ibi filius habere vnum trientem et eius fructus cum finito decennio ibi non sit amplius aliquid de semisse habiturus: oportet itaqꝫ ꝙ fructus semissis valeant quātum hodie valerent: ⁊ vnus triens ⁊ fructus interim recollecti in ipso triente: ipse quidem hꝫ suo iure fructus trientis qui sunt dimidia fructuum semissis: oportet ergo ꝙ alia dimidia fructuum dicti semissis ⁊ sic fructus vnius trientis per decēnium recollecti valeant quantum vnius triens: licet ille tex. ad hoc non ponderetur: vt reperiam ⁊ videt̃ mirabilis. ita presupponit ibi iurisconsult⁹ iūctis his que dixi. s̄. circa principiū quo ad intellectum. d. §. vnde si qs. referendo glo. ⁊ Raph. fulg. consulerem tñ dictis filiabus ꝙ conarentur probare q̄ melius possent quātitatem fructuum recollectorū: quia multū variatur quātitas ⁊ valor redditūū ex tēpor ⁊ locorum varietate vt res ipsa indicat. 6 † Circa scd̄m cōsultationis articulum dicendum videbatur ꝙ ex quo legitima debetur tꝑe mortis testatoris: ⁊ tunc videtur an sibi sit tantū relictū ꝙ legitimam ascēdat: ⁊ sic an sit locus replectioni necne illius tꝑis estimatio cōsideretur: maxime cū illa replectio fiat a. l. ipso facto. d. l. omnimodo. d. l. scimus. in prin. Et illud qđ est relictum imputetur a lege in legitimam: vt dictis iuribus. ⁊ aut̃. nouissima. ⁊. l. si qñ. eo. ti. Sed licet istud posset forte ꝓcedere qñ ipse filie acceptassent relictum qđ imputaretur in legitimam vel consecute essent dotes a testatore: q̄ in legitimam imputantur. l. qm̄ nouella. C. de inoffi. test. s. ꝙ quatenus valent eatenus minuatur legitima. ⁊ si tēpore mortis valet quātum valet legitima nihil hꝫ vnde queratur: ⁊ nihil hꝫ imputari testatori: nec tunc est minus legitima relictum: ideo non est loc⁹ replectioni in aliquo: ita ⁊ si relictum equiualens parti legitime ꝓ illa parte impediat̃ pariter legitima. ar. de toto ad partē. l. que de tota. de rei vendi. ⁊. c. pastoralis. xvi. si quis cū totū. de offi. dele. ⁊. l. qui sit. ff. de vsuris. Tamē qꝛ vt dixi dicte filie non maritate pñt recusare relictum ⁊ dicere volumus legitimam nostrā in corporibus hereditarijs ipsi habēt legitimā in ipsis bonis hereditarijs: ⁊ sic in vniuersa hereditate habebit quelibet earum decimam partē hereditatis ⁊ decimā corpoꝝ hereditariorū: detracto tñ ere alieno. d. l. papinianus. §. quarta. ideo si estimatio augetur estimatio rerum suarum prout rerum ipsius heredis. Nec incrementum vel diminutio estimationis in habentibus res cōmunes magis vni q̄ alteri ascribitur: ita ⁊ cōtingit in herede ⁊ filijs quibus debetur legitima in corporibus hereditarijs: 7 † sic etiam quando legatur pars bonorum heres si eligit ꝑstare estimationē debet prestare estimationem prout res valet tꝑe quo estimatio prestat̃ prout est de mente tex. ⁊ doc. in. l. non amplius. §. cum bonorum. ⁊. l. sequē. de leg. j. ⁊. l. generali. §. fi. de vsuf. leg. Item qñ alicui debetur aliqua res cōmodum ⁊ incommodum ⁊ estimationis ⁊ deteriorationis vel meliorationis cedit lucro ⁊ dāno creditoris. iuxta. l. j. ⁊ per totum. de periculo. ⁊ cōmodo rei. ff. ⁊. C. habet enim prestari res non estimatio: iđ prout sunt prestari debent non habita cōsideratione presentis vel preterite estimationis: ⁊ hoc clarum: ideo non amplius insistēdū.

8 ¶ † Tertia etiam cōsultatio est in iure clara: nā ꝯstat ꝙ ex titulo emptionis secuta traditione habita fide de precio transfertur dominium in emptorem. §. vendite. insti. de rerū diui. ⁊. l. ꝙ vēdidi. ff. de contrahen. emp. 9 † Et in dubio presumitur habita fides de precio: prout not. glo. in dictis iuribus quas cōiter oēs sequunt̃. 10 † Et hoc si venditor erat dñs: si vero non erat dñs querit emptor quasi dominium ⁊ publicianā. tex. est singularis: lꝫ al's vulgaris. in. l. de precio. de publi. Tradita autem presumitur eoipso qđ reperit̃ res empta possideri per emptorem: quia ꝑsumitur possidere ex ꝑcedēti titulo. l. nimis instructus. C. de acquirē. pos. l. j. C. de impo. lucra. descrip. lib. x. ⁊. l. quedam mulier. de rei vendi. cū itaqꝫ dictus Daniel emerit dictas res vna cum dicto Geminiano: ⁊ eas ꝓ sua parte post emptionem possederit: in consequentiam ex predictis infertur ꝙ si venditor erat dñs: ipse daniel ꝓ dimidia quesiuit dominium dictarum rerum: si vero non erat dominus quasi dominium quesiuit ⁊ erat obligatus ad dimidiam dicti precij. 11 † Itaqꝫ dicte filie debēt habere legitimā etiā suꝑ dictis bonis prout super alijs: ac etiā debēt habere fructus dictarū reꝝ prout aliarum: tñ debitū dicti ꝑcij auget es alienū: ⁊ es alienū ita auctū diminuit legitimaꝫ per. d. §. quarta. ⁊ qđ ꝑ glo. in. l. cum a matre. C. de rei vend. Nō aūt diminuet magis in dictis rebus vt. s̄. emptis q̄ in alijs: cū es alienum respiciat ⁊ afficiat vniuersum patrimonium. l. fideicōmissum. §. tractatū. ff. de iudicijs. Nec emptio seu instr̄m emptionis post factū dicto Geminiano eius nomine dūtaxat potest ꝑiudicare ipsis filiabus: qꝛ res inter alios acta ⁊c. C. res inter alios acta. in rub. et nig. 12 † nec debet alteri per alterum iniqua conditio inferri. l. nō debet alteri. de reg. iur. 13 † Et qñādo vnus vendit rem duobus prefert̃ ille qui prius habuit possessionē siue sit dñs: siue nō dñs. l. quot̃. C. de reivendi. ⁊. l. siue. §. si duobus. de publi. Cū itaqꝫ dictus Daniel nedū prius emerit respectu sue dim' die: sed etiā possessionē cōsecutus fuerit: ideo sequēs emptio eidē non preiudicat nec eius successoribus. ⁊ licet nō soluerit preciū: nō refert ex quo fuit habita fides de precio vt premissum est.

14 ¶ † Deueniendo ad quartū cōsultationis quesitū premittendū est ꝙ licet glo. in. l. fi. C. de dotis ꝓmissione. dicat ꝙ extrane⁹ dotādo mulierē videt̃ in dubio dotare aīo gerendi negotiū mulieris vel patris nisi aliud probet̃. arg. l. nēsenni⁹. de nego. gest. ⁊. l. cū post mortē. §. j. de admi. tu. ⁊. l. vxorē. §. pater. de leg. iij. tamē Ja. de are. ⁊ Old. dicunt glo. ꝓcedere dictā opi. glo. si dotans erat aministrator negotiorum ipsius mulieris: al's dicūt ꝙ cēsetur dotasse aīo donandi ꝑ. l. vnicā. §. accedit. de rei vxo. acti. facit. l. fi. C. de iure dotium. ⁊. l. licet. ff. eo. tit. ⁊ dictam eoꝝ opi. simpliciter sequunt̃ ibi Cy. Bar. Bal. ⁊ Saly. ⁊ ad. d. l. nēsennius. ⁊. d. l. cum post. §. j. patet rñsio: quia loquuntur in administratore. itē non loquitur. d. l. nēsennius. in dote: sed in alimētis ⁊c. Itē in. d. l. cum post. §. j. non declarat bene tex. quid in dubio. sed videt̃ loqui in casibus certis. d. autē. §. pater naturalis. non loquitur in administratore dotante: ideo non cadit dicta responsio: sed dicunt prefati Jaco. de are. ⁊ Old. ꝙ ille tex. recte intellectus non ob. et non

aliter rñdent prout dicit ibi Raph. fulg. sed Saly. refert ꝙ rñdent ꝙ ibi cessat coniectura donationis: quia pater stipulatus fuit sibi reddi: ⁊ ita transit Saly. sed stipulatio predicta prestat etiam coniecturam ꝙ non aĩo gerendi negotia mulieris: nisi dicatur ꝙ satis gerit negotia mulieris si constante matrimonio ꝯstituit ei dotem sine qua forte non nupsisset: ⁊ satis est amico in aliquibus subueniri: ⁊ sic in aliquo eius negotia gerere: profecto similiter respectu illius tẽporis posset cẽseri donatio: ⁊ sic dedisse ad tps aĩo liberalitatis exercende: ⁊ per ꝯñs stipulatio de reddenda dote dotanti post dissolutum matrimonium non videtur magis prebere coniecturã

15 ꝙ dotauerit aĩo donandi tẽporaliter. † Alij soluunt ꝙ ibi filia nupserat ⁊ promiserat dotem: ideo pater soluit dotẽ promissam a muliere ⁊ sic debitum mulieris: ideo censetur soluisse non aĩo donãdi prout dictam solutionẽ dat ibi Bar. dicẽs ꝙ id innuit glo. dũ allegat. l. si operas. de excep. doli. sed est diuinatiua. Datur ⁊ tertia solutio. s. ꝙ ibi pater dedit dotem nomine mulieris: lꝫ stipulatus fuerit sibi reddi in vnum casum. ꝙ patet: quia de ratihabitione mulieris subdit: mulier aũt ratum habere non posset nõ suo nomine gestum. l. si pupilli. §. sed si ego. de neg. gest. ẜm Bar. ibi. Itẽ ibi dedit vt ratum haberet mulier: qđ patet: qꝛ ea non ratificante pater condicit. dicit ibi tex. s. per cõditionem ob causam supplet glo. ⁊ ita so

16 lutio est satis bona. † Quarto loco Bar. soluit ꝙ ibi pater qui dedit dotem erat debitor mulieris: ideo videtur dedisse aĩo cõpensandi cũ illo debito: non aĩo donandi. ⁊ iste sit text. ibi. vnde hoc casu dicit esse sequendam opi. glo. non opi. Jaco. de are. ⁊ in hoc residet et dictam opi. approbat Raph. fulg. in. d. l. fi. de dotis promis. licet Bar. tamen ibi sentit contrarium querendo quid si extraneus debitor dat dotem: ⁊ rñdet ꝙ aut administrabat ⁊ non censetur animo donandi: aut nõ administrabat: ⁊ tunc animo donandi. Et sic Bar. vꝫ variasse ⁊ alij simpl'r sequentes opi. Jac. de are. ⁊ Old. vidẽtur etiam in debitore non administrante alia negotia ꝑsumere animũ donandi: ⁊ maxime Saly. dãdo supra relatam solutionẽ ad. d. §. pater. nam per eam vult ꝙ si pater nõ fuisset stipulatus sibi reddi: presumeretur aĩus donãdi: ⁊ tñ euidẽter sibi apparebat: qđ pater ibi erat debitor mulieris: ⁊ ꝓ hac parte facit generalitas. d. §. accedit. itaqꝫ istud membrũ remanet satis dubium. Et applicãdo predicta ad thema nostrum cum non presupponatur ꝙ dictus geminianus gereret negotia dictarũ filiarum Danielis: nec dotauit noĩe ipsarũ: nõ videtur ꝙ possit se iuuare quominus censeatur dotasse aĩo donandi: nisi ex hoc capite: quia erat debitor dictaꝝ mulierũ ex testõ Danielis earũ patris. Non eñ potest allegare ꝙ ipse protestatus fuit ꝙ soluebat pro satisfactione legatorum factorum in testõ dicti Danielis. Et sic ꝙ prestatio reddit rem claram ꝑ. d. l. nẽsennius. quia hec allegatio tollitur. procederet eniꝫ si ꝓtestatio predicta emanasset a princi. tpe prime solutionis ⁊ ꝓmissionis dotis: que emanauit in anno. M. cccclxxiiij. Nam illo tpe poterat sue promissioni ⁊ solutioni legem apponere: sed protestatio facta fuit postea: ideo non releuat. l. ex morte. in fi. C. de pac. conuẽ. ⁊. d. §. accedit. Ex quo eñ ab initio censetur donasse. d. §. accedit. nõ potest postea resilire sua protestatione donationẽ prius factam reuocare. l. perfecta. C. de dona. que sub modo. ⁊. l. sicut. C. de actio. ⁊ obli. et. l. aristo. de dona. solum ergo iuuari potest: quia cẽset dedisse ab ipso initio aĩo se liberãdi a debito. Sed tunc aĩaduerto ꝙ dictus Daniel reliquit in testõ libras quingẽtas pro dote cuiuslibet filie: et dictus Geminianus dotauit dictas duas mulieres in quadringentis floreñ. auri latis boni auri ⁊ iusti ponderis ꝓ qualibet: prout ex primo instrõ dotali ꝑcipitur. in scđo autẽ instrõ dicitur ad rõnẽ quinquaginta sex solidoꝝ pro quolibet floreno. Nescio qualiter capitur libra solidus vel floreñ. mutine. mihi autem ꝑsuadeo ꝙ octingenti lati floreñ. auri iusti ponderis sint longe maioris estimationis ꝙ̃ mille libre: si ita est saltẽ in illo pluri non caderet materia cõpensationis seu liberationis a debito: ideo saltẽ quatenus excederet censeretur donasse: nisi dicaꝰ ꝙ forte mille libre non equiualẽt legitime dictarũ duarũ filiarũ: ideo lex supplet vsqꝫ ad concurrentem quãtitatem legitime. d. l. omnimodo. ⁊. d. l. scimus. ꝓ quo supplemento cõpetit cõditio ex lege. prout dicit glo. in vbo exigere. in. d. l. oĩmodo. ⁊ doc. cõiter omnes eã sequunꝰ: ideo heres vniuer-

17 lis videtur debitor etiã in illo residuo legitime. † Sed hec allegatio confutatur: quia illud residuum legitime non cõsistit in quãtitate in genere: sed in substantia testatoris. d. §. replectionẽ. ⁊ sic corporibus hereditarijs: ⁊ de quantitate ad speciem non cadit compensatio l. si conuenerit. in prin. de pig. act. ⁊. l. qui iniurie. §. si seruus. ⁊ qđ ibi ꝑ gl. ⁊ Bar. ff. de iniur. ⁊. l. si constat. C. de cõpẽsa. neqꝫ ad quãtitatem alteriꝰ generis: puta de quãtitate pecunie ad quãtitatem frumẽti: prout no. Bar. ⁊ doc. in. l. diuortio. §. ob donationes. solu. mat. per ea q̃ habentur in. l. ij. §. j. si cer. pe. Ideo non cadunt termini compensationis: ideo cõcludo ꝙ quatenus dicte dotes excedunt legata facta dictis filiabus non sint eis computande in legitimã: nec repetẽde ꝑ dictũ Geminianũ: sed date censeantur animo donandi: immo plus potest attentari ꝙ si dicte due filie repudiant legata dicentes ꝙ volunt legitimam in corporibus hereditarijs prout dicere possunt: vt supra conclusum fuit non cadunt

termini compensationis: quinimmo cessat compensatio quando hincinde est debitũ quãtitatis: tñ ex altera parte potest solui species. d. l. qui iniurie. §. si seruus. cũ ibi no. per glo. ⁊ Bar. ita pari ratione si ex altera parte potest peti species: vt in terminis istis: ⁊ tãto fortius: quia in casu isto electione creditoris cessat debitũ quãtitatis: ⁊ species ipse hereditarie sunt nõ solum in solutione prout cõtingit in terminis. d. §. si seruus. sed in obligatione et solutione: cum ergo non cadat compensatio nec solutio in ꝯsequentiã cessat liberatio: ideo nõ cadunt termini. d. §. pater. ⁊ que ibi ꝑ Bar. ⁊ propterea hac ratione videtur posse cõcludi in puncto iuris ꝙ censeãtur dicte dotes date aĩo donandi ⁊ non imputẽtur dictis mulieribus in legitimaꝫ. Et ꝓcedat hoc casu opi. Jac. de are. ⁊ sequaciũ. Sed licet hoc mihi videatur probabile: tamen quia videtur rigorosum non audeo firmare vsqꝫ ad concurrentem quãtitatem mille

18 librarum. † Restat vt ad quintum quesitum descẽdamus: circa qđ est aduertendum ꝙ si illas prestitas affectu paterno: ⁊ sic non animo repetendi non repetit. si vero animo repetendi repetit isti sunt casus clari. l. si paterno affectu. C. de neg. ge. d. l. nensennius. ff. eo. tit. In dubio autem si non stabant in seruitio alimẽtãtis Petrus Cy. ⁊ Bar. intelligunt glo. in. d. l. si paterno affectu. velle ꝙ censeãtur prestite animo non repetendi. ⁊ hoc saltem vult glo. si stabãt in seruitio victrici: ⁊ ꝙ si stabant in seruitio victrici alimẽta nõ repetantur. transeunt ibi simpliciter doc. ⁊ saltem ꝓcedit si opere sunt equiualentes alimẽtis prestitis: nec est minor rõ in patruo: prout est iste Geminianus ꝙ̃ in victrico quia agnatus: ⁊ solent a cõmuniter accidentibus parui post mortem factum diligere nepotes vel neptes ꝙ̃ victrici priuignos: vnde si opere prestite ꝑ dictas mulieres ipsi geminiano sunt equiualentes: ipsis expensis non est locus repetitioni: sed cõpensentur opere cũ alimẽtis. arg. l. sꝫ si vir lana. §. j. ff. de dona. inter virum ⁊ vxo. ita firmant glo. ⁊ Bar. ⁊ Bal. in

19 d. l. si paterno affectu. † et ibi Petrus ⁊ Cyñ. dicunt ꝙ si sunt duo rustici ⁊ vnus habet magnam familiam et alter non: ⁊ expendunt de cõi si opere illorum de familia sunt considerabiles ⁊ expense nõ repetuntur: al's secus. si vero opere dictarum mulierum non sunt equiualentes: ⁊ tunc si expense ꝓ alimentis parum excedunt: tunc quia modica expensa inter cõsanguineos non cẽsetur facta aĩo repetendi non repetitur. argu. l. omnino. ⁊. l. qđ dicitur. de impen. et do. argu. l. vtrum. ⁊. l. ex animo. ⁊ qđ in eis habetur. ff. de dona. iter virum. ita in proposito dicunt Pe. ⁊ Cy. in. l. alimenta. et post eos ibi Raph. fulg. qui etiam idẽ dicit in. d. l. si paterno affectu. ad hoc no. per Bar. in. d. l. que dotis. so. mat. alias recurrendum est ad cõiecturas prout volunt Barto. ⁊ Bal. ⁊ doc. cõiter in. d. l. si paterno affectu. in casu isto expensa annua in puellis verisimiliter est parua respectu cuiuslibet puelle de ꝑ se: iste geminianus erat patruus

20 non habens vt ꝓcepi filios masculos. † Ratione eñ cõsanguinitatis sumitur coniectura donationis. l. ꝓcula. ff. de ꝓba. ⁊. l. si seruus. de dona. inter vir. ⁊ not. glo. in. l. que dotis. solu. mat. ⁊ in. l. libertis quos. §. j. de ali. ⁊ ciba. leg. licet eñ sola cõiunctio sanguinis ꝓprie non inducat presumptionẽ donationis prout dicit Bart. in. d. l. q̃ dotis. iij. col. ⁊ est de mente tex. in. d. l. procula. ⁊. d. glo. in. d. l. libertis. §. j. tamen debet coniecturam que vna cum alijs adminiculis sufficit. item cõcurrebat: quia pater dictarum puellarum instituerat vniuersalem heredẽ dictum Geminianum: ex qua institutione causabatur q̃dam obligatio naturalis ad antidora. l. sed ⁊ si lege. §. consuluit. de peti. hereditatis. nam talis obligatio causat presumptionem donationis. l. si vero non remunerandi. §. inde papinianus. ff. mandati. ⁊ qđ no. glo. j. ⁊ Bar. iij. col. in. d. l. que dotis. Non occurrebat remuneratio in ꝑsona Danielis iam defuncti: filie aũt censentur eadem ꝑsona cum patre. l. fi. C. de impub. ⁊ alijs substit. ideo debebat esse maritus filiabus dicti Danielis: ⁊ licet forte hec sola ratio que esset sufficiens in donante non sufficiat in donatarios filiabus saltem non heredibus: tamẽ aliquid confert ad cõ-

21 iecturandum animum donãdi. † Item concurrit ꝙ ipse Geminianus post mortem reliquit dictis filiabus Danielis partem vsuff. bonorum suorum ex quo possent alimentari: vnde prebet aliquaꝫ coniecturam: qđ etiam in vita alimentando voluerit de suo: nõ animo repetendi prestitisset: que oĩa iuncto qđ illarũ erant in seruitio ipsius Geminiani: ⁊ verisimiliter expense non erant magne in alimentis videtur coniecturandum ꝙ non animo repetẽdi sint ꝑstita talia alimenta: hoc tñ totum. s. que coniecture sint sufficientes remittẽdum est arbitrio iudicis: cum non sint oĩno in iure determinate. arg. l. j. ff. de iure delib. ⁊. c. de causis. de offi. dele. qui iudex habebit cõsiderare iam dicta: ⁊ qualitatẽ dicti Geminiani ⁊ affectionẽ quã habebat erga dictas puellas ⁊ quãtitatẽ expensarũ ⁊ oĩbus pensatis arbitror: qđ arbitrabitur mẽtẽ dicti Geminiani fuisse in non repetendo dictas impensas.

Laus deo.

¶ Summarium super consilio. cclxvj.

1 ☞ Contractus quando vsurarius non presumatur creditore recipiente certum terrenum in solutum pro parte debiti et pro alia parte iure pignoris nisi debitor soluerit pecuniam infra duos mẽses et quõ testibus possit probari vsurarius. per totum.

2 Contractus simulatus siue vsurarius presumitur mutuo precedẽte secuta

te secuta emptione. Idem pacto legis commissorie quo pignus remittitur post tēpus statutum post precio dato. nu. 3.

4 Pactum de reuendendo et paruitas precij presumunt cōtractum etiam sub nomine emptionis celebratum pignoratitium.

5 Testibus saltim duobus probaꝛ cōtractus vsurarius seu simulatꝰ.

6 Meum tuum et suum denotant quasi do minium. nu. 27.

7 Pignorate res dicunꝛ sue .s. debitoris ꝛ non creditoris.

8 Usurarius cōtractus coniecturis probatur vt recedi possit a communi iure vbi cautela incedit ad precludendas pbationis vias.

9 Confessio se habuisse ꝛ recepisse facta per contrahentem alio non docto probat solutionem.

10 Hypothecari siue pignorari pro parte non potest res communis per alterum socium.

11 Contractus non dicitur simulatus siue vsurarius creditore rē pignoratam accipiente in solutum: que si fuerit maioris valoris cau sat remedium legis. ij. C. de rescin. vend.

13 Demonstrationes due sufficiūt ad demonstrādū rei idētitatem.

14 Contractus quibꝰ cōiecturis non presumaꝛ vsurarius. nu. 12.

15 Testis deponens per verbum credit non probat.

16 Ualor seu estimatio rei de facili vicinis dicūtur incognita.

17 Mensura rei non solet innotescere vicinis qui non sunt messores et presertim qui non cultiuauerunt.

18 Testis qui deponit de reddendo causa m sui dicti qꝫ vicinus quando probet.

19 Testes asserentes redditionē cause debet illa esse ꝑ sensum corpis.

20 Forte dictio est assertiua .s. dubitationē ꝛ varietatē significātis.

21 Testis dictum interpretatur cōtra eum pro quo deponit.

22 Fructant et fructuarunt differunt inter se: nam fructant potest tā tum verificari in duobus annis.

23 Testium dicta non sunt calūnianda.

24 Contractus de cuius simulatione cōtenditur tenetur emptor vel precium supplere vel rem reddere pro eodē precio.

25 Pactū de reuendendo qn̄ placuerit nō ꝑsumit cōtractū vsurariū.

26 Pactum legis cōmissorie nō ē illicitū si mutuando daꝛ fideiussor pro restitutione quātitatis mutuate ꝛ conuento ꝙ pignus cedat in solutum fideiussori si ipse principalis non soluit.

28 Mutuum apud idiotas presumitur solutione debiti.

¶ Consilium. cclxvj.

1 In nomīe domini nostri Jesu christi. † ¶ In hac cā inquisitionis formate cōtra philippū michellis de picadis de treuio: ꝛ appel. exinde secute visis copia inquisitionis articulorum vtriusqꝫ partis primo ꝓductoꝝ ꝑ parte curie: ꝛ bartholomei eidē assistēti semel tm̄ numero. xvj. ꝛ deinde ipsius inquisiti bis ꝓductorū numero in totū. xvij. Et copia attestationū decē testiū ꝑ parte curie: ꝛ sex ꝑ pte inqsiti: ꝛ duobꝰ instrumētis publicis de emptionibꝰ factis ꝑ dictū Philippū noīe suo: ꝛ baptiste sui nepotis a dicto bartholomeo ꝛ alio instr̄o publico de refutatione cuiusdā clamidis facte per dictum bartholomeū dicto philipo: ꝛ alio instr̄o publico de venditione facta ꝑ dictū phillippū ꝛ baptistā de tertia parte dicti terreni vt. s. empti ꝑ precio. xviij. floreñ. vt dr̄: ꝛ hoc ꝑ precio. xij. flore. ꝛ copia instr̄i cōfessati depositi. Itē alterius instr̄i conseruationis idēnitatis ꝛ pignorationis secute: ꝛ instr̄o publico snie late cōtra dictū philippū: a qua snia presupponitur fuisse appellatū: ꝛ oīa rite processisse vsqꝫ ad calculū ferēde snie sup cā appellationis queritur q̄ sint partes iudicis appellationis ex his q̄ apparēt ex ꝑmissis meritis cause. † Et lꝫ consultationē reputē satis clarā: tn̄ pro solito more seruando rem in dubiū deducā. videꝛ enī prima facie dicendū ꝙ dictus philippus fuerit iuste condēnatus: nam pbatur primo pignoratio facta de dicta dimidia dicti prati ꝑ cōseruatione idēnitatis p. xxxviij. floreñ. ꝑmissis ꝑ dictū philippum: et postea venditio ꝑ ipsa q̄titate. xxxviij. floreñ. ꝛ videꝛ pbari ꝙ res valebat cētum: ita ꝙ erat maxima lesio. cū ergo precesserit pignus videꝛ causari nō leuis coniectura fraudis: cū vbi precedit tractatus pignoris ꝛ postea sequitur apparent emptio sit suspitio fraudis vsurarum. Quinimmo sola petitio ꝙ pecunia mutuetur: licet non appareat creditorē numerasse. dicit Bald. in. l. iij. C. plus

3 valere qđ agitur. facit presumi contractum vsurariū. † Item alr̄s in sīli videmus ꝙ pactū factum ꝙ pignus post tp̄s vendaꝛ ꝑ q̄titate ꝑ qua est pignoratū reprobaꝛ: qꝛ censetur factū in fraudē vsurarum. c. significāte. extra de pign. ꝛ que ibi habenꝛ. ꝛ. l. fi. C. de pac. pign. Ita ꝛ videtur pari ratione si post tēpus vendiꝛ: qꝛ paria sunt vno tp̄e facere actū ꝛ facere prius ꝛ in illud tp̄s actū cōferre. l. in tē

4 pus. de heredi. insti. ꝛ. l. j. ꝛ. l. qđ sp̄ōse. C. de dona. ꝑpter nup. † Coadiuuātur premissa: qꝛ paruitas precij ꝛ pactū de reuendendo videtur inducere presumptionem vt contractus celebratus sub nomine emptionis censeatur pignoratitius ꝛ vsurarius. c. ad nostrā. et ibi per doc. de emp. et vend. Sed pbata videtur precij paruitas

5 vt ꝛ. s. dictum est longe minor dimidia insti precij. † Item pactum de reuendendo videtur pbari per nonnullos testes qui deponunt ꝙ dictus Philippus dixit dicto Bartholomeo: omne volta che tu me rēde li mei denari io te rendero il tuo terreno. Maxime per Philippum francisci ꝛ nardum casetti qui concordant de loco et contestibus: per Jacobus antē concordat de loco ꝛ contestibꝰ: sed variat: quia deponit ꝙ Franciscus filius dicti Philippi dixit illa verba. Item saluutius concordat de presentibus: sed variat in loco: quia alij dicunt in domo Nardi casetti: ipse vero dicit in platea ante domum Nardi casetti: Bartholomeus deponit ꝙ in platea treuij: et de contestibus non recordantur. primus testis ꝙ in palatio: duo alij ꝙ apud fornaros: sed vnus non plane deponit. sunt ergo q̄plures qui sup hoc deponunt: sed duo tm̄ vident posse iūgi: sed duo sufficiunt. l. vbi numerus. ff. de testi. c. in omni. de testi. cum si. merito videtur resultare presumptio fraudis vsurarie. Confert quia Stephanus vltimus testis curie deponit: ꝙ quia deerant alique pecunie ad summam quam mutuauerat: ꝛ sic presupponit ꝙ mutuauerat: non autem ꝙ dederit ꝑ precio terreni: si autē fuisset mutuum ꝛ voluisset sub colore emptionis retinere predium ꝛ fructus lucrari fuisset indubia vsura merito ꝛc. Corroboranꝛ ꝑmissa ex tenore verborum quibus vtebatur dictus Philippus in dicta oblatione de reddendo terrenum ꝑdictum. Nam deponunt testes ꝙ philippus dicebat io te rēdero le terre tuoie seu la terra tua. vꝫ Angelus primus testis philippus secūdus testis ꝛ saluutius. viij. Et sic ꝑsupponebat terenum esse tunc temporis ipsius Bartholo

6 mei. † Quia meum ꝛ tuum denotant dominium. l. quintus. §. argēto. de auro argento legato. ꝛ. l. suos. in princi. de legatis. iij. Sed si fuissent vendite ꝛ tradite soluto precio fuissent emptoris nō ipsius Bartholomei venditoris: merito dicta verba suadent ꝙ dicte res

7 erant pignorate non vendite. † Res em̄ pignorate dicuntur sue. s. ipsius debitoris qui pignorauit: non ipsius creditoris qui pignus

8 recepit. vt. d. l. suos. §. eos vero. † Corroborant plurimum ꝑmissa: quia cum dicto Philippo fuisset factum preceptum per iudicem ecclesiasticum ꝙ restitueret dictas res vt pignoratas ipse deuenit ad compromissum cum dicto Bartholomeo occasione predicta: ꝛ inter cetera dederunt dictis arbitris potestatem estimādi operas et capānam quas ꝛ quam fecisset dictus Phillippus in dictis terris ac etiam estimandi omnes ꝛ singulos fructus quos dictus philippus pcepisset ex dictis terris: ꝑfecto si dicte terre fuissent vendicte fructus non erant estimandi: quia erant ꝓprij ipsius Philippi: ꝛ similiter non erat estimanda capanna: quia ad eum ꝑtinebat et ope fuissent ꝑstite in re ꝓpria ꝛ in ipsiꝰ operātis vtilitatē: nō frustra fuissent estimande: ideo cum conueniant magis pignori q̄ venditioni plurimum prestant coniecture fraudis vsurarie. Itaqꝫ ex his multis videtur satis probata intentio inquirentis cū si. non prosunt sin gula multa plerunqꝫ iuuāt. l. excusantur. in prin. de ex. cu. tuto. ꝛ sumus in materia in qua cautelose solet incedi ad preclu dendas vias probationibus: ideo iura volūt probari ex coniecturis: ꝛ quandoqꝫ recedi a communi iure ad euitandas fraudes feneratorum: vt est tex. in cle. j. §. ceterum. de vsuris. ꝛ. d. c. ad nostram. ꝛ

9 c. illo vos. de pigno. ¶ † His tamē minime refragātibus cōtrariā partē puto intrepide amplectendā. s. ꝙ partes iudicis appellationis sint pronūciare male iudicatū: ꝛ dictum Philippū absoluere. Nam est premittendū ꝙ nunq̄ fuit aliquis tractatus mutui: sed dictus Bartholomeus erat debitor cuiusdā Baptiste antonutij in quātitate. xliiij. florē. ꝛ habebat quādā clamidē vxoris dicti Bartholomei subpignoratā Isaac hebreo: cū forte dictus baptista instaret pro consequēda quātitate sibi debita dictus Philippus in effectu ꝑmisit pro eo soluere dictā quātitatē: ꝛ ad maiorē cautelā dicti Baptiste creditoris voluit contractum sub forma depositi restituendi per totum mensem iunij. et deinde subditur ꝙ habeat dictus Phisippus terminum duorum mensium vltra mensem iunij: et conuenit ꝙ ꝑ tota dicta quātitate possit dare mactones ꝛc. Et dictus Bartholomeus conseruauit eum indēnem: ꝛ casu quo dictus Bartholomeus non soluet infra dictum mensem iunij proxime tunc futuri: dictus Bartholomeus ex tunc pro sex floreñ. vēdidit vnum petium terre ꝛc. et ꝑ residuo obligauit et pignorauit medietatem vnius prati ipsius Bartholomei positi ꝛc. itaqꝫ ab initio non fuit aliqua fraus: nec dictus Phiuppus aliquid mutuauit nec quicquid lucri sperare poterat vsqꝫ in mensem Junij tunc proxime futuri: ꝛ sic fere per. viij. menses. Et si dictus bartholomeus soluisset infra dictos. viij. menses: dictus Philippꝰ nihil lucri consecutus fuisset: ideo tēpore illo contractus celebrati nihil imminet suspectum fraudis vsurarie. immo omnia innuunt contrarium: post terminum solutionis destinatum dictus Philippꝰ stetit per. xj. menses anteq̄ haberet instrumentū venditionis. Non autem est verisimile ꝙ si voluisset fenerare voluisset illud tempus in cassum transire. Postea emit simpliciter pro. xxxviij. floreñ. nec fecit pactum de reuendendo ꝙ appareat: ita ꝙ cessat illa suspicio que causatur ex pacto de reuendendo. Et insuper non apparet ꝙ venditio fuerit causata ratione precedentis cōtractus. Nec apparet ꝙ dictus Philippus soluerit dicte Baptiste: nec etiam apparet ꝙ dictus Bartholomeus non soluerit intra illud tempus conuentum: ita ꝙ censeatur datum insolutum pro illa promissione indēnitatis: ꝑfecto nihil exprimitur in instr̄o nō reperio specifice ar

ticulatum nec vllo mõ cõfessatum: nec aliter aliquatenus ꝓbatum immo rei qualitas suadet contrarium: nam fatuus fuisset dict⁹ bartholomeus nõ facere id exprimi: qm̃ dictus Philippus posset dicere dicto bartholomeo: ego solui baptiste ꝓ te: tu ꝓmisisti me conseruare indẽnem: redde mihi pecuniam quã ꝓ te ꝓmisi ⁊ solui: nec bartholomeus posset se tueri ꝙ dederit istaꝫ rem insolutũ ꝓ dicta q̃titate cũ illud non appareat: immo vba ꝓprie sumpta aliud demonstrant: nam tunc ipse non habuisset dictã q̃titatẽ. xxxviij. flo. a dicto Philippo: sed eo medio habuisset liberationeꝫ de debito ad qd̃ tenebat̃ baptiste: seu ad qd̃ tenebatur ipsi rõne dicte solutionis ⁊ dicte ꝯseruationis indẽnitatis: itaqꝫ esset potius compensatio quedã. Et cõpensans non soluit neqꝫ recipit q̃titatẽ saltẽ vere ⁊ ꝓprie. vt est tex. in. l. iulianus. de condi. ⁊ demõstra. Ideo ꝯfessio quã fecit dictus bartholomeus recepisse dictam q̃titatẽ non esset vera ꝓprie loquendo. Et hoc etiaꝫ ꝑsuadetur: q: ipse Philippus emit ꝓ se ⁊ ꝓ baptista: ⁊ creditum fuerat nomine suo ꝓprio dũtaxat. Et insuper confessio se habuisse ⁊ recepisse facta ꝑ contrahẽtẽ alio non docto ꝓbat solutionẽ factam tp̃e cõfessionis ⁊ cõtractus: prout voluit Bar. in. l. certi cõditio. §. si nũmos. ff. si cer. pet. ⁊ in. l. p̃dia. ff. de acqui. here. ⁊ in. l. si ita stipulatus. §. grisogonus. de vb. obli. ꝑ tex. ⁊ ibi latius in. l. post dotem. ff. so. ma. Et ſm hoc alio nõ docto nõ apparet ꝙ ista venditio emanauerit ex cã dicti cõtractus depositi ⁊ conseruationis indẽnitatis. Quinimmo nec apparet ꝙ res vendita sit illa data in pignus deputata ꝓ dicta conseruatione indẽnitatis. Attento ꝙ in instr̃o pignoris nõ describunt̃ latera: licet conueniant in qualitate terre pratiue in pertinentijs seu vocabulo: que qualitates solẽt esset cõmunes pluribus petijs terrarum
10 ideo non concludunt necessario idẽtitatem. † Et maxime: quia in instr̃o pignoratitio dicit medietatẽ vnius petie dicit dicti bartholomei ex eo latere qd̃ placebit dicto Philippo. venditio aũt cãtat de medietate ꝓ indiuisa cũ heredibus Seraphini: contractus pignoratitius loquitur de terra pratiua ipsius bartholomei simpliciter: ita ꝙ innuit non esse cõem cũ aliquo: et maxime cũ pignore ⁊ ab eo latere qd̃ placebit. d. Philippo. si em̃ nõ fuisset cõis ita qd̃ si habuisset solam medietatẽ ꝓ indiuiso non potuisset medietatem ab vno latere pignorare: prout pignorauit: quia res aliena pignori dari nequit. l. si res aliena. ⁊ l. rem alienã. de pigno. act. ⁊ medietas ab vno latere rei cõis est ꝓ ꝑte aliena vt de se est notissimũ: ⁊ qd̃ res cõis non potest ꝓ parte socij pignorari est expressum in. l. j. C. si cõis res pigno. data sit. ita ꝙ hec innuũt diuersitatẽ rerũ: nõ autẽ idẽtitatem rei. Et ſm hoc non hꝫ aliquid cõmune illa pignoratio
11 vel causa ipsius cum ipsa vẽditione. † Et si hoc est resultat simplex venditio sine p̃cedenti tractatu pignoris. Sin autẽ emanauit venditio ex cã p̃dicta cõseruationis indẽnitatis: ⁊ de eadẽ re fuit facta pignoratio ⁊ venditio: prout forte rei veritas se hꝫ lꝫ nõ appareat nihilominus nõ imminet ꝓbatio causis vsurarijs. Nam si creditor recipit a debitore insolutum rem pignoratã nõ imminet vsura nec aliqua coniectura vsure. l. qui sub imagine. C. de distra. pigno. Et nihil obstat quominus ꝓ dicto credito potuerit res pignoratas in solutum accipere. Nec obst. ꝙ allegatur ꝙ recepit ꝓ longe minori p̃cio q̃ valeret etiã vltra dimidiã iusti p̃cij: quia dato ꝙ ita eẽt ius ex hoc solo non causat p̃sumptionẽ vsure: sed inducit remediũ contra talem contractũ. l. ij. C. de rescin. ven. ⁊ l. si quis cũ aliter. de vb. obli. Et coniecture sunt ꝙ non valuerit tãto p̃cio q̃to dictus bartholomeus conatur ꝓbare. primo: quia si tanto p̃cio valuisset dictus Philippus fuisset bene cautũ: ex hypotheca dicte medietatis non ꝯuenisset: qd̃ etiã ꝓ cautela traderetur etiã mantellus put conuenit. Item ꝓbatur ꝙ dicti Philippus ⁊ Baptista per duos annos postea vendiderunt tertiã partẽ petij terre in dictis ꝑtinentijs ⁊ vocabulo ꝓ. xij. flo. ⁊ asseritur inde tertiam partẽ illius medietatis vt supra ꝑ eos empte a dicto bartholomeo. qd̃ ꝑsuadetur: q: dat ꝓ confine res heredum Seraphini: qui Seraphinus est nominatus in dicta emptione ꝑ eos facta a dño Bartholomeo: qd̃ erat cõis ꝓ indiuiso. cũ eo itaqꝫ ꝑsuadetur ꝙ dicti Philippus et Baptista diuiserint interim cum dicto Seraphino vel cum eius heredibus: ⁊ concordat etiam finis pulzelle: licet fatear non ꝓbari ne-
12 cessario idẽtitatem rei. † Item p̃stat non leuem coniecturã: qd̃ res non tantuꝫ valuerit: quia dictus Bartholomeus. xxvij. mensibus prius emerat ꝓ. xlj. flo. eãdem medietatem dicte terre pratiue: ⁊ durabat eadem qualitas prati tp̃e sue venditionis: ita ꝙ non erat verisimiliter meliorata tp̃e quo vendidit Philippo: ⁊ ꝑ idẽtitate deducitur qualitas q: priuata. Item qualitas: quia medietas cõis ꝓ indiuisa cũ eodem. Item fines fluminis pulzelle vltra ꝑtinentias
13 et vocabulum. † Que autem demonstrationes hmõi sufficiunt ad ꝓbandum idẽtitatem rei. l. forma. ff. de censi. ⁊ ꝑ Bart. in. l. demonstratio. de condi. ⁊ demon. Nemo em̃ p̃sumitur iactare suum. l. cum de indebito. de ꝓba. itaqꝫ non est verisimile ꝙ primus dñs rem valentem centũ vel. lxxiij. vendidisset ꝓ. xlj. Et lꝫ emerit ꝓ trib⁹ flo. plus: non mirũ: quia parua distantia. et insuꝑ emit rem cõmunẽ ꝓ indiuisa cum nepotibus: ⁊ Philippus emit rem cõmunẽ cũ extraneo: ⁊ sepe contingit ꝙ libentius emet ꝓ aliquo maiori p̃cio quis
14 gnat.†Tamē Jmo.in.d.§.qui suspectam.recitata opi. Ray.ꝛ Ange.sequitur Bar.sed lꝫ in substōne simplr variēt prefati doc.tamē quātum ptinet ad terminos cōcordant: cū in casu nostro apparet euidēter ex vbis ꝙ veniunt etiā quesita ex pupillari: attēto qd in substitutione fideicommissaria expresse deducitur ꝙ fuit relictum prime filie primo decedēti: ꝛ ꝙ ex substitutione pupillari fuit vocata vltimo decedēs onerata fideicōmisso. Et ipsi Ray.de for. ꝛ Ange.cōcordāt ꝙ qn̄ ex vbis deprehēdiꝛ ꝙ fuit substitutio facta etiā in puentis ex pupillari veniunt in fideicommissaria quesita ex pupillari: puta dicūt ipsi qꝛ locutus fuit p vba vlia: qꝛ substituit in oībus bonis: lꝫ ista est euidētioꝛ expssio q̄ i lla si recte aduertaꝛ: ergo oēs ꝯcordāt i hoc idiuiduo.et vꝛ ꝓcedere hoc casu quo religt illos ccxxv.duca.ꝛ nō dicit a quo: vꝛ enī religsse a substituto vt act⁹ in totū valeat ꝛ i nihilo pereat vt decet.iuxta.l.quotiēs in actionib⁹.ff. de reb.dub.ꝛ i.l.quotiēs in stipulationib⁹.de vb.obli.ꝛ i.c.si papa. de priui.maxie iūcto arg.vt idē iuris sit de toto ad p̄tē.l.ꝙ de tota. de rei vē.ꝛ.c.pastoralis.§.si qs cū totū.de offi.deleg. Et forte legitima in casu isto assorbebat totā q̄titatē: ꝛ tūc esset magis clarū. Nō tn̄ opꝫ sup hoc instare cū vt p̄misi cēseaꝛ ab vltima decedēte relictū. Nec obstat ꝙ conditio ista reijcitur: quia fateoꝛ ꝙ reijcitur: ꝛ si nō reijceretur censeretur relictum factum ab herede ab intestato impuberis prius decedētis q etiā potest rogari in legitima impuberis p text.in.d.l.si fundū per fideicōmissum.§.fi.cū seque.de lega.j.

15 Et hoc respectu legitime filie primo defuncte.†Circa legitimā vo filie impuberis vltio defuncte est magis dubiū. Nā si cēseꝛ relictū factū ab ipsa filia vltimo defuncta ꝯstat ꝙ legitima detrahaꝛ: lꝫ si cēseꝛ relictū factū ab herede ipsi⁹ filio vltimo defuncte nō detrahaꝛ legitima. Et lꝫ Bar.i.d.l.cohr̄di.§.cū filie.vsi.ꝙ si heredē p̄dceret i lū tex.ꝙcēseaꝛ relictū a pupillo nō ab ei⁹ hr̄de relictū fcm̄ post mortē pupilli: tn̄ Jmo.ibi dicit ꝙ ille tex.id nō pbat qꝛ loqꝛ in casu hoc respectu claro.l.ꝙ fuit rogatus ipse pupillus ꝓut sonāt vba tex.

ideo Imo. se remittit non dicenda in.d.l.qui duos.eo.tit.vbi ipse et Bar. vident velle q̄ censetur relictū ab herede pupilli non a pupillo: rn̄dentes ad.d.§.cum filie. prout supra proxime rn̄sum est. et hoc videtur corroborari qn̄ relictum a pupillo factum esset inutile vel in totum vel magna ex parte: prout esset in casu nostro. Non ergo suadet ratio q̄ interpretetur relictum ab herede vltimo morientis. Et ita in simili qōne vidi al's consulendo firmatum per clarissimos iuris interpretes patres meos honorandos dn̄m Baldū de bartholinis de perusio: τ dn̄m Joannē baptistam caccialupum de sancto Seuerino. τ dn̄s Bal. inter cetera allegat Pau. de cast. hoc idem tenere in.d.l.ex tribus.C. de inoffici.testa. τ me subscripsi illorum consilio: habebat tn̄ alia media: τ verba erant magis precisa q̄ hoc casu. Tamē nitebatur maxime.d.Bal. ne relictum vitiaretur. τ quidem ista sententia mihi satis placet: sed non audeo precise firmare.s. q̄ nō detrahatur legitima etiam de portione vltime decedentis: lꝫ pro nunc arbitror veram. Laus deo.

¶ Summarium super consilio.ccxcij.

1 ¶ Heres grauat⁹ dare ducenta filie naturali testatoris aut plus aut minus prout sibi heredi videbitur: si heres predictus in testamento suo legauit eidem filie quadringenta dentur etiam ducēta vltra legatum quadringentorum.nu.4.
2 Legatum per debitorem factum de quātitate debiti creditori quādo censetur factum animo compensandi.
3 Compensatio fit de specie ad quātitatem et de specie ad speciem seu ad genus quoddam.
5 Legatum volūtarium τ necessarium quibus presumatur.
6 Legitima non debetur in vita.
7 Legatum qualificatum non dicitur factum creditori per debitorē animo compensandi.
8 Legatum est donatio.
9 Donatio facilius facta presumitur coniuncte persone.
10 Conditio si nupserit purificatur per verba de presenti.
11 Nuptie esse non possunt inter impuberes: fallit vbi malitia etatem supplet.
12 Legatum factum qn̄ nupserit debetur etiā vbi matrimonium fuit contractum verbis de presenti etiam inter impuberes doli tamen capaces.
13 Alimēta que debentur iure legali ad tēpus possunt peti ministrari vbi vult legatarius qui non astringitur remanere cū herede per verbum possit τ valeat cum herede habitare.
14 Alimentari penes quem videatur legatarius aut pupillus indubio relinquitur iudicis arbitrio vt non cadat suspicio insidie vite aut pudicitie: τ ratione publice vtilitatis.
15 Legatum expirat conditione cessante.
16 Rationes siue administrationis redditionem q̄ heres petere non possit a suo negotiorum gestore a quibus videatur liberatus negotiorum gestor siue administrator.
17 Heres grauatus nō posse petere administrationis rōnē nō impeditur petere dolose actorū τ gestorum redditionem.

¶ Consilium.ccxcij.

In nomine domini nostri Jesu christi. ¶ † Circa primū cōsultationis articulū 1 videt̄ prima facie dicendum q̄ dicta dn̄a Camilla nequeat habere nisi quadringentos floren̄. relictos sibi per dictum dominū Armileum: nam licet Nicolaus eius pater naturalis reliquerit sibi prius ducētos florenos: † tamen q2 ad illos 2 prestādos erat obligat⁹ dictus dn̄s Armileus: iō v̄r religsse aīo cōpēsandi relictū cū illo debito seu cōprehēdēdi illos ducētos florē. sibi relictos in testō paterno sub illa quātitate.cccc.florē. quos ipse dn̄s Armileus debitor eidē Camille creditrici relinquebat. qn̄ em̄ debitor legat creditori eandē q̄titatē seu tantūdē cēset relinquere aīo cōpensandi.l.si cū dotē.§.si pater.ff.solu.matri.τ.l.hmōi.§.cū pater.ff.de lega.j.facit aut̄.preterea.C.vnde vir.τ vxor.τ.l.quoniā nouella.C.de inoffi.testa. Solent aūt dicta iura intelligi τ limitari in debito necessario: prout τ loquunt̄: tn̄ etiā debitū legati videt̄ heredi necessariū: obligat̄ em̄ a lege etiā cōtra eius voluntatē: nā lꝫ heres nolit obligari ad legata: tn̄ inuitus obligat̄: hinc videmus q̄ institutus qui vt euitet obligationē legatorū recusat ex testō τ adit ab intestato inuitus obligat̄ ad legata in testō relicta p titulum si quis omi.cā testamēti. Ergo demōstrat̄ q̄ obligatio ad legata nō videt̄ volūtaria: sed necessaria: ideo relictū videt̄ factū animo compensandi τ cōpensari debeat: cū vtrūq3 consistat in quātitate τ relictū contineat tantūdem: attēto q̄ sub maiori summa minor continet̄.l.j.§.si stipulāti.ff.de vb.obli.l.diē pferre.§.si plures.ff.de arbi. τ sub pluri tantūdem ɔtinet̄.l.cū furti.ff.de in litē iurā. et si tātūdē τ eadē q̄titas est relicta: prout ɔtingit in terminis.d.§.si pr̄. et d.l.cū pater. lꝫ in istis terminis hmōi cōpensationis q̃ nō est ppria cōpensatio: prout hr̄ in.l.si cōpensandi.C.de here.insti.τ in.d.aut. preterea.τ in.d.l.qm̄ nouella. nō sit necesse q̄ vtrumq3 consistat in quātitate. † Nā in istis terminis relicti aīo cōpēsandi fit cōpēsatio 3 etiā de specie ad q̄titatē τ de specie ad spēm seu ad genus quoddā prout ɔtingit in.d.aut̄.preterea.et in.d.l.qm̄ nouella.τ in.d.l.si compēsandi. nā hr̄ditas vel portio hr̄ditaria vel bonorū i qb⁹ loquunt̄ dicta iura non constat ex quātitate saltem sola: et tn̄ resultat cōpēsatio. Et dixit Imo. in.d.§.cū pater. dicēdo q̄ ista cōpensatio que descendit ex vltima voluntate non est ppria cōpensatio: sed quedā imputatio: τ non regulatur s̄m regulam pprie cōpensationis: q2 qn̄q3 admittit̄ de specie ad quātitatē. allegat.l.creditorē. de leg.ij. et.d.l.si cōpensandi.τ.l.qui non militabat.ff.de here.insti. et idem dicit Pon. in.d.aut̄.preterea.col.viij.τ sic materia huius cōpensationis v̄r latior q̄ materia pprie cōpensationis: hic tn̄ vtrūq3 consistebat in quātitate: ideo magis faciliter dꝫ admitti cōpensatio et non consideretur q̄ vna quātitas sit maior: nā τ si maior: ergo tanta per iura.s̄.allegata. Et vltra predicta psuadetur in casu nostro ita interpretandū esse: q2.d. Nicolaus primus testator nō reliquit simplr̄ τ absolute dicte Camille quātitatem ducentū florenorū: sed se retulit ad arbitrium dicti dn̄i Armilei subdēdo τ plus τ minus prout infrascripto videbit̄ τ placebit. heres aūt infrascriptus fuit dictus dn̄s Armileus: ideo psuadetur q̄ dictus voluit vti illo arbitrio sibi concesso.s. relinquendo maiorem quātitatē: quia visum fuit plus dare: tn̄ sub pluri cōprehendi illud minus: q2 cōparatiuū plus presupponit positiuum in terminis per ea q̄ habent̄ in.l.vbi 4 autē non apparet. in prin.ff.de verb.obli. † His tn̄ non obstantib⁹ cōtrariam partē arbitror iuri magis consonam. Regula enim est q̄ legatum non copensat̄ cū credito.l.creditorē.ff.de leg.ij.l.q̄.§.τ l.licet.C.ad legē fal.l.si.§.pe.ff.de leg.ij.τ.l.si vxor.C.de bonis auct. iudi.possi.τ.l.si adulta.C.de here.ac.τ.l.si ab eo.C.de neg.ge.τ.d.l. si compensandi. que oīa iura non loquunt̄ qn̄ non consistit in quātitate vtrūq3.s. relictum τ debitum: sed vel nullum vel alterum tm̄: nihilominus doc.oēs concordāt in iuribus preallegatis.τ i.d.aut̄. preterea.τ in.d.§.cum pater.τ.d.§.si pater. q̄ qn̄ debitū non descēdit ex causa necessaria non censetur in dubio relictum animo compensandi: τ suadet ratio: q̄ qui allegat aīm cōpensandi illū pbare debeat: et q se fundat in cōpensatione docere debeat requisita ad esse cōpensationis p ea que habent̄ in.l.actor qd̄ asseuerat.C.de pba.l.ei qui dicit.τ.l.in exceptionib⁹.ff.eo.ti. Et dꝫ pbare ɔcludenter al's non releuat.l.nō hoc.C.vnde leg.τ.l.neq3 natales.τ.l.ad pbationē.C.de pba. ideo q2 potest adesse τ abesse q̄ legās q̄titatem voluerit cōputare q̄titatē quā debebat nō pbatur liberatio a debito mediāte cōpensatione: ideo actor qui se fundat in primo debito τ pbat fundamētum sue intentionis nō repellit̄ exceptione cō-5 pensationis ex quo cōuentus non fundat suā exceptionē. † Cum autē istud debitū causet̄ a causa volūtaria: q2 heres obligat̄ ex sua voluntaria aditione ex qua resultat quidā quasi contractus: ideo ex quasi ɔtractu obligatur ad onera hereditaria prout sunt legata.l.apud iulianū.in fi.ff.ex quib.cau.in poss.eatur.l.ex maleficijs. §.heres.ff.de act.τ obli.insti.de ob.que ex quasi cōtractu.§.heres. Nec obstat q̄ obligatur legatis etiam si nolit obligari: quia etiam si quis emit dato q̄ nolit obligari ad tradendum: tn̄ obligat̄: satis est q̄ cā ex qua causatur τ descendit obligatio sit volūtaria: ex ipsa cā postea necessario sequit̄ ɔn̄s suum necessarium: prout ex contractu valido actio τ obligatio: τ itar ex quasi ɔtractu τ similib⁹. ideo iudicatur debitum voluntarium causatum a cā voluntaria prout sumitur ex dictis omnium in iuribus preallegatis.τ in dictis.§.cū pater.et.§.si pater. ex quibus doc. sumunt q̄ in debitis necessarijs presumitur animus compensandi. debitū descendebat ex causa necessaria: q2 causabatur a lege non facto seu preambula volūtate debitoris in quasi contractu: secus quia cā causatur facto τ voluntate debitoris. itaq3 oēs sunt in hac snīa: q̄ debita causata ex ɔtractu vel quasi contractu censentur causata hoc respectu ex cā voluntaria: τ propterea non compensantur cum legato debitoris: etiam si vtrūq3 consistat in quātitate. Quādo enim alterum non cōsisteret in quātitate etiā in debito legali causato a cā voluntaria non admitteretur hmōi compensatio: prout voluerunt Old. Bart. Bal. Ang. τ Pau. de cast. in.d.§.cum pater. per.l.si pater pro filia.ff.de coll̄.dotis. qd̄ τ voluit Bal. in.l.filia legator.C. de leg.p.l.alij.§.re rū.ff.de vsufruc.τ idem tenet in.d.l.si vxor.τ in.l.qm̄ in priorib⁹.C. de inoffi.testa. in vlti.col. Idem Saly. in.l.nēsennius.ff.de neg.ge. et est cōis opi. Licet Imo. in.d.§.cū pater. aliud voluerit per generalitatem.d.§.si pater.τ quia.d.l.si pater pro filia diuinatur.τ quia hec nō est proprie compēsatio: sed quedam imputatio per.l.si vnū ex familia. in princi.versi. q̄ si vno.de leg.ij. s̄m eum prout et supra dictum est. Et idem ten̄ Pont. in.d.aut̄.preterea. Tamen prout dixi in.d.aut̄. preterea. licet qn̄ ɔstat de aīo cōpēsandi admittat̄ cōpensatio de specie ad speciemvel de q̄titate ad spēm vel qd sile: tn̄ negari non potest quin magis de facili presumatur animus compensandi quando hincinde est quātitas: nā quādo legatur quātitas τ quātitas debetur potest contingere q̄ testator intenderit legare id qd̄ debet̄ q̄ non potest cōtingere qn̄ vnum est in quātitate aliud in specie. Tunc enim constat q̄ aliud legatur q̄ illud qd̄ debetur. Ideo iurislator interpretatur de facili q̄ quādo debitū est necessariū τ vtrūq3 consistit in quātitate: q̄ censeat̄ legata illa quātitas debiti: prout probat text. cum glo. in.d.§.cum pater. que interpretatio

terpꝛetatio ſeu pꝛeſumptio non poteſt cadere quando alterũ non eſſet in quantitate:ſed vnuʒ in quantitate,ꝛ aliud in ſpẽ vel vtrũqꝫ in diuerſis ſpeciebus. Nec generalitas.d.§.ſi pater obſtat immo facit pꝛo:quia loquitur per verba denotantia quantitatem:qꝛ ꝑ verbum tantum ꝛ verbum q̃tum in legitima autem eſt ita deciſuʒ foꝛte ne teſtamenta impugnentur.ar.l.omnimodo.de inoffi.teſtamẽto.ꝛ ſimiliter in caſu.d.auten.pꝛeterea.nam lex diſponens debitũ illius quarte diſpoſuit qualiter deberetur illa quarta:ꝛ ꝙ ſufficeret relinquere quantitatem vel ſpeciem maxime attenta cauſa ipſius autentice.ſ.inopia que ceſſat per relictum ſpecierum ꝛ relictũ quãtitatis.

6 †Et inſuper legitima non debetur invita ꝛ ſimiliter quarta.d.aut.pꝛeterea.ſed vtraqꝫ debet relinqui in vltima voluntate. Jdeo ſuadet ratio ꝙ per relictum in vltima voluntate cenſeatur illi debito reliquendi ſatiſfactum longe magis q̃ in debito ꝙ debebat ſolui non relinqui:vt itaqꝫ inter debitum legale ꝛ neceſſarium et debitum ex contractu vel quaſi:ꝛ ſic voluntariuʒ ſit aliqua differentia dicendum qd̓ etiam vbi quantitas verſatur in debito et in legato ceſſet in dubio compenſatio:ꝛ hoc eſt de ſentẽtia quaſi omnium.

7 †Coadiuuatur hec concluſio in hoc indiuiduo:qꝛ debitum fuit pꝛo alimentis.ꝛ pꝛo dote:ꝛ ſic qualificatum legatum factum a debitoꝛe eſt ſimpliciter factũ nõ aũt qualificatum vt pꝛo alimentis vel pꝛo dote:ex quo demonſtratur ꝙ non relinquebat id quod debebat:pꝛout contingit in.d.§.cum pater pꝛout.s.ponderatum.facit:qꝛ in habentibus ſymbolum facilis eſt tranſitus.l.in reʒ actio.§.item quecunqꝫ.ff.de rei ven.

8 †Jtẽ perſuadet̃:qꝛ dixit.d. Armileus. Jtẽ reliquit dicto iure legati legatũ eſt donatio.l.legatuʒ donatio eſt.ff.de leg.ij.ſed ſi cõpenſaret̃ non eſſet donatio:ſed quodã modo ſolutio debiti reſpectu illoꝝ.cc. Merito non interpꝛetet̃ factũ animo compenſandi:ꝛ maxime qꝛ ſufficiebat dicere. Jtem reliquit ꝛ non debent cenſeri fruſtra appoſita illa verba dicto iure legati.ar.l.ſi quando.de leg.j.ꝛ c.ſi papa.de pꝛiui.li.vj. Cenſeantur ergo appoſita ad demonſtrandum intentionẽ reliquentis ꝙ volebat ꝙ haberet iure legati ꝛ iure liberalitatis ipſius teſtatoꝛis ꝛ nõ ex debito pꝛecedenti:pꝛeſertim:quia ſe refert ad ſuperioꝛa cum dicat dicto iure legati ꝛ in pꝛecedentibus iure legati pꝛocedebat ex mera liberalitate ipſius legantis.

9 †Juuantur etiã ꝓmiſſa ex qualitate perſone ipſi⁹ legatarie q̃ eſt cõiuncta in quarto gradu ipſi teſtatoꝛi:ꝛ rõ cõiunctionis magis de facili ꝓſumit̃ animus liberalis et donandi.l.pꝛocula de pꝛoba.l.ſi ſeruus.de dona.inter vi.ꝛ vxo. et per Bar.in.l.que dotis.ff.ſolu.ma. Accedat.l.cum alienam.C.de lega. Jtem ex affectione quam ipſe teſtatoꝛ oſtendidit erga dictam camillam cum mandet ſuo heredi ꝙ bene ſe habeat erga dictam camillam al̓s pꝛiuat ipſam hereditate in quo demonſtrauit dilectionem quam habebat erga dictam camillam. Nec ob.ꝙ Nicolaus pꝛimus teſtatoꝛ non reliquit ſimpl̓r illos.cc.ducatos:ſʒ cũ clauſula ꝛ plus ꝛ minus:pꝛout videbitur dicto Armileo. Nã rñdetur ꝙ vno reſpectu facit ꝓ:ex quo debitum ex hoc reddebatur magis voluntariũ. Jõ minus pꝛeſumitur anim⁹ cõpenſandi ꝑ ſupꝛadicta inſuper licet potuerit arbitrari non apparet aliqualiter qd̓ voluerit arbitrari:ſi aũt pl⁹ arbitratus fuiſſet nõ fuiſſet relictũ iure legati:ſʒ poti⁹ quoddã arbitramẽtũ ex cõmiſſiõe eidẽ facta per dictum Nicolaũ pꝛimũ teſtatoꝛẽ. Jtẽ ſi voluiſſet plus arbitrari potuit arbitrari ꝙ plus eſſet in.cccc.ꝛ non in.cc. Licet autem debeantur iſta.cccc.ꝛ illa.cc.ꝛ ſic.dc.ex diuerſis legatis:tamen nõ poſſunt peti niſi tempoꝛe nuptiaꝝ cũ vtrũqꝫ legatum ſit collatum in tempus quo nupſerit:nam illi.cccc.floꝛeni relicti ſunt cum nupſerit et ſimpl̓r illi.cc. in tempus quo nuptui ꝛ viro tradita fuerit que verba videñtur idẽ impoꝛtare:nã qñ nubit cenſet̃ viro tradita ꝙ maxime perſuadetur ex verbis que ſequunt̃ quatenus ſubditur ꝙ ſi decederet anteq̃ nuberet reliquit alteri quaſi voluerit denotare ꝙ attendatur ſolum tp̃s quo nuberet ſequentia vero declarant pꝛecedẽtia.l.heres palam.§.ſed ſi notam.de teſta.ꝛ.l.ſi ſeruus plurium.§.ſi.de lega.j.

10 †Conditio aũt ſi nupſerit purificat̃ per ſpõſalia de pꝛeſenti nuptias em̃ ſolus cõſenſus facit.l.nuptias.ff.de reg.iur.l.cui fuerit in ſi.ff.de cõdi.ꝛ demõ. Jõ cũ nupſerit verificatur qñ nupſit:quia ſolo conſenſu matrimoniũ contraxit.d.l.cui fuerit cũ ſua gl. et.l.ſancimus.C.de nup.

11 †Nuptie autem non ſolent ꝯhi inter impuberes hoc eſt ꝙ femina ſit minoꝛ.xij.ãnis ꝛ maſcul⁹ maioꝛ.xiiij. tamẽ qñqꝫ malitia ſupplet etatẽ:ꝛ tũc cũ eſt viripotens dꝛ pubes:ꝛ ex tunc ſufficeret cõſenſus de pñti:non em̃ attendit̃ etas ſeu numerus ſolus annoꝝ qñ malitia ſupplet etatem.c.puberes.c.de illis el ij.ꝛ c.ſi.de deſpõ.impu.malitia attenditur reſpectu viripotẽtie nõ reſpectu pꝛudentie vt pꝛobatur in dictis iuribus vnde cõſultãs habet ꝯſiderare vtrũ dicta camilla iudicanda ſit pubes necne.

12 †Et ex hoc iudicabit̃ an poſſit cogi necne: et etiã an alimenta debeantur que ſunt relicta donec erit nubilis etatis:ſi itaqꝫ malitia adeo ſupplet etatẽ ꝙ cẽſeat̃ viripotẽs:ꝛ per ꝯñs nubilis etatis ꝑ cõſenſum de pñti eſt purificata cõditio ꝛ venit tp̃s deputatũ:pꝛeſertim cũ acceſſerit domũ ſponſi. Jta ꝙ agi põt ad ipſos.dc.ducatos ſeu floꝛenos auri.foꝛte penſauri nõ intereſt inter ꝓdicta hic aũt in plus ſe hʒ ꝓmittere vel relinquere ducatos q̃ floꝛenos auri ꝛ aliquãtiſper faceret ꝑ cõclõne facta circa pꝛimũ articulũ:ſʒ tunc nõ poſſent peti alimenta relicta donec ꝑuenerit ad nubilẽ etatẽ. Cõſulat ergo ſibiipſi ipſe cõſultãs an petat dotẽ tanq̃ camilla ſit nubilis etatis, et ꝯñter nupſerit an vero petat alimẽta tanq̃ non nupſerit:qꝛ nõ ſit nubilis etatis.

13 †Non aũt ob.petitioni alimẽtoꝛũ ꝙ non ſtet in domo ſer alberti heredis inſtituti a teſtõꝛe qm̃ relictũ alimẽtoꝛuʒ non eſt limitatũ ꝛ reſtrictũ ad domũ teſtatoꝛis vel heredis: ſed eſt purum ꝛ ſimplex:licet limitatum reſpectu tempoꝛis ad ꝙ iõ mod⁹ vel conditio non ſubintelligitur:ſʒ pure ꝛ ſimpliciter debetur.l.libertis libertabuſqꝫ in ſi.ff.de alimen.lega.ꝛ.l.eum qui kal̓is.§.quotiens.de verbo.obli.ꝛ.l.j.§.ſi quis ſimpliciter.eo.ti. Et maxime qꝛ teſtatoꝛ pꝛomiſit facultatẽ ꝛ potentiã habitandi in domo fauoꝛe ipſius camille dicendo ꝙ poſſit ꝛ valeat nõ aſtringit eã. Et tñ ſimpliciter ſubdit ꝙ habere victum ꝛ veſtitũ debeat imponendo neceſſitatem nec dicit in domo vel alibi. Cõſummatio aũt matrimonij nõ cõſideratur in pꝛedictis cũ verba ſe referant ad nuptias vel ad nubilẽ etatẽ ſingula ſingulis referẽdo:iõ ꝯſummatio mr̃imonij non curat̃.d.l.cui fuerit.ꝛ per alia.s.adducta:ꝛ per hec ſatis puto reſponſum ad ſcðm pꝛincipale queſitũ: ac etiã ad tertiũ queſitum pꝛincipale.

14 †Deueniẽdo ad quartũ cõſultatiõis articulum ꝙ vbicunqꝫ maneat educãda ſit expenſis dicti ſer Alberti.s.firmatũ eſt. vbi autẽ manere ꝛ educari debeat pupilla nõ eſt in iure determinatũ:ſed ius remittit diſcretioni ꝛ arbitrio iudicis.l.j.ff.vbi pupillus educ.deb.ꝛ.l.j.ꝛ.ij.C.eo.ti.cui iniungitur ꝙ animaduertat qualitates ꝛ conditiones perſonarũ tempoꝛis cognationẽ affinitatem vt dictis iuribus ꝛ maxime.d.l.j.ff.vbi cognatio ꝛ affinitas attenditur. Jtem aĩaduertere dʒ affectionem.d.l.ij.C.eo.ꝛ ꝙ ceſſet ſuſpicio ne vite inſidiet̃.d.l.ij.ꝛ.d.l.j.ff.eo.itẽ ceſſet ſuſpicione pudicitie ſue inſidiet̃.l.pe.ff.eo.ti. Jdeo hec omnia hʒ conſiderare iudex qd̓ apud ſer albertum alimentari debeat nullam video rationẽ eſt foꝛenſis vt percipio ex teſtamẽto nulla vt arbitroꝛ cõiunctione agnationis vel affinitatis coniunctus aliquantiſper ſua intereſſet ꝙ illa decederet ne ſubijciatur oneri alimentandi.

15 †Quinimo ſi decederet ante nuptias expiraret vtrũqꝫ relictum collatum in tp̃s nuptiaꝝ qd̓ eſt incertum:ꝛ conſequenter habetur pꝛo conditione per l.dies incertus.de cõdi.ꝛ demõ.cum concoꝛ.ideo ſi ipſa camilla decederet anteq̃ nuberet eximerent̃ ꝛ expirarent relicta ſibi facta et remanerent apud heredem.l.j.§.ſi autem ſub conditiõe.C.de caduc.tol.ꝛ ꝑ ꝯñs imminet ea ſuſpitio q̃ imminet rõne ſperate ſucceſſionis que plurimũ cõſiderat̃ in hac materia vbi.ſ.pupillus educari dʒ vt ꝓbatur in.d.l.j.§.j.ff.vbi pupil.ed.deb.ꝛ in.d.l.pen.eo.ti.ꝛ in.C.eo.l.ij.in ſi.ꝛ ib gl. Jdẽtitas rõnis cadit in his terminis ideo nõ deberet iudex arbitrari ꝙ apud ipſum ſer Albertũ aleret̃ maxime cũ habeat fratres iuuenes ſine vxoꝛibus q de facili poſſent ſue pudicitie inſidiari ꝙ etiã conſiderat tex.d.l.pen.in perſona magr̃i Joãnis pꝛedicta ceſſant:qꝛ ex moꝛte nihil ſperat lucrari:iõ nõ cadit ſuſpitio circa vitã.ſimil̓r nec ꝙ inſidietur pudicitie cũ ſit deſtinata vxoꝛ filij:ꝛ ſic ſibi nurus loco filie.l.qꝛ parẽtis.ff.ſo.ma. Adeo ꝙ ex hoc cãtur impedimẽtũ publice honeſtatis cũ coniunctis ſpõſi.c.j.de deſpõ.impub.lib.vj. Et ſacra ſcriptura ſponſum filie ꝛ ſpõſam filij appellat nurum ꝛ generum.c.genuit cum plurib⁹ ſe.xxvij. q.ij.itaqꝫ parentes affectione magna ducuntur erga ſponſos vel ſponſas filioꝛum vel filiarum ſuarum pꝛout ꝛ docet experiẽtia rex magr̃a.c.q̃ ſit.in pꝛin.de elec.li.vj.ꝛ c.ſtatutum.eo.ti.ꝛ li. Jta ꝙ ratione affectionis dʒ potius apud talẽ moꝛari cõciuẽ ꝛ quodãmõ ſocerũ ad hoc glo.in.§.ex his.xxvij.q.ij.que dicit ꝙ ſponſa dʒ moꝛari apud ſponſum ꝛ Bal.in.l.deo nobis.C.de ſac.ſanc.eccl.ponderat illũ.tex.a cõtrario ſenſu ad queſtionẽ ſi ſponſus de futuro duxit ad domum ſuã ſponſam ꝛ conſanguinei male contenti de dictis ſponſalibus eã abſtulerũt ſponſus põt illam repetere.allegat not.ꝑ gl. in.d.§.ex his.ꝛ per Jnno.in.c.ex parte.de reſtitu.ſpol.qui ſm euʒ ſponſo ſubuenit̃ officio iudicis.ex quibus conſtat ꝙ iudex debʒ arbitrari ꝙ longe magis condecentius educatur apud magiſtrũ Joannem ꝛ ſuum ſpõſum q̃ ſer Albertum ꝛ eius fratres.

16 †Circa quintum aũt cõſultatiõis articulũ eſt ponderãda circa hoc diſpõ teſtatoꝛis qui diſpoſuit ꝙ heres ſuus nõ valeat neque poſſit ei aliquo modo petere reddi computũ ꝛ adminiſtrationẽ geſtoꝛuʒ a dcõ magiſtro Joanne qui fuerat ſuus negotioꝝ geſtoꝛ liberat ergo a neceſſitate reddende rõnis ꝛ cõputus adminiſtrationis:non aũt liberauit ab eo ꝙ deberet:ſed ſubiunxit ꝙ de credito.ſ.ꝙ eſſet apð ipſum teſtatoꝛem ꝛ ſucceſſiue poſt eius moꝛtẽ in hereditate vel apud heredẽ rõne dicte adminſtrationis ſtetur dicto ꝛ conſcientie dicti magiſtri Joannis. Voluit ergo teſtatoꝛ ꝙ dictus magiſter Joannes haberet dare futuro heredi id tm̃:in quo ſm ſuã cõſciam eſſet debitoꝛ ratione dicte adminiſtrationis, ꝛ de hoc ſtaret̃ dicto ipſius magiſtri Joãnis itaqꝫ dicta teſtatoꝛis voluntas eſt ſeruanda circa rem, poterat enim penitus liberare ſi voluiſſet vt.ff.de lib.lega.quaſi per totum ita ꝛ potuit liberare ab eo ꝙ diceret non teneri ſm conſcientiã ipſius debitoꝛis. Et poteſt teſtatoꝛ diſponere ꝙ de tali re ſtetur dicto vnius.l.theopompus de dote pꝛele.

17 †Jtaqꝫ ꝙ dicta voluntas teſtatoꝛis ſit ſeruanda non eſt heſitandum:bene verum eſt ꝙ quando teſtatoꝛ liberat adminiſtratoꝛem a redditione rationis de adminiſtratis non cenſent̃ remiſſa doloſe geſta neqꝫ

restitutio reliquorum que sunt apud administratorem vt est exp̃s sum in. l. siquis rationes. ꝛ in. l. aurelio. §. gayus. de lib. leg. cum cõ cor. si probaret pro parte dicti ser alberti ꝙ dictus magister Joannes haberet aliqua penes se de bonis dicti olim armolei fortasse posset illa repetere: licet ille negaret. ꝛ forte idem si probarent dolose gesta. ar. dictorum iurium: al's puto satis planum ꝙ dict⁹ magister Joannes nequeat super administratis inquietari ratione dicte administrationis: nisi ꝙ dicat ad quid teneretur rõne dicte administrationis. Nam verba sunt clara ita ꝙ non est admittenda voluntatis questio. l. ille aut ille. §. cum in verbis. de leg. iij. ꝛ. l. nõ aliter. eo. titu. cum si. Laus deo.

¶ Summarium super consilio. ccxciij.

1 ☞ Locari vel vendi ꝙ nequeant res, ꝛ bona communitatis vltra annum statuto spoleti an si nõ obstante statuto consil. dicte cõmunitatis pluribus vicibus fuerit locationes bonorum dicte communitatis longo tempore dicatur per hec inducta consuetudo cõtra dicta statuta vt contraria consuetudine dicantur sublata. Et quanti tẽporis similem consuetudinem in contrariũ viguisse cõstari debet ad hoc vt concessio de bonis dicte communitatis facta ad vitam alicuius non valeat pretextu dicti statuti reuocari. item an ille cui similis facta fuit concessio possit iura sua ꝯcedere alteri in preiudicium tertij ad quem bona concessa post mortem cedẽtis habebant deuenire.

2 Alienatio rerum communitatis solemnitate iuris non obseruata non tenet.

3 Locationis perpetue contractus non differt a ꝯctu venditionis.

4 Alienare videtur qui locat ad vitam hominis vel ad longum tempus. nume. 7.

5 Consilium ciuitatis representat totam ciuitatem.

6 Consilium ciuitatis nihil põt contra statuta.

8 Consuetudine contraria vt statuta tollãtur ꝙ̃ regrant. nu. 14.

9 Prescribi non potest contra communitatem minori tempore ꝙ̃ c. annorum.

10 Consuetudo non dicitur nisi maior populi pars vsa fuerit illa.

11 Consuetudo populi inducit ius non scriptum ꝛ resultat ex tacito consensu populi: declarato moribus ꝛ iuuato lapsu longi temporis seu expresso populi consensu vel maioris partis que derogat iuri cõmuni ꝛ prime consuetudini.

12 Populus habet potestatez condendi leges scriptas ꝛ nõ scriptas auctoritate principis.

13 Consuetudo vnius loci non tollit legem contrariam in omni alio loco nisi in proprio. nu. 19.

15 Statuere potest populus contra ius positiuum.

16 Consuetudo contra ius canonicũ requirit ꝙ sit rationabilis si fiat contra ius ciuile.

17 Consuetudinem irrationabilem sibi nõ põt facere clericus.

18 Consuetudo acquiritur lapsu longi temporis videlz. x. annorũ. Et longeua valet contra ius canonicum etiam contra absentem.

20 Longum tempus dicitur decẽnium.

21 Prescriptio. xxx. annorũ est a iure approbata.

22 Consuetudo tria requirit scilicet actuũ frequẽtiam tacitũ consensum populi ꝛ temporis diuturnitatem.

23 Consuetudo quomodo testibus sit probanda.

24 Testis dictum probat si presumptiue concludat.

25 Difficilia probantur verisimilitudine.

26 Testibus possunt probari ea que facili discursu possunt percipi lz intellectu percipiantur: tamẽ reputantur percipi sensu corporis.

27 Sciri presumuntur ea que stant continuo in loco publico.

¶ Consilium. ccxciij.

In noĩe dñi nostri iesu xp̃i.

1 ¶ † Circa supradictã cõsultationẽ vr̃ prĩa facie dõm ꝙ iura dicte cõitatis sint potiora. Nã p̃supponit ꝙ dictuz molẽdinũ fuerit ꝛ sit cõitatis rõne directi dñij: ꝛ dci patrui neqãt niti ex dicta ꝯcessione: qꝛ id totũ fundamẽtũ dictorũ patruoꝝ ẽ super ꝯcessiõe p̃dicta fcã p cõsiliũ dcẽ cõitatis: adeo ꝙ si dicta ꝯcessio 2 facta per dictũ cõsiliũ non valet ruit oẽ fundamẽtũ eoꝝ. † ꝙ aũt nõ valeat vr̃ dõm aperte ꝛ de iure cõi ꝛ de iure municipali. de iure cõi vr̃ pbari p. l. fin. C. de ven. rebus ciui. lib. x. nam ibi requirunt nõnulle solẽnitates in venditione rerum stabiliuz ciuitatis que nõ in 3 teruenerunt in casu nostro. † Nec est diuersa ratio in cõtractu venditionis ꝙ̃ in cõtractu perpetue locationis cũ vtraqꝫ sit alienatio et appellatione venditionis oĩs contractus continetur. l. statu liber a ceteris. §. quintus. ff. de statu lib. Ad hoc quod no. bart. in. l. prohibere. §. plane. ff. ꝙ vi aut clam. instruens ꝙ in alienatione bonoꝝ ciuitatis primo fiat lex quaꝛ fiat contract⁹ alienatiõis ꝛ post ea fiet cõtractus ꝑm formã illius legis volẽs ꝙ si secus fiat ꝯtract⁹ alienationis factus non seruatis solẽnitatib⁹. d. l. fin. non valebit. 4 † Quod clari⁹ deducit ex forma pluriũ statutoꝝ apparet nullitas dicti cõtractus. Nam extat statutũ ꝙ bona cõis locari nequeãt vltra triẽnium: ergo nõ poterit locari ad vitam recipientis: cum locatio ad longũ tp̃s dici possit similis cõtract⁹. iuxta. l. j. ꝛ. ij. ff. si ager vecti. vel emphy. peta. ꝛ in. l. j. ꝛ fi. ff. de superfi. Et saltem est sil's locationi. insti. de loca. §. adeo. ꝛ venditioni assimilat. vt ibi. ꝛ in. d. l. j. §. j. de superficieb⁹. Et est lõge maior rõ p̃hibitionis ꝙ̃ in locatiõe 5 ad quadrienniũ. vt de se est notissimũ. † Et insuper licet consiliũ ciuitatis representare soleat totã cõitatem per no. per glo. in rubrica. C. que sit lon. consue. ꝛ glo. in. l. aliud. §. refertur. de reg. iu. et in l. ne ex dolo. ff. de dolo que volunt ꝙ id qd̃ fit per consilium ciuitatis censetur factum per totam cõitatem: ꝛ per bar. in. l. j. C. de decr. decur. lib. x. ad idem. tex. cum glo. in ver. collegium in. l. metum. §. animaduertendum. ff. ꝙ metus causa. facit. l. j. §. fi. cum. l. seq. ff. de acquir. pos. ꝛ. l. municipibus. ff. de condi. ꝛ demon. ꝛ. l. ij. §. deinde. 6 ff. de ori. iur. ꝛ. l. j. de liber. vniuer. cum simili. † Cũ ptãs consilij intantũ representat cõitatẽ ꝙ̃tũ sibi cõsilio per statutum conceditur prout no. Bar. in rubrica. ff. de decu. ita etiã sumitur ex verbis gl. in. d. §. refertur. ꝛ dictꝫ bar. in. l. aut facta. §. fi. ante mediũ. ver. quedam sunt. ff. de penis. sed statuta limitant iurisditionẽ ꝛ potestatẽ dictorum qui deputantur in consilio. s. ꝙ non possunt vendere vel alienare bona stabilia cõmunitatis neqꝫ aliquo titul. alienare etiã 7 lato sumpto vocabulo. † Constat aũt ꝙ lato sumpto vocabulo alienari dr̃ res qñ ad longũ tp̃s locatur. l. alienatum cũ sua gloss. ff. de verb. sig. transit eñ vtile dñium. l. j. §. fi. cum seq. ff. si ager vecti. vel emphy. peta. l. j. ff. de superfi. ꝛ per totum. item limitatur potestas consilij ꝙ non possit venire contra statuta ꝛ inter cetera in statutis continetur ꝙ nequeat locari res communis vltra triennium merito ꝛc. † Nec vr̃ obstare ꝙ al's fuit solitum consilium predictũ simili 8 modo locare dictum molendinum: ꝛ alia bona communitatis: ac etiã aliter alienauerunt ꝛ similem locatio. ꝛ alienatiões per eos factas sortite fecerũt. sed ad hoc videtur posse respõderi plurib⁹ modis: plura enim requiri videntur ad esse consuetudinis ꝙ̃ enumerãtur in. c. fi. de consue. per glo. in verbo prescripta. inter cetera videtur requiri ꝙ sit obtenta in contradictorio iudicio. l. cum de cõsuetudine. ff. de. ll. ꝛ per dictam glo. in verbo prescripta. que consuetudo non presupponit obtenta in contradictorio iudicio merito ꝛc. Item videtur requiri ꝙ sit rõne inducta: ꝛ sic sit rõnabilis. d. c. fi. et ibi glo. ꝛ tex. in. l. qd̃ non ratione. ff. de. ll. sed in casu isto non apparet de ratione: quare fuit id consuetum: ideo non vr̃ ratione inductum cum paria sint non esse: ꝛ non apparere. l. duo sunt titij. de testa. tute. ꝛ. l. cum res. §. itaqꝫ de lega. j. ꝛ. l. si fuerit. de reb. dub. cũ si. Ideo tanꝙ̃ sine ratione inducta non valeat per predicta. Tertio vr̃ ꝙ consuetudo debeat esse p̃scripta. d. c. fi. in fi. vbi tex. ꝛ glo. ꝛ per consequens requiritur lapsus tanti tp̃is qui sufficiat ad p̃scriptio 9 nẽ. † Sed cõtra ciuitatẽ requiritur ad prescriptionẽ lapsus. c. annorum. l. fi. C. de sac. sanc. eccle. Merito nisi probetur si probetur lapsus tanti temporis ꝙ nõ puto probari valeat non iuuet consuetudo ista in preiudicium cõmunitatis. vr̃ eñ requiri adesse consuetudinis prescripte lapsus tanti tp̃is quantum sufficeret ad meraz p̃scriptionẽ put vr̃ velle gl. iuncta tex. in. d. verbo prescripta. i p̃n. in. d. c. fi. ꝙ expresse vult ibi cõpo. qui equiparat quo ad tp̃is lõginquitatẽ p̃scriptionem ꝛ consuetudinem ꝙ presertim vr̃ dicendum de iure cano. saltẽ in consuetudine que est cõtra ius put est ista cuꝫ sit cõtra ius cõe. s. d. l. fi. de vẽ. reb. ciui. ꝛ contra iura municipalia. s. ponderata: ꝛ cũ sim⁹ in terris ecclesie seruat ius canonicũ potiusꝙ̃ ciuile. iuxta no. per doc. in. c. j. de noui. ope. nun. per glos. in. c. ij. de arbi. li. vj. in. c. ij. de reg. iur. eo. li. p bar. ꝛ Bal. in. l. priuilegia. C. de sac. san. eccle. prout hanc dñam sit cõtra ius vel preter ius: faciunt doc. in. d. c. fin. ꝛ pbat ille tex. al's consuetudo non vr̃ derogare iuri nisi sit prescripta prout probat ille. tex. d. l. fi. q facit dñam vtrũ cõsuetudo sit longeua an vero sit legitime prescripta: ꝛ ita per. d. c. fi. vñr intelligenda iura que dicunt ꝙ cõsuetudo non tollit iura. l. ij. C. que sit lon. consuetu. ꝛ facit. l. de quibus. de. ll. que loquitur in ca 10 sibus a iure non prouisis. ꝛ. l. ij. §. diu⁹. ij. de sepul. vio. † Quarto ex alio nõ vr̃ obstare dcã cõsuetudo: qꝛ ad esse consuetudinis vr̃ requiri ꝙ maior pars pp̃li fuerit vsa dicta cõsuetudine: prout no. gl. in 11 d. c. fi. ¶ † Cũ p̃dictꝫ minime refragãtibus ꝯriũ puto de iure rñdẽdũ. Nã cõstat ꝙ cõsuetudine populi inducit ius non scriptũ. vt in. §. ex non scripto. insti. de iure natu. gen. ꝛ ci. ꝛ resultat ex tacito cõsensu populi declarato moribus ꝛ iuuato lapsu long. tp̃is. vt. l. de quibus. ff. de. ll. Et ideo put expressus ꝯsensus pp̃li vel maioris ptis facit ius statuendo ꝛ derogat iuri cõi. l. oẽs populi. de insti. ꝛ iure. ꝛ. l. vt gradatim. §. sed si lege. de mune. ꝛ hono. ꝛ. l. lege municipali. de decre. ab ordi. fac. ita ꝛ tacitus consensus pp̃li qui non requiritur ꝙ interueniat populo solẽniter congregato: ideo forte puisum fuit ꝙ iuuetur cursu tẽporis. Et id talis cõsuetudo populi q põt statuẽdo iuri cõi derogare si est iuri cõi positiuo ꝯria tollit ius positiuũ contrarium saltẽ ius ciuile cõe ꝛ multo fortius ius muni 12 cipale si consuetudo est posterior. † Princeps enim dedit populo potestatem. s. cõdendi. ll. scriptas ꝛ non scriptas. d. l. oẽs populi. et d. l. de quibus cũ seqũtibus: ideo auctoritate pncipis derogat iuri positiuo prout voluit bar. in. d. l. de quibus. ꝛ in repe. l. ij. C. que 13 sit longa consue. ꝛ Imo. ꝛ Panor. in. d. c. fi. † Nec tunc ob. d. l. ij. C. que sit longa cõsue. canonizata. in. xj. di. ꝯsuetudinis. qꝛ rñdet Jo. an. in. d. c. fi. ꝙ intelligi pñt ꝙ cõsuetudo vnius loci nõ tollit. l. ꝯriã in omni

in omni loco.prout ꝛ dicit glo.in.d.§.diuus.ꝛ in.d.c.fi.Sed bñ tollit in loco proprio:vbi consuetudo.d.l.de quibus cum fi.ſm eundē 14 Joan.and.†Tamen se remittit ad no.per eum in addi.Spe.in titu.de instru.edi.§.compendiose.ver.sed nūquid.vbi distinguit qd aut consuetudo est inducta ex consensu principis vel eo sciente et patiente:ꝛ tunc sine dubio preiudicat ipsi iuri positiuo in eo loco vbi viget.in cle.generalem de etate ꝛ qualita.aut est inducta ignorante principe:ex causa tamen necessitatis.ꝛ idem ad hoc qd not. in.c.cum dilectus.de consue.ꝛ in prohe.vj.ꝛ in.l.hominē.ff.māda. aut cessat causa euidentis necessitatis subditorum:ꝛ tunc super negotijs leuibus valet.arg.eorum que notantur in.l.j.in fi.ff.de ven. inspi.ꝛ in.c.ij.de verbo.sig.lib.vj.ſm eundem.Jo.an.in.d.addi.et Flo.ꝛ Jmo.in.d.c.fi.qui maxime Jo.an.ꝛ Flo.sentiunt ꝙ etiam si sit ꝯ canones derogat eis:licet nō sit prescripta super negotijs vero grauibus.vult Jo.an.in addi.ꝙ consuetudo iuri contraria nō valeat:qꝛ non censetur ꝙ princeps fuisset concessurus.c.j.ꝛ fin.de consti.ꝛ.d.§.diuus ſm eundem in.d.addi.quem sequitur flo.in fin. vltimi notabilis qui forte voluerunt loqui nisi sit rationabilis ꝛ pscripta per generalitatem.d.c.fi.de cōsue.†Sed immo dicta ratio 15 parum valet:qꝛ militat parum in statutis ꝛ tamen populus potest statuere contra ius positiuū vt habetur in.d.l.omnes populi. Et propterea etiā in grauibus videtur concludendum ꝙ consuetudo deroget iuri positiuo:put ꝛ voluit imo.in.d.c.fi.ꝛ Panor.ibi post 16 Barto.in.d.l.de quibus.†Et lꝫ consuetudo contra ius canonicū requirat ꝙ sit rōnabilis.d.c.fi.non tamē requiritur ꝙ est ꝯtra ius ciuile:prout sentit Joan.and.in.d.addi.ſm Jmolam.in.d.c.fina. de consue.Quod ꝛ probatur in.l.ꝙ non ratione.ff.de.ll.prout dicūt dñs Ant.ꝛ Jmo.in.d.c.fi.ꝛ licet Jac.de rauen.ꝛ Petrus intelligant illā.l.qñ cōsuetudo non est contra legem:tñ glos.ibi intelligit quando est contra.l.vt patet in exēplo qñ dñs apponet manus ad plaustrum quam gl.sequitur flo.in.d.c.fi.xxxij.q.ꝛ ibi in.vij.oppositione simpliciter dicit ꝙ inter laicos consuetudo derogat iu- 17 ri inter clericos autem derogat si est rationabilis ꝛ pscripta.†Cū igitur in casu nostro consuetudo sit inter laicos ꝛ non contra ius canonicum sed ciuile dicamus ꝙ derogat iuri attento ꝙ est cōsuetudo populi qui habet ptātem.l.cōdende.Clerus aūt non hꝫ potestatē.l.cōdende.iō cōsuetudo cleri nō derogat iuri canonico nisi sit rōnabilis ꝛ prescripta prout hanc rōnem differentie inter cōsuetudinē populi:ꝛ sic laicorū ꝛ cōsuetudinem cleri in qua loquitur.d.c. 18 fi.assignat.d.Ant.in.d.c.fi.ꝛ Flor.ibi.x.q.†Et per predicta subdit ibi.d.ant.ꝙ si sumus in casu in quo consuetudo inducatur sciente et patiente superiore q potest eo casu statuere valebit consuetudo decēnalis:lꝫ sit contra ius canonicū ex lapsu enim longi tpis presumitur illius cōsensus:prout psumitur cōsensus populi.exemplū in casu.c.fi.de consue.lib.vj.Nam potest episcopus disponere ꝙ antiquiores optent prebendas:ideo procedit opi.gloss.in.d.c.fi.per dictam subtilem rationem ſm eum.Et ex predictis vr posse attentari ꝙ cōsuetudo populi sufficiat longeua contra ius canonicuꝫ si sumus in terris ecclesie in quibus ius canonicum seruatur. Nam prout populus statuendo potest derogare iuri cōi:lꝫ canonico ita et consuetudini longi tēporis per dictam rationem Jmol.ꝛ Flor. et in rōne quā.s.facit.d.Anto.ꝛ pro hoc vr bonus text.in.c.cū venissent.prout hoc tetigi legēdo.d.c.fin.lꝫ non firmauerim nec expedit firmare in pposito nr̃o cū non agat de derogādo iuri canonico: sꝫ de derogādo iuri ciuili cōi ꝛ municipali.Et insuper nō sumꝰ in grauibus maxime talibus in quibus superior non permisisset disponendi facultatem cum de facili superior concederet inferiori facultatē disponēdi super alienatiōe rerum suarū ad libitum:ꝛ maxime super locatione licet ad longum tps:ꝛ videmus ꝙ licet.l.fin.de vendendis rebus ciuitatis dat formam in venditione rerū ciuitatis adeo ꝙ venditio aliter facta foret inefficax.Nihilominus constat ꝙ populus statuendo potest illi legi derogare:prout voluerūt Bar.ꝛ Ang.in.l.prohibere.§.plane.ff.ꝙ vi aut clam.ita ꝛ videtur ꝙ consuetudine possit illi legi derogari.ex quibus puto intrepide concludendum ꝙ psupposita cōsuetudine in terminis nr̃is ꝙ.s.simile consilium possit locare sub ea forma put locatū fuit molendinū de quo agitur valeat locatio de qua in consultatione:ꝛ sic ad dictos patruos placiti pertineat dictū molendinum.Nec obstant ad 19 ducta in contrarium.†Non eñ ob.d.l.consuetudinis.ꝛ.d.§.diuꝰ. qꝛ supra est rñsum.ꝛ insuper.d.§.diuus ſm aliū intellectū potest lo qui de cōsuetudine pcedente ante legē.Non eñ ob.ꝙ non fuit obtenta in contradictorio iudicio qꝛ hoc nō requiritur de necessitate put tenent moderni legiste vt dicit Jo.an.in.d.c.fi.de consue.qui idem tenet ꝙ ꝛ tenet ibi flo.ꝛ est communis opi.prout ibi dicunt do.Anto.Jmo.ꝛ Panor.ꝙ ꝛ finaliter voluit glo.in cano.frustra. viij.distin.ꝛ tandem glo.in.d.c.fi.ꝛ habetur etiam in.d.l.cum.de cōsue.Nec ob.ꝙ non apparet de ratione consuetudinis:qꝛ imo non requiritur ad validitatē consuetudinis ꝙ sit rōne inducta quando est inter laicos inducta contra ius ciuile prout supra deductū fuit et.d.l.ꝙ non rōne facit pro hoc non contra.Jtem supra deductum fuit ꝙ in huiusmodi terminis non requiritur ꝙ sit prescripta:ꝛ sic non ob.ꝙ in contrarium tertio loco dicebatur:sed standum est iu-

ribus que cōmuniter dicūt de longa consuetudine vt.C.que sit lō- 20 ga consuetudo in rubro.ꝛ nigro.ꝛ.l.diutina.ff.de.ll.†Et regulariter longum tps dr decēnium.l.fideicommissa.§.aristo.ff.qui ꝛ a quibus.licet Azo.dixerit requiri inter absentes.xx.annos per.l.fi.C. de longi tpis prescrip.prout referunt Cy.in.d.l.ij.C.que sit longa consuetudo Jo.an.ꝛ.d.Ant.in.d.c.fi.ꝙ ꝛ vr ibi velle compostolanus prout refert ibi Jo.and.ꝛ etiam videatur velle Jnno.in.c.cū dilectus.eo.titu.ꝛ etiam glo.duodecima.distin.consuetudo.tamē non procedit distinctio predicta inter absentes ꝛ presentes in consuetudine:qꝛ consuetudo causat ex tacito consensu populi qui cōsensus presumitur ex diuturnitate temporis.Et non attendit negligentia alterius put attenditur in prescriptione:iō in ea maius tps requiritur contra absentē ꝛ non in consuetudine prout voluit Cy.in.d.l.ij.ꝛ est cōis opi.ſm Jo.an.in.d.c.fin.in summa in tertio. ar.principali.versiculo ꝙ tertio dixi ꝙ ꝛ tenuit Bar.in.d.l.de quibus.ꝛ Pet.de anch.d.Ant.flo.Jmo.ꝛ Panormi.in.d.c.fi.ꝛ gl.in d.§.ex non scripto.ꝛ in rubrica.C.que sit longa consuetudo.ꝛ.d.l. 21 de quibus licet in.d.l.diutina aliud videatur velle ꝛ nō bene.†Et insuper dato ꝙ requireretur ꝙ esset prescripta sufficeret lapsus tēporis.xxx.vel.xl.an.qꝛ tale tps regulr̃ sufficit pro qualibet prescriptione.l.sicut.ꝛ.l.omnes.C.de prescrip.xxx.vel.xl.an.ꝛ licꝫ agatur de preiudicio ciuitatis nihilominus non gaudet huiusmodi priuilegio ꝙ non prescribatur contra eam:nisi spacio.xxx.an.Nisi in casibus exp̃ssis in.d.l.fi.prout ibi communiter tenetur inter quos nō 22 videtur connumerandus casus noster.†Solū aūt remanebit difficultas in probanda hmōi difficultate.Circa quā probationē ē aduertēdū ꝙ Cy.in.d.l.ij.C.que sit long.cōsue.dicit doc.velle ꝙ tria requirunt ad consuetudinē.s.frequentia actuū tacitus consensus populi ꝛ tēporis diuturnitas:vnde hec tria videntur probanda. 23 ¶†Et Jo.an.in.d.c.fi.dicit ꝙ testes deponentes super consuetudine debent pbare ea que consistunt in facto.s.vsum populi vsus frequentiam ꝛ tpis diuturnitatē prout ipse ibi dicit in qnto membro principali.ver.sed quero in fi.ante versiculū praticant hoc sic legiste intelligas vsuꝫ ppl̃i.i.illoꝝ de populo:nō eñ requiritur ꝙ populus vt populus vtatur:sed ꝙ aliqui vtantur ita ꝙ verisilr̃ peruenerit in notitiā populi vel maioris partis:prout declarat ibi Pe. de ancha.prout omnes concordant in iuribus preallegatis.Et est aduertēdū ꝙ Jo.an.non vr requirere ꝙ pbent sciam ppl̃i et forte non immerito:qꝛ id cōiter ptinebit ad iudicium intellectus vtruꝫ s.actus probati p testes sint tot ꝛ tante importantie ꝛ talis nature ꝙ verisilr̃ puenerit in notitiam populi vel maioris partis populi. Jn dubio.n.dꝫ attendi id qd est verisile.l.in obscuris inspici.de re. iur.ꝛ in.c.inspicitur in obscuris.eo.ti.li.vj.Jstam ergo verisilitudinem vr arbitrandā per iudicē.ppterea Jo.an.non ponderat in depositiōe testiū ꝙ deponant de scientia populi vel maioris partis. ꝙ ꝛ videtur de mente.d.anto.ꝛ aliorum in.d.c.fi.ꝛ in alijs locis.s. adductis in illo articulo quot actus requiruntur ad cāndam cōsuetudinem qui volunt ꝙ sint tot actus ꝛ talis qualitatis ꝙ verisimiliter peruenerit in notitiam put volunt doc.cōiter vt legendo dixi in.d.c.fi.ex quo videntur velle ꝙ sufficiat ꝙ sit verisile ꝙ puenerit in notitiam:istud discernere an sit verisile cum pertinere videatur ad iudicium intellectus pertinet ad officium iudicis magis ꝙ 24 ad iudicium testis.†Et sufficit ꝙ testis probet id quod presumptiue concludat vt per bar.in.l.j.si cer.pe.Non autem sufficeret ꝙ testes deponerent sic esse consuetudinē:qꝛ pitissimi errant in diffinitione consuetudinis ꝛ consuetudo est iuris ita ꝙ non cadit in sensum corporeum testis:put dicit Jo.an.in.d.c.fi.si tamen testes deponerent sic esse consuetudinem:qꝛ tot actus ꝛ tanti interuenerūt ꝙ colligeret ꝯsensus maioris partis populi:tūc sufficeret prout cōcludit Jo.an.in.d.c.fi.in quinto mēbro summe.ver.sed quero cuiꝰ 25 auctoritas est permaxima ꝛ est multum equa. †Qm̃ cōiter est difficillimū directo pbare sciam maioris partis ppl̃i saltē in ppl̃is ciuitatū.ideo ex verisilitudibus est iudicandū:prout cōtingit al's i his que non pnt faciliter probari vt hr̃ in.l.dolum.C.de dolo.ꝛ admittuntur alie probationes al's non integre.l.consensu cū ibi no.C.de repu.in.c.j.de prescri.lib.vj.in.c.cām matrimonij.de proba.in.l.at qui natura.§.cū me absente.de neg.ge.in.§.alie.insti.de act.in.l.in actionibus.§.plane.ff.de in litem iurā.ꝛ sparsim in multis locis:iō non mirum si ꝛ in consuetudine magni populi admittat probatio minus intergra ꝛ sufficiat ꝙ verisimiliter cōcludat. immo plus dicit Flo.in.d.c.fi.in fi.questionis.xl.ꝙ sufficit ꝙ testes deponant sic esse consuetudinem:licet enim deponant super eo ꝙ pcipitur intellectu potiusꝙ̃ sensu corporeo:tamē qꝛ deponunt super eo ꝙ cum modico discursu percipitur videt sufficere:qꝛ non est angustanda materia probationis.l.quoniā in fi.C.de heret.ſm eum.ꝛ hoc etiā 26 est multū pōderandū licet nō putē tutū ad hoc quis se artet.†Cōstat autem ꝙ ea q facili discursu possunt percipi:licꝫ percipiantur intellectu: tamen reputantur percipi sensu corporis: adeo ꝙ probantur per testes:prout sepius repetit bar.in suo tractatu de teste in pluribus locis.ꝛ not.docto.in.c.cum causam que de testibus.in casu autem huius consultationis:prout asserit fuerunt facte multe concessiones per consilium predictum que sortite fuerunt effe-

ctum per longissimum tempus vltra .xl. annis. Et attēto ꝙ cōsilia fiunt satis publice ⁊ interueniunt multi homines ⁊ mutantur ⁊ variantur ex tempore: ita ꝙ ex frequentia actuum demonstratur qḋ multe ⁊ multe persone verse sunt, ⁊ habuerunt notitiam ꝙ per consilium fiebant alienationes bonorum cōmunis: ⁊ cōsiderato ꝙ bona communis solent esse nota ciuibus: ⁊ si reperiuntur per priuatos solent multi interrogare quomō peruenerint in manus priuatas ⁊ per hanc viam innotescere multis: ⁊ maxime concessiōes molendinorum cōmunis ad que multi quotidie confluunt: ⁊ vnus solet ꝙ intelligit notificare alteri. itaqꝫ factis probationibus de multis similibus concessionibus que poterunt probari vt arbitror per instrumenta autentica ⁊ tanto lapsu temporis vt arbitror satis plene probatum tacitum consensum populi. Et maxime si dcā instrumenta steterunt in archiuio publico: prout est verisimile attento ꝙ facte sunt ⁊ per personas publicas ex quo per consilium repsentans communitatem. † Et ea que stant continuo in loco publico de facili presumuntur venisse in notitiam. per no. per Bal. in. l. j. C. q̄nō ⁊ quādo iud. dicentē ꝙ cēsentur notoria: facit ꝙ habetur in. l. ij. §. exactis. de origi. iur. in ver. pro rostris. ⁊ in. l. sed si pupill⁹. §. proscribere de institoria. itaqꝫ si diligenter aduertantur ad ea q̄ s. recensita sunt parum dubietatis remanet in iure vtrum consuetudo iuuet: sed laborandum in diligenter probando consuetudinem. Et in hoc diligenter aduertat patronus cause. Laus deo.

27 (margin, at "repsentans")

¶ Summarium super cōsilio .ccxciiij.

1 ☞ Donare patri non potest filiusfa. causa mortis. p totum cōsi.
2 Opinio glo. ⁊ Bar. ⁊ cōmuniū in decisiuis est insequēda.
3 Fideiubere non potest filiusfa. pro patre etiam illius consensu ⁊ stā te statuto ꝙ obligari non possit filiusfa. sine patris cōsensu.
4 Filiusfa. iure fforꝫ. potest habere proprium in dote.
5 Donare non potest filiusfami. causa mortis sine patris consensu etiam in casibus in quibus habet proprium.
6 Testari non potest filiusf. etiam patris consensu.
7 Consensus requisitus in actu quando censetur adhibitus vt auctoritas.

¶ Consilium .ccxciiij.

1 ¶ † In hac cõsultatione vr̃ dicendũ q̃ testm̃ istud non tenuerit ea rõne q̄ dicta dña rosata vr̃ substituta filio testatoris heredi instituto pupillariter vel per fideicommissum. 2 † Q̃m illa verba si decesserit in pupillari etate importãt pupillarẽ exp̄ssam illa aũt v̾ba vel sine liberis videnť iportare fideicõmissariã: 3 † tũ q̄ illa cõiunctio vel cõiungit diuersa.argu.eius qđ no.in rub.de iuris ⁊ fa.igno. 4 † Et sic est facta morienti post pupillarem etatẽ q̃ ⁊ denotat natura cõditionis comprehensa sub illis v̾bis sine liberis cũ videať intelligenda in eo q̄ põt habere liberos.ar.l.j. in p̄n.ff.de suis.⁊ leg.iđ dixit gl.in.l.precibus.C.de impub.q̃ compẽdiosa facta sub cõditione si decesserit sine liberis est oĩ tp̄e fideicõmissaria ⁊ nõ directa q̃ ⁊ voluit Inno.in.c.Raynutius.de test. Facit q̄ priuatio presupponit habitũ.l.decẽ.de ver.ob.l.nõ põt videri desinere.de reg.iur.iđ non vr̃ comprehendi vulgaris saltẽ expressa.⁊ dicta domina rosata nõ potest venire ex pupillari: q̄ p eaz succeditur pupillo de cuius successione non tractatur ad presens ⁊ expirauit mortuo pupillo in vita patris substituẽtis hereditate q̃ non adita ex testõ paterno vt habentur in.l.moribus.de vulg.⁊ pupilla.⁊ sũt clara. 5 † Nec ex testamẽto põt venire fideicõmissaria que requirit aditiõem rogati.l.ille a quo.§.si de testamẽto ad trebel.cũ similibus. Solũ videť posse venire ex tacita vulgari cõprehensa in pupillari. 6 † Nã pupillaris expressa cõtinet in se tacitã vulgarẽ.l.iã hoc iure.de vulg.⁊ pupil.⁊.l.cũ quedam pregnantẽ.C.de inst.⁊ substi.sub condi.fac.ƀm vnam lec.⁊ habetur in.l.precibus.de impu.et vbiq̃. 7 † Sed videtur q̃ incipere non possit testm̃ a tacita vulgari. Adeo q̃ si pupillus moritur viuo testatore nullo alio herede instituto testamentũ ruat nec pupillariter substitutus possit adire ex vulgari tacita.l.si filius.ff.de captiuis ibi nihil est q̃ de secũdis tab. tractari possit prout per illam legem firmat Dynus.⁊ idem videť velle ibi glo.q̃ ⁊ voluit Cynus in dicta.l.precibus q̃ ⁊ sentit glos. in.l.apud Julianum.§.idem iulianus.ad trebellia.⁊ per illum textũ.⁊.l.ita tamen.§.a patre.eo.ti.generaliter vult dynus q̃ nõ requiritur aditio per quã confirmetur testamentũ vt subsistat pupillaris substitutio ⁊ tacita in eo cõprehẽsa. Et ideo dicit ange.in.l.centurio.de vulg.⁊ pupil.qđ si testator instituit pupillũ ⁊ ei substituit sub hac forma si filius decesserit in pupillari etate vel postea tunc sub pupillari contineť tacita vulgaris que vna cũ pupillari expirat filio mortuo viuo patre per.d.l.q̃ si filius.⁊.l.si pater captus.de vulga.⁊ pupil.licet secus si simpl'r substituisset sub cõditione si quãdocũq̃ decesserit ƀm eũ quẽ refert Imo.in.d.l.centurio in penultima charta: cuius dictum vr̃ decidere hũc casum.⁊ hoc saltẽ si pater supuixit post mortẽ filij ⁊ notitiã mortis habuit notabili tẽpore: adeo q̃ potuit sibi p̄uidere p̄ut mihi p̄suadeo q̃ ꝯtigerit ĩ casu isto. Nam tunc imputetur patri quare sibi nõ p̄uidet adaptãdo testamẽtum postq̃ vidit filium premortuum: ideo si non fecit testm̃ vitiatur nec incipit a tacita vulgari ⁊ hoc casu procedat.s̄.dicta opinio tenentium q̃ testamentum non incipiat a tacita vulgari: secus si non potuit prouidere: q̄ statim ipse decessit vel mortem filij ignorauit vel pupillaris expirauit post mortem patris. Ita qđ non est quid sibi imputetur quare sibi non prouidit: ⁊ hoc casu p̄cedat opi.contraria tenentium q̃ testamentum incipere potest a tacita vulgari in qua.opi.fuit glo.in.l.lex cornelia.de vulga.⁊ pupilla.⁊ in.l.si pater captus.eod.titu.⁊ gui.de cu.⁊ Oldra.vt refert Bar.in.d.l.j.de vulga.⁊ pu.idem Ang.⁊ Imo.in.l.j.⁊ Bal.⁊ imo. in.d.l.lex cornelia.⁊ Imo.in.d.l.si pater captus.⁊ in.c.Raynutius de test.⁊ bal.in.l.precibus.de impube.⁊ in.l.vnica.§.pro secundo. de cadu.tollen.⁊ videtur probari in.l.si ventri iuncta glo.de ven.in spi.⁊ in.l.neq̃ enim.de mili.testamento. Prout dictam cõcordiaz firmat Bar.in.d.l.j.de vulg.⁊ pupilla.post medium versiculo: vlterius quero pupillus per.l.querebatur.de mili.testamento.⁊.l.iij. C.de inoffic.test. 8 † Et licet sit adiecta clausula codicillaris: ⁊ p̄supposito q̃ militet: tamen proximiores consanguinei testamẽto nullo conseruato per clausulã codicillarem succedunt iure directo ab intestato ⁊ habent hereditatem restituere institutis in testamento.l.ex testõ.C.de fideic.⁊.l.q̄ autẽ.circa principiũ.ff.si quis omi. causa testamenti.prout not.Bart.in repeti.l.j.ff.de iure codi.ĩ p̄ncipio.⁊ nota.in auten.ex causa.C.de liberis prete.⁊ in.l.eam quaz.C.de fideicõ.facit.l.sceuola ad trebellianũ.⁊.l.generaliter.§.ex testamento.de fideicom.li.iuncta.l.si quis cum nullum.⁊.l.conficiuntur.in principio.⁊.l.ab intestato.de iure cod. 9 ¶ † His tamen minime refragantibus contrariam partem arbitror iuri magis consentaneam: ad cuius rei euidentiam premittendum est q̃ compẽdiosa substitutio.s.concepta post mortem instituti sui natura est apte nata continere sub se plures substitutiones.s.vulgarem pupillarẽ ⁊ fideicommissariã si qualitas personarum patitur: p̄ut cõmuniter omnes firmant in.l.precibus.C.de impube.⁊ in.l.centurio.ff.eo.titu.⁊ in.c.Raynutius.de testa.⁊ in.c.si pater.eo.titu.li.vj. 10 † Et voluit doc.q̃ sint substitutiones expresse q̃ enim sub generalitate verborum comprehenditur dicitur expressum verbis generalibus.l.si.C.q̃ cũ eo.iđ substõnes predicte ꝯp̄hẽse sub cõpendiosa dicuntur expresse verbis generalibus secundũ.doct.⁊ quãdo potest interpretatur potius directa q̃ fideicommissaria: vt est expressum in.d.c.si pater.facit.l.iam hoc iure.⁊.l.centurio.⁊.l.lucius.de vulga.⁊ pupil.⁊.d.l.precibus.⁊ q̃ comprehendantur dicte substitutiones maxime vulgaris expressa verbis generalibus ẽ theorica magistralis fundata in vi verborum non tradita per iurislatorem. Nam si institutus decedit in vita testatoris verificantur verba substitutionis ⁊ non potest militare nisi vulgaris substitutio. 11 † Item si decedit pubes non adita heredi.nec transmissa nõ potest militare nisi vulgaris: ⁊ verba substitutionis verificantur: iđ militat tũc substõ vulgaris comprehensa expressis verbis substitutionis iura autem id non aperiunt. Nam.d.l.precibus que facit mentionem de substitutione compendiosa non dicit q̃ comprehendat sub se vulgarem: sed q̃ comprehendit pupillarez.⁊ sil'r dicit tex.in d.c.si pater.⁊ tex.in.d.l.cẽturio vbi interpretatur substõ illa q̃ ẽ cõpendiosa probat simil'r q̃ est pupillaris intra pupillarem etatem postea est directa militaris.⁊.c.Raynutius ⁊.c.Raynaldus.de testa.in quibus similiter agitur de substitutione cõpendiosa dicitur q̃ fuit substõ fideicommissaria.ex vi itaq̃ verborũ potiusq̃ ex tex. expresso dicimus q̃ compendiosa comprehẽdit vulgarem. Intantum q̃ bal.in.d.l.precibus.dicit q̃ si pater substituit filio in potestate impuberi si decesserit in pupillari etate sit substitutio cõpendiosa non continens solam pupillarẽ: sed etiaz vulgarẽ expressam verbis generalibus.ideo hoc respectu potest dici cõpendiosa p̄ut hic voluit bal.in.d.l.precibus in penul.charta.versi.vnum etiam aduerte.⁊ in.l.penul.eo.tit.et idem sentit in.l.humanitatis eo.ti. idẽ Pau.de ca.in.d.l.p̄cibus.⁊ Imo.in.d.c.Raynutius.⁊ allegat idez tenuisse ibi domi.cardinalẽ zaba.⁊ hoc in.xxxix.questione.et licet pleriq̃ dãnantes Bal.conentur probare quod sit pupillaris. Quia illa verba si heres erit non sunt de substantia pupillaris substitutionis: tamen nil obstat: quia nec Bald.nec eius sequaces vllatenus negarent q̃ esset pupillaris: sed volunt q̃ licet sit pupillaris propria ⁊ specifica: tamen q̄ verba adaptantur etiã ad casum vulgaris: ideo etiam comprehendatur: ⁊ eo respectu q̄ sub compẽdio verborum plures directe substitutiones comprehenduntur in substitutione predicta habente tractum temporis: ideo nominãt compendiosam. Nec est vis in nomine: sed non videtur subesse ratio quare magis comprehendat vulgarem expressam verbis generalibus. Si dicatur si decesserit infra vigintiquinq̃ annos vel si decesserit sine liberis vel quandocunq̃ decesserit in quibus casibus omnes fatentur comprehendi vulgarem. Quam si dixerit infra xiiij.annos vel in pupillari etate. Non eñ minus ista verba adaptãtur ad casum institutus decesserit in vita testatoris vel omissa hereditate quã verba alia.s̄.p̄rio loco deducta. Ex qb⁹ euidẽter constat cõclusio.s̄.dicta: scʒ ꝯpendiosa cõprehendat sub se vulgarẽ: q̄ verba sunt apte nata illã cõprehẽdere: ideo cũ verba hui⁹ substitutionis verificãtur in casu isto: quia facta sub verbis generalibus si decesserit in pupillari etate vel sine liberis ⁊ vtraq̃ cõditio fuit purificata vel saltem sc̃da pars alternatiue: quia decessit sine liberis dictus Franciscus heres institutus.⁊ ad veritatem alternatiue sufficit alteram partem verificari. regula in alternatiuis in.vj.l.si heredi plures de condi.insti.cum simi. Ideo siue decedat viuo testatore siue post mortem purificatur conditio compendiose substitutionis: ideo vulgaris militat prout probatur ex vi verborum a quib⁹ non est recedẽdum.l.non aliter.⁊.l.ille aut ille.§.cum in verbis de leg.iij.⁊ ideo per punctum rationis militat hoc casu substitutio directa vulgaris: prout et firmat expresse Bartol.in consilio suo incipiente Herculanus instituit heredem in ordine.clxiiij.secundum ordinem perusinum non in formis. 12 † Et verificatur verbum directum ciuile quod sui natura non proprie adaptatur nisi ad directam substitutionem.l.verbis ciuilibus.de vulga.et pupilla.et ea videtur mens testatoris qui voluit quod valeret vt testamentum potiusq̃ vt codicillus vt verba aperte demonstrant: et ideo cum mens et verba concurrant nihil obstat quominus interpretetur directa vulgaris ex testamento nõ fideicommissaria ab intestato. Nec obst.quod dicebatur quod testamentum non potest incipere a tacita vulgari: quia respondetur quod ista non est tacita: sed expressa verbis generalibus.vt supra probatum est. 13 † Tacita est illa ad quam verba non possunt adaptari. Quo casu nec mens adaptatur: quia testator censetur non substituisse eo casu: quia non putauit illum casum futurum: ideo si non cogitauit cessat voluntas: tamen si cogitasset verisimiliter eo etiam casu substituisset: et hoc respectu venit ex mente testatoris non vera: sed verisimili si cogitasset prout declarat Angel.in dicta.l.prima.de vulg.⁊ pupil.prout ⁊ ibi refert Imol. Et hinc est q̃ si casus omissus euenit ⁊ testator non p̄uidit cum habuisset facilitatem p̄uidendi cessat coniectura dicte verisimilis mentis testatoris.ideo tũc cessat tacita pupillaris ⁊ p̄cedit distinctio bar.per dictam rationem: licz ip̄e eã nõ adducat. Sed in casu isto casus q̄ euenit est p̄uisus merito cessat dicta rõ. 14 † Itẽ nõ est verũ q̃ cõpendiosa sit semp fideicommissaria qñ adijcitur ꝯditio si decesserit sine liberis.lʒ eñ id voluerint

rint Glo. & Inno. vt. s. relatū fuerit. & idē voluerit Ja. de bel. & etiā Oldra. in cōsi. xciiij. incipiente factū tale est. Quidam testator. & Dy. bar. bal. & cōiter oēs tenent ꝯtrariū in. d. l. ꝓcibus. & in. d. l. centurio. & in. d. l. ꝓcibus. Et tenētes ꝙ nō sit directa intelligūt de pupillari non de vulgari. Nam compēdiosa facta puberi ita continet vulgarē ꝑut facta impuberi qm̄ vis verboꝝ pariter militat vtroqꝫ
15 casu & ita vult bar. in. s. allegato suo cōsi. † Nec obstat ꝙ dicit Ang. in. d. l. cēturio. ꝙ substitutio facta filio sub cōditione si decesserit in pupillari etate vel postea expirat filio mortuo viuo patre per. d. l. ꝙ si filius. & d. l. si pater captus secus si sit facta simpliciter sub conditione quandocūqꝫ decesserit. Nam rūdetur ꝙ dicta iura loquuntur in substitutione pupillari vel etiā in tacita vulgari cōprehensa in pupillari. Prout & sentit ipsemet ang. volēs ꝙ in primo mēbro vulgaris tacita comprehēdatur sub pupillari expressa ꝙ est falsum quia etiam sub illa simpliciter facta si filius decesserit in pupillari etate continet expressa vulgaris eo casu quo filius decedat nō heres in pupillari etate. Nam ex vi verborum comprehenditur: ergo est expressa verbis. Non eniz verba magis adaptātur ad casuz quo decesserit viuo testatore ꝙ̄ ad casum quo decesserit post mortem testatoris. Nam vtroqꝫ casu verissimū est eū decessisse in pupillari etate. Item siue decesserit in vita patris siue post patris mortem verū
16 est decessisse sine filijs si moriens filios non habebat. † Ideo substitutio vulgaris eo casu est expressa que militat etiā quādo is cui facta est decedit in vita testatoris dicta. l. vnica. §. pro secundo de cadu. tollē. qui tex. non loquitur magis in vulgari facta verbis specialibus ꝙ̄ in facta verbis generalibus. Cum itaqꝫ dicta substitutio valeat. vt ex testamento & sit directa vulgaris non est tractandum de clausula codicillari nec de quarta detrahenda. Laus deo.

¶ Summarium super consilio. ccxcviij.

1 ☞ Testamentum factum coram testibus siue scriptura ꝙ valeat stante ꝙ scdm̄ testiū attestationes ad ꝑpetuā rei memoriā solū apparet aliqd relictū filiab⁹ nō iure institutiōis. itē stāte cl'a codicillari operet ꝙ valeat iure codicilloꝝ. item & si heres institutus petijt ꝓnūciari testō esse ꝑpetuā fidē adhibēdā nō petēdo ꝙ si non valeat vt testm̄ valeat vt codicillus si in petitiōe est apposita cl'a valeat oī meliori mō ꝙ iudex possit pronunciare valere eo modo prout iure valere potest. per totum consi.
2 Testes lꝫ aliqui plura adijciant: alij vero pauciora in eorum dictis tendentes tamen ad vnum finem probant.
3 Testes referentes eadē verba nec tamen plus nec minus dicuntur suspecti.
4 Clausula adiecta in testō valeat oī meliori modo quo poterit quid operetur.
5 Uerba sunt note passionum mentis.
6 Jura nō attribuūt clausule aliam vim nisi qualem vis verboruz demonstrat.
7 Testes possunt peti examinari ad perpetuam rei memoriaz super testamento & codicillo.
8 Fideicōmissarius vniuersalis suum nō consequitur fideicommissuz nisi hereditas adeatur per institutum quando ex testamento debetur.
9 Fideicō issum acceptare nō pōt q sibi hereditatē delatā ignorat.
10 Testm̄ in quo filio aliquid est relictuz ꝑ sua legitia valet in qua vr̄ eū instituisse cum clausula expressa valeat testamentum omni meliori modo.
11 Legitime loco succedit legatū vt si pr̄ reliquerit aliquid filio ꝑ pte sua & ꝓhibuerit ne plus possit petere: aut iusserit eum esse ꝯtentū. Idē si cōiecturis possit ꝓsumi lꝫ nō vetuerit.
12 Instituisse vr̄ pater filiū relinquēdo ei aliquid ꝑ pte sua aut legitima quando exprimitur in testamento clausula valeat testm̄ oī meliori modo.
13 Legatū filio qn̄ dicatur factum iure institutiōis clausula expressa valeat omni meliori modo.
14 Testes esse pn̄t femie in codicillis cū duobus tm̄ viris.
15 Testis esse pōt affinis ex vno tm̄ latere.
16 Sororis appellatiōe que veniant.
17 Testis nō dr̄ obiectat⁹ si nō apparet de suspiciōe tpe depositiōis.
18 Testis nō repellitur falsitate dicti qn̄ respicit circūstantias q̄ non attingūt negotiū principale qr̄ sup illis deponit nō iurat⁹. nu. 20.
19 Probatio plena resultat duobus testibus.
21 Nisi dictio lꝫ affirmet qn̄ ꝓcedit negatiua tm̄ nō sp ita operatur.
22 Affinitas resolui videtur matrimonij separatione.
23 Testm̄ minus solēne in quo nō interuenit testiū legitimus numerus valet factū tm̄ tempore pestis.
24 Presumitur illud qđ esse solet frequenter.
25 Negatiua ꝓbanda nō venit ꝑ illū qui ex ea nititur: sꝫ per illum qui eam repellit.
26 Presumptio iuris q̄ causatur ex facto nō releuat nisi allegeť. Falsit qn̄ versatur circa factū alienū nō requiritur allegatio.
27 Obligatio naturalis orit ex min⁹ solēni voluntate.
28 Heres nō satisfaciēs minus solēni volūtate peccat: & pōt ecclesiastici iudici denunciari.
29 Testiū dicta calūniāda nō sunt sꝫ poti⁹ iuuanda.

Consilium. ccxcviij.

In nomine dñi nostri iesu
1 xp̄i. ¶ † Ante oia ꝓmittendū duxi ꝙ nō multum interest in ꝓsentiarū discutere: an dictū testm̄ valeat: an vero vitieť rōne preteritiōis filiarū. sup quo articulo allegātes nō immerito instāt. Attento ꝙ si nō valeret vt testm̄ valeret vt codicillus: cū adiecta fuerit claula illa: & hāc vltimā voluntatē asseruit esse & valere voluit oī meliori mō sup qua clausula oēs
2 septē testes deponūt & in effectu ꝯcordāt. † Licet aliq adijciāt plura verba & aliqui pauciora tm̄ nō variant in effectu & in fine ꝙ suffi-
3 cit. l. q sniam. C. de penis. † Quinimo si oēs deponerent de eisdez verbis nec plus nec min⁹ essent suspecti. l. iij. §. vba ep'e. ff. de testi. & dicta vba in effectu importāt vim clausule codicillaris. Nā si vo-
4 luit esse vltimā volūtatē oī meliori mō quo meli⁹ valere pōt. † Et nō pōt valere iure testamēti & iure codicilloꝝ sic & vtrūqꝫ scꝫ testm̄ & codicillus sūt vltima volūtas: ergo vba significāt ꝙ volūt valere iure testamēti si valere poterat: nā tūc institutio heredis meli⁹ valet. Sꝫ si nō pōt valere iure testamēti voluit valere alio mō iure tm̄ vltime volūtatis: & iste ali⁹ mod⁹ est iure codicilloꝝ: ergo iure codicilloꝝ valere voluit. ista apparet mens disponētis cū nemo ꝓsumatur dicere nisi ꝙ mēte cogitat. l. labeo. §. idē tubero de suppel. leg.
5 † Uerba eñi sunt note passionū mētis ꝑm philosophū ad hoc capitulo scdo requiris de appellatio. & xxij. q. v. humane aures facit. l.
6 nō aliter de leg. iij. cū cōcordan. † Nec iura aliā vim attribuūt clausule codicillari nisi qualē demōstrat vis vboꝝ & magistralis theorica doctoꝝ eā vim attribuunt quā vis verboꝝ importat prout sumitur ex his q̄ tradit Bar. in repetitio. l. j. ff. de iure codi. & ipē & doct. in auten. ex causa de libe. preter. & Bald. & doc. in. l. fi. C. de codicil. verba. n. importāt ꝙ si ea q̄ sunt disposita nō valēt: vt facta in testamēto cēseātur disposita in codicillis: vn̄ doc. cōsiderāt si illa essent disposita in codicillis cuius forēt effectus. & ita iudicāt ex vi verborum vigore clausule codicillaris: ita & pari rōne iudicandum est de ista clausula cū verba virtualiter idē significēt. Et si ista vltia volūtas valet vt testm̄ filie debēt habere solam legitimā & non plus nisi quatenus relicta excedūt legitimā hoc qdē nemini est dubiū & similiter clarissimū est ꝙ si relicta nō ascendūt legittimā id qđ deest suppletur. l. omnimō. l. si qn̄. & l. scimus in prin. C. de inoffi. test. Et similiter si nō valet vt testm̄ & sustētatur vigore dicte clausule: vt codicillus heredib⁹ institutis deberet fieri restitutio hereditatis ab ipis filiabus deducta sola legitima cū virtute talis clausule cēsentur rogati veniētes ab intestato. ar. l. si qs cum nullū. & l. conficiuntur. in prin. & l. ab intestato. ff. de iure codi. & l. eā quā. C. de fideicō. & l. scevola. ad tre. & qđ no. doc. in clausula codicillari. in. d. auť. ex causa. & in. d. l. fi. C. de codi. & in. d. l. eā quā. & ꝑ bar. in. d. l. j. ff. de iu. codi. Et ideo tantundem habebunt filie virtualiter per vnam viam prout
7 per alteram. † Et prout possunt peti examinari testes & publicari ad perpetuam rei memoriā super testamento. vt. l. publicati. C. de testa. ita & pari rōne sup codicillo cū nō solū heres: sed etiā legatari⁹ possit petere testes examinari & publicari sup suo legato ꝑut vo-
8 luit Bal. in. d. l. publicati. † ꝙ saltem vr̄ ꝓcedere in fideicōmissario vl'i cū al's conseq neqat suū fideicōmissuz nisi hereditas adeatur ex test. si fideicōmissum ex testō debeť. l. ille a quo. §. si de testō. ff. ad trebel. & d. l. eā ꝙ cū simi. vel ab intestato si ab intestato fuerit relictū ꝑ no. ꝑ gl. singu. & doc. in. l. q filio in prin. ff. de here. insti. Et si sibi re-
9 stituať hereditas vt possit cōuenire debitores hereditarios. † Et etiā qr̄ nō pōt acceptare fideicōmissum si ignorat sibi delatum ꝑut heres q ignorat hereditatē sibi delatā. l. si is ad quē. & l. si heres instituť. ff. de acqui. here. & ꝑpterea rōnes q̄ assignātur in. d. l. publicati in herede: quare pōt petere testes examinari & publicari ad ꝑpetuā rei memoriā: lꝫ ipē nō possideat ꝑ gn̄alitatem. d. l. publicati. militāt etiā in hmōi vl'i fideic. honorato in codicillis ab intestato. Et ꝑpterea etiā si testm̄ nō valeret ꝑpter ꝑteritionē filiarū procederet dicta petitio & successiue examinatio & publicatio dictorum testium. Maxime stante clausula petens ius & iustitiā administrari posita in fi. dicte petitionis maxime ꝯsiderato ꝙ si nullitas testamenti causať dicta rōne illa appet ex tenore petitiōis ꝑut ex attestatiōib⁹ testiū: iuxta ea q̄ hn̄r de dicta cl'a in. c. cū dilect⁹ de ordine cognitionū. ꝑ Inn. Bal. d. Ant. & modernos. & ꝑ d. Ant. in. c. j. de iudi. & ꝑ eūdē Bal. i. l. ne qcq̄. §. vbi decretū. ff. de offi. ꝓcōsu. & lega. Et idcirco non est multū necessariū inuestigare & decidere: an dicte filie qb⁹ est factū relictum ꝑ dote & ꝑ earum parte censeantur instite. An vero preterite quem articulum dixi deferenti scripturas
10 nolle in presentiarum decidere. † Maxima aūt est autoritas Bar. & Baldi in aucťē. vnde si parens. C. de inoffic. testamen. qui dicunt ꝙ si testator relinquit aliquid filio pro sua legitima vel pro sua falcidia censeatur filium instituisse: & ideo testamentum sustentetur. & idem voluit Baldus in. l. quotiens. C. de heredi. instituen. adducens. l. humanitatis. C. de impub. & seqtur Pau. de ca. in. d. l. quo
11 tiēs. ꝙ & vult. d. Ant. in. c. Raynutius de testa. † idē volēs si filie relinquiť pro dote. & idē in filī voluit Bal. in. l. si adulta. C. de heredi-

tarijs acti. dicēs ꝙ si pr̃ relinqt aliquir filio ⁊ ꝓhibuit eū pl⁹ petere vel iussit eū esse ꝯtentum re relicta cū tunc censeat animū cōpēsandi cū sua legitima ſm eū ꝙ dictū cōmendat ⁊ seqtur Pont. in. l. cogi. §. sed ⁊ si quis. ⁊ Rapha. cuma. in. l. his ꝟbis in fine principij de heredi. insti. ⁊ Pau. de ca. in ꝯsil. cccxlvij. incipiēte sup ꝑmo pūcto quo q̄ritur in penul. col. vbi etiā subdit idē esse si p alias cōiecturas posset hoc ꝓsumi: lꝫ nō vetasset plus petere ex quo infert idē esse si dixisset velle valere oī meliori modo ⁊c. ꝙ vltimū idē Pau. de cast. firmauit in. d. l. quotiēs. Allegabatur Bal. ꝯtriū tenuisse in consi. incipiēte cōis opinio p. d. §. aliud quoqꝫ capitulū. Ang. etiā tenet cōtra in mea lec. in. d. aut. vn̄ si parens. licet in. l. quotiens in lec. mea ego allegē ꝯtrium. Sed credo fuisse errorē inter Bald. ⁊ Ange. Saly. in. l. si adulta in aut. nouissima seu in. d. auten. vn̄ si parēs. Imol. in. l. his ꝟbis de heredi. insti. in cōmento. l. j. §. ex fundo eo. titu. in d. c. raynutius. credo iste allegationes in cōtrariū sint in illo dicto pro legitima. nam hoc casu loquitur Ang. in. d. aut. vn̄ si parens. ⁊ Imo. in. d. l. his verbis quos vidi postea. secus dicit Ang. si dixit re-

12 linquo legitimā. † Ex quo em̄ testm̄ alias valere non potest. Ideo tunc cēsetur reliqsse filio iure institutionis put vr̃ velle Bal. ibi ſm eum q dicit id se cū plurib⁹ ꝯsuluisse in casu aūt nostro satis cēsetur reliqsse ꝓ legitima ex quo reliquit ꝓ eaꝝ parte cū earū ꝑs nil aliud sit quam legitima ⁊ in relinquente partem suam quod censeatur instituisse loquitur Bal. in. d. l. quotiens. ⁊ facit ad hoc optime text. in. l. scimus in prin. C. de inoffi. test. vbi ꝓbat ꝙ accipe dr̃ filius pro pte sua qn̄ accipit ꝓ legitima put ⁊ ponderat ibi Bar. Itē ꝯstat ꝙ reliquit ꝓ dote. Itē etiā est clausula qua disposuit dictā vltimā voluntatē valere omni meliori mō ⁊c. Et sic ꝯcurrunt oēs supradicte auctoritates: lꝫ em̄ non ꝓhibuerit plus petere: tn̄ clarius cēset reliquisse aīo cōpensandi cū legitima qn̄ expsse reliquit ꝓ sua parte q̄ꝫ quādo prohibuit plus petere. Iō militat dicta ratio Bal. in. d. l. si adulta. Nec huic opi. refragatur auctoritas Io. an. in. d. c. Raynutius dū supplet ad tex. qui dicit reliqt heredē instituēdo: quia tex. ibi nō dicit ꝙ reliq̄rit ꝓ parte sua. nō em̄ volūt supradicte auctoritates ꝙ si simplr̃ reliqt aliqd filio censeat reliqsse iure instōnis. Sꝫ qn̄ cōcurrunt aliq̄ cōiecture sup qbus fundant dicte auctoritates. Nec refragat. §. aliud quoqꝫ capl̄m in autētico: vt cū de appel. cogno. q. §. erat notissim⁹ supradictis doc. si em̄ nō fuisset dispō illi⁹ tex. idubitatū esset ꝙ testm̄ sustētaret ex relicto facto filio etiā citra titulū instōnis p. l. oīmodo. ⁊ aut. nouissima. C. de inoffi. testa. ⁊ sic oēs supradicti doc. loquūtur p̄supposita dispōne. §. aliud quoqꝫ capitulū qui eoꝝ dictis nō ob. nā tex. ille ꝓhibet filiū p̄teriri vel exheredari nō expressa cā ingratitudinis: sꝫ p̄fati doc. volūt ꝙ in predictis casibus filij nō censeant p̄teriti nec exheredati: sed instituti er-

13 go nec aduersat dispositio illi⁹ tex. † Et lꝫ subdat ꝙ nō sufficiat relinquere legitimā p legatū vel donationē vel alio mō. s. q̄ꝫ iure institutionis nullaten⁹ ob. qꝛ hoc fatent oēs p̄fati docto. tn̄ dicūt in p̄dictis casib⁹ censeri relictū iure institōnis nō alio mō. Ex quib⁹ dici pōt non esse tutū discedere ab auctoritate tot ⁊ tantoꝝ doctorū ⁊ hec sufficiant circa hāc primā excitationē. Ex p̄dictis ēt infertur ꝙ ex quo nō facio vim: vtrū valeat vt testm̄: an vero vt codicillus. Nō est vis ꝙ ex septē testib⁹ vna sit femina ⁊ alter dicat variasse circa attinētiā. Nā lꝫ rejciant duo: tn̄ remanēt qnqꝫ qui sufficiūt in co-

14 dicillis. l. fi. §. fi. C. de codicillis. ⁊. §. fi. insti. eo. ti. † Et insup in codicillis admittunt testes femine: vt no. glo. pe. in. d. l. fi. ⁊ doct. oēs se-

15 quunt. † Itē in altero nō est talis variatio q̄ ipm debeat vt varium repellere. Nā pōt cōcordari plurib⁹ modis. vno mō ꝙ ꝑma vice interrogatus dixit ꝙ Gentilino ⁊ Symoni attinet parū ⁊ a lōge profecto: lꝫ symon sit affinis in primo gradu affinitatis ipi⁹ testis habēdo in vxorē suā sororē carnalē: tn̄ gentilinus nihil eidē affinitatꝫ iure attinet. Qm̄ affinitas nō egredit vtrūqꝫ latus. s. viri ⁊ vxoris: sed alterū sic. l. nō facile. §. affines. ff. de gradib⁹ hinc videm⁹ ꝙ duo fratres ꝯhunt matrimoniū cū duabus sororib⁹ ⁊ pater ⁊ fili⁹ ducūt in vxores quotidie matrē ⁊ filiā prima vtriqꝫ vice intelligat rn̄disse de attinentia vtriqꝫ: in scđa de attinētia soli⁹ Symonis: lꝫ huic rn̄sioni aliqualiter aduerset interrogatio que fuit facta: vtrū attineret alicui ptium. Sꝫ rn̄deri pōt ꝙ ipse testis intellexit de ptibus. s. actorū ex vna ⁊ reorū ex altera. ⁊ verba sepenumero impropriātur p saluādis testibus vt mille vt ita dixerim dicta possent adduci. et

16 insuper potest dici ꝙ nō est impropriatio: qꝛ qualitercūqꝫ interrogatio intelligat ipse se declarauit in sua rn̄sione. † Itē soror dr̄ nata ex eodē parēte. Itē nata ex duob⁹ fr̄ibus vel sororib⁹ q̄ vocat soror cōsobrina vel patruelis. Itē nata ex fratrib⁹ vel sororibus cōsobrinis dicūtur saltim vulgari locutione sorores. Ita ergo ꝓ cōcordia dicat ꝙ dixit a lōge ⁊ parū attinere qm̄ illa vxor Symōis non est soror carnalis. Et qlibet diceret parū ⁊ a lōge attinere illū q haberet in vxorē sororē cuginā vt vulgari nr̄o vtar. Et maxie in materia depositiōis: qꝛ nō solet inter tales teneri talis ⁊ tāta beniuolētia ꝙ debeat esse notabilis suspitio falsitatis. Ideo hoc respectu dixe-

17 rit parū ⁊ a lōge attinere. † Itē ⁊ tertio lꝫ dū scđo examinat dixerit Symonē habere in vxorē sororē ipsius testis. Nō ꝓpterea cōstat ꝙ tpe prime depositiōis in aliquo attineret. Nā interim. s. inter ꝑmā ⁊ scđam depositionē potuit cōtrahi talis affinitas ⁊ iudex hꝫ iudi-

18 care ſm acta ⁊ actitata. l. illicitas. §. veritas. de offi. presi. † Itē prima vice potuit ipse testis intelligere de attinētia cōsanguinitatis hoc est agnatiōis vel cognatiōis postea melius interrogat⁹ latius intellexit attinētiā. facit etiā qꝛ falsitas dicti nō repellit testē qn̄ respicit circūstantias q̄ nō attingūt negotiuꝫ principale: qꝛ sup illis deponit nō iuratus put voluit Inno. in. c. fraternitatis de hereti. ⁊ Bal. in. l. si ex falsis. C. de trāsac. Et ex quo dict⁹ testis fuit adhibitus in testē p testatorē nō repelleret ratiōe talis affinitatis. p ea

19 que habētur in. l. j. ⁊ in. l. dictātib⁹. C. de testam̄. † Quod aūt fuerit p testōrē adhibit⁹ ꝓbat p alios testes hoc. n. cū nō respiciat volūtatē testōris: sꝫ merā solēnitatē pōt ꝓbari ⁊ plēa resultat ꝓbō p duos testes p ea que habent p glo. ⁊ doc. in. l. ij. C. de bono. pos. ſm tabu.

20 † Ex qbus omnibus sustentat dictū huius testis. Dictū aūt alterius testis pariter Ioānes nomine non dꝫ morderi ex eo: qꝛ primo dixerit ꝙ nō attinet alicui partiū. ⁊ scđo loco dixit nō attinet: nisi qꝛ habuit in vxorē sororē cōsobrinā dictorū Gentilini ⁊ Symonis.

21 †. Nam lꝫ dictio nisi: soleat affirmare qn̄ precedit oratio negatiua ⁊ ponere id qđ negat in p̄cedēti oratione negatiua: tn̄ nō semp ita operat put hec habent in. l. si eū. §. q iniuriarū. ff. si quis cau. ⁊ in. l. actione. C. de transac. in casu isto apparet ꝙ nō potuit respectu p̄-

22 sentis temporis: sed preteriti. † Nam affinitas videtur solui separatiōe matrimonij p mortē. l. cui eorū. §. affinitatis. ⁊ ibi tangit per doc. ff. de posthu. ⁊ can̄. infames. §. affinitate. iij. q. vij. ⁊ insti. de nup. §. socrū ibi dissoluta affinitate: lꝫ quo ad mr̄imoniū et reuera omnino non soluat. §. affinitates insti. de nup. ⁊ can̄. fraternitates xxxv. q. x. Testis aūt qui prio loco dixit ꝙ nō attinet: qꝛ reputauit separatā affinitatē extincta causa affinitatis put ⁊ considerat aliquo respectu iurislator cū hic non ageretur de materia nuptiaruꝫ adaptātur etiā alique ex rationibus supra adductis pro saluando

23 altero teste. † Insuper videtur ꝙ hoc casu sufficiant quinqꝫ testes cū rusticus ruri ⁊ extra castrū existēs morbo pestifero laborās testatus fuerit cū notissimū sit ꝙ his cōcurrētibus nō solēt reperiri multi testes ⁊ valde mirū est ꝙ his cōcurrētibus fuerint adhibiti tot testes: qꝛ videmus ꝙ quotidie occurrit ꝙ ciues in magnis ciuitatib⁹ nō possunt habere testes qn̄ laborāt tali morbo vt docet experientia rerū magistra. c. q̄ꝫ sit in princi. de elec. lib. vj. ⁊. c. statutū in prin.

24 eo. ti. ⁊ li. † Et id qđ frequēter solet esse p̄sumit vt sumit ex notatis p glo. ⁊ doc. in. l. nō hoc. C. vn̄ legi. argumētuꝫ. n. a cōiter accn̄tibus est cōcludēs ēt in materia ꝓbatiōis put voluit Bal. post gloss. in. l. neqꝫ natales. C. de ꝓbat. Ad qđ ꝓpositū possent multa induci que gr̄a breuitatis omitto. † Et suadet rō ꝙ ista negatiua ꝙ nō potue-

25 rint plures inueniri esset multū difficilis maxie tpe pestis: qm̄ ipse infirmus nō pōt ꝑquirere ⁊ si haberet vnū q ꝓ alijs quereret nō de facili inueniūtur plures q talē laborē vel curā assumāt ⁊ vni⁹ dictū nō releuat. l. iurisiurādi. C. de testi. cū mul. si. ⁊ ideo dispositio. d. l. fi. p raro deseruiret ꝙ nō est de mēte illius tex. ⁊ doct. Et ideo saltem hoc casu standū puto dicto bar. in. l. cōficiunt. in prin. ff. de iure codi. q voluit ꝙ nō sit necesse ꝓbare ꝙ plures inueniri nō potuerint Sꝫ q dicit ꝙ plures inueniri potuissent oneret onere ꝓbādi. Pro quo facit qꝛ. d. l. fi. ꝑmo p̄mitt it ꝙ rusticitati cōsultū est ⁊ in multis stricta. ll. obseruatio remissa est. Postea ꝓ rōne dispositiōis p̄mittit ꝙ hoīes rustici quodāmō tātā. l. subtilitatē custodire nequeūt. Ideo ex humanitate necessariū visum fuit eorū simplicitati subuenire. Propterea postea tradit regulā priuilegiādo rusticos ꝙ ruri vbi nō solet esse copia hoīum maxie tpe pestis tales sint ꝑuilegiati: vt nō teneant legū subtilitatē custodire in testamētis cōdendis. Et lꝫ faciat mentionē de cōsuetudine: tn̄ doc. cōiter volūt ꝙ nō sit necesse ꝓbatio cōsuetudinis: sꝫ illa p̄supponat p illā legē put ⁊ firmat bar. in. d. l. cōficiunt. Postea moderat ⁊ restringit in versic. ita tn̄ disponēdo ꝙ si inuēti sunt litterati ⁊c. Ubi vero non inueniunt plures quinqꝫ ad min⁹ adhibeant: nō ergo ꝑuilegiat si plures nō possunt inueniri. Sed ponit duos casus vnum quando plures inueniūt: aliū qn̄ plr̃es nō ineniūtur. Quid i dubio hoc ē si neutrū apparet tex. nō apit. iō vr̃ stādū ⁊ gn̄alitati rōnis q̄ i p̄fatiōe p̄mittet ⁊ ēt prie rl̃e q̄ simplr̃ ꝑuilegiat tales rusticos ⁊ nō limitationi quo spālr̃ moderat. Accedat ꝙ ꝓ rl̃a p̄sumit put tradit Bar. i. l. q̄tiēs ff. si qs cautio. Et pōderādū ꝙ tex. dicit inuēti sunt nō dicit inueniri potuerūt: ideo inherēdo ꝟbis satis vr̃ esse ꝙ ibi nō fuerint inuēti plures nō inuestigato alr̃ vtrū potuerit inueniri necne quasi p̄supposuerit iurislator ꝙ ex quo est loc⁹: vbi raro est copia hoīꝫ ⁊ plures nō fuerint inuēti nō p̄sumit de facili potuisse plures inueni-

26 ri. Et ideo forte nō est necessariū id allegare. † Lꝫ. n. p̄sumptio iur. q̊ causat ex facto ꝓprio nō releuet: nisi alleget. l. si adulteriū cū incestu. §. idē polliōi. ff. de adul. ⁊ ibi bar. Tn̄ qn̄ versat circa factū alienum non requiritur allegatio. l. omnes. §. lucius. ⁊ que ibi habent ff. de his q̄ in fraud. cre. prout dictam distictionem facit Bar. in. l. cū qd. ff. si cer. pe. Cautū tn̄ est id allegare ⁊ cauti⁹ fuisset allegasse in libello. Dato tn̄ ꝙ esset necessariū allegare: tn̄ interesse pōt testes examinari ⁊ publicari super ipā volūtate dato ꝙ nunc non appareat oīno solēnis ex his que deduco: qꝛ ꝙ sit solēnis poterit alias doceri per alios testes: scꝫ de qualitate loci: ⁊ vtrū verisimiliter potuerint plures inueniri. circa quā probationē possent forte plures inueniri

inueniri.et duo sufficerēt per regulam generalem.l.vbi numer⁹.ff. de testi.⁊.c.in oī extra eo.ti.⁊ q̄ habent̄ in.d.l.ij.de bo.pos.ſm tab.
27 †Itē cōiter teneri solet ꝙ ex min⁹ solēni voluntate oꝛit̄ obligatio naturalis prout habet̄ per gl.⁊ doc.in.l.j.ff. de condi.inde.ꝑ gl. in l.post diuisionē.⁊.C.de iur꞉ ⁊ fac. igno.⁊ in.l.cū quis.C. eo.tit. ⁊ eā
28 approbant ibi Jaco.bu.⁊ Bar.†⁊ idem vult Bald.ibi volēs ꝙ heres nō satisfaciēs tali naturali obligationi peccet ⁊ possit denūciari iudici ecclesiastico ꝙ ⁊ voluit Ang.in.l.qdam.§.illo.C.de seruis necessarijs hered. insti.ad idē ꝙ hr̄ in.c.nouit de iudi.⁊ ꝙ ꝑ Bart. in extraua.ad reprimēda in v̓bo ꝑ denūciationē.⁊ per Bal.in aut. ad hec.C.de vsu.Ex quib⁹ oībus deducit̄ ꝙ debent dicti testes censeri legitime examinati:⁊ eis ꝑpetuā fidē adhibendā tanq̄ testib⁹ rite ⁊ recte examinatis ⁊ publicatis vtrū autē adhibeat̄ fides tanq̄ ꝓbātes testm̄ solēne vel nō solēne vel tanq̄ ꝓbantes codicillū esset potius officiū iudicis postea de principali cā cognoscentis q̄ hui⁹ iudicis.Nec obstat ꝙ dicit̄ ꝙ testes nō cōcordant in verbis ⁊ vnus pl⁹ ⁊ ali⁹ min⁹ deponit.qꝛ vt dixi satis est ꝙ ꝯcordēt in effectu ⁊ allegās pro ꝑte petente seriosius id explicat ⁊ bene:ideo cū reputem
29 rem in hac ꝑte clarā:ideo nō insisto.† Non em̄ sunt calūnianda dicta testiū:sed iuuanda dicit Jmo.in.l.inter stipulantez.§. si stichū de ver.ob.⁊ qđ habetur in.c.cum tu.cū ꝯcoꝛ.de testib⁹. Laus deo

¶ Summarium super consilio.ccxcix.

1 ☞ Uniuersitas ex quib⁹ actibus gestis ab hoīb⁹ eiusdem dicat̄ possidere adeo ꝙ possit allegare prescriptionē.ꝑ totū ꝯsi.
2 Prescriptio.xxx.ānoꝝ vel.xl.possessione inducitur.
3 Prescribere ꝙ non possit malefidei possessoꝛ.
4 Prescriptio causata bonafide vtile querit dn̄ium.
5 Prescribere qn̄ dicatur cōitas pasturando bestias suas in nemore aut eodem nemore vtendo.nu.14.⁊.17.
6 Confines designati instr̄o publico qn̄ probent.nu.23.
7 Prescribere nō dr̄ cōitas lꝫ aliqui de cōitate mō possessionē continuent ⁊ modo alij ad priuatam vtilitatem.
8 Argumentum a solitis est optimum in iure.
9 Testis dictum dubiū interp̄tatur cōtra producentem.
10 Prescriptio alicuius rei ꝑ vniuersitatē quō fit ꝓbāda.
11 Cōitas siue vniuersitas est qd incoꝛpoꝛeū vt poti⁹ intellectu q̄ visu ꝑcipiat̄ vt nō possit puniri ꝓ delicto maioꝛis ꝑtis pulsata cāpana.
12 Excōicari nō pōt vniuersitas siue cōitas neqꝫ puniri pro delicto maioꝛis partis vniuersitatis siue cōitatis.
13 Consiliū cōitatis siue vniuersitatis vt valeat que requirantur.
15 Possessio nō queritur vniuersitati per singulares actus hominuz non habentium mandatum ab vniuersitate.
16 Testis indefinite loquens non concludit ad casum nō verisilēm.
18 Possessoꝛ iure familiaritatis nō dr̄ possidere noīe dn̄i.
19 Possessio non queritur per ratificationem.nu.22.
20 Ratificatio retrotrahitur ⁊ mandato comparatur.
21 Fictionis natura ꝙ duo extrema requirat.
24 Princeps vel dn̄s tp̄alis qn̄ potest rem concedere alteri in preiudicium domini particularis.
25 Beneplacitum expirat per voluntariam alienationem.
26 Dn̄i parui quos inferioꝛes dicim⁹ hn̄t in suis terris iura p̄ncipū.
27 Reges hn̄t oīmodā potestatem ⁊ oīa suo arbitrio regunt.
28 Donatio facta ꝯcubine ꝑ p̄ncipē valet.idē ꝑ fisci ꝓcuratoꝛē.n.30.
29 Gubernatoꝛes siue vicarij ꝑpetui a principe delegati habent iura principis in terris in quibus delegantur.
31 Dn̄i qui habent iura fiscalia in terris suis censentur procuratoꝛes fisci in rem suam.
32 Fiscalia iura ꝑ quos dari possint.

¶ Consilium.ccxcix.

In nomine dn̄i nostri iesu

1 xp̄i.† ¶ Uiso rescripto illu.dn̄i Julij cesaris de varano pro ꝑte ser Joānis omissis his que non respiciunt merita ⁊ deueniēdo ad merita cāe.Lꝫ videatur p̄ma facie dicendū ꝙ dicta vniuersitas foueat iustitiā ea rōne: qꝛ ꝑ ipi⁹ ꝑte vr̄ ꝓbatū ꝙ hoīes ipi⁹ vniuersitatis possiderūt petiū terre de q̄
2 agit̄ ꝑ annos xl. ⁊ vltra ex hoc vr̄ ꝓbatū vtile dn̄iū.† Nā ꝑ annos. xxx.īducit̄ rl̄ariter p̄scriptio lōgissimi tp̄is.l.sic̄.C. de p̄scri.xxx.vl̄ xl.ānis.Et si qbusdā casib⁹ nō sufficiūt.xxx.saltē īducit ex posses-
3 siōe.xl.ānoꝝ.l.oēs.⁊.l.cū notissimi.eo.ti.†Et ex tali prescriptiōe si cū malafide queritur exceptio de iure ciuili dictis iurib⁹.⁊.l.si quis emptionis.eo.ti.Licet de iure cañ.sec⁹.c.possessoꝛ malefidei de reg.iur.lib.vj.⁊.c.qm̄ oē de prescri.in antiqs.⁊ in hoc stat̄ iuri cañ. qm̄ respicit aīam ꝓut hr̄ in dictis iuribus:⁊ ꝙ ꝑ gl.in.c.ij.de arbit. lib.vj.⁊ ꝑ doc.in.c.j.de no.ope.nun.ac etiā qꝛ sumus in terris ecclesie in quibus seruat̄ ius cañ.prout habet̄ in.d.c.j.⁊.d.c.ij. ⁊ ꝑ Bar.
4 ⁊ Bal.in.l.placet.⁊.l.priuilegia.C.de sac.san.eccle.†Si vero causatur talis p̄scriptio cū bonafide querit̄ vtile dn̄iū etiā citra oēm titulū.d.l.si si qs emptiōis:⁊ hr̄ in aut̄.nisi tricēnalis.C.de bonis mat. nec in hoc discrepat ius canonicū a iure ciuili:sed solū qn̄ possessoꝛ esset malefidei.bona aūt fides vr̄ ꝙ de iure p̄sumatur vt no.gl.in.l. pe.C.de euic.p̄sertiꝫ si ꝓbat̄ possessio lōgissimi tp̄is:ꝓut vr̄ voluisse Bar.in.l.fi.C.vnde vi.ar.illius tex.⁊ glo.d.Anto.⁊ Panoꝛ.in.c.si diligenti extra de p̄scrip.⁊ Jmo.in.c.ij.de in integ.resti.vbi Jnno dicit ꝙ ꝑ possessionē longi tp̄is p̄sumitur bona fides.Cum itaqꝫ ꝑ parte dicte vniuersitatis probet̄ ꝑ Georgiū primū testē:⁊ per Angelū scdm testē ꝙ dicta terra de qua agitur fuit possessa cōtinue a qnquaginta annis citra ⁊ per ip̄m tēpus in quo tp̄e sunt ꝯcordes: licet Angel⁹ deponat de pluribus ānis:⁊ sic ꝑ eos probat̄ possessio cōtinua nedū triginta vel quadraginta annoꝝ:sꝫ lōge maioꝛ:⁊ iuuetur eoꝝ probatio dictis alioꝝ testiū maxime venātij sexti testis deponētis qđ dicti hoīes possiderūt dictā petiā terre ꝑ spaciū qnquagita annoꝝ vel circa:lꝫ non dicat de qb⁹ annis ⁊ alij testes adminiculātur:licet nō apte ⁊ cōcludēter deponāt nō accurate foꝛte examinati.sufficiūt aūt duo testes.l.vbi numerus de testi.⁊.c. in oī cū silībus extra eo.titu.cū silībus.Sufficiēter videtur probata bona fides ⁊ prescriptio longissimi tp̄is dicte vniuersitatis:⁊ ꝯn̄r vti-
5 le dn̄iū.† Probato em̄ ꝙ hoīes vniuersitatis possederint pasturādo cū eoꝝ aīalibus ⁊ ligna ex nemoꝛe incidēdo ⁊ alia faciendo q̄ faciunt veri dn̄i de eoꝝ rebus ꝓprijs videtur ꝓbatum ꝙ vniuersitas possederit prout vr̄ velle Bald.ff.ꝙ cuiusqꝫ vniuersitatis noīe.l.sicut.§.si qd vniuersitati.ꝙ ⁊ videtur sentire ibi glo.dū loquit̄ de vsu nemoꝛis ꝑ bestias hoīm ville sentiens ꝙ vniuersitas ville cēseatur possidere nemus si hoīes ville vtuntur dicto nemoꝛe cū eoꝝ bestijs nihil aliud vr̄ esse vniuersitas q̄ hoīes de vniuersitate prout dicit gl.in.d.§.si quid vniuersitati.⁊ Bal.ibi ex illa glo.notat ꝙ vbi sunt oēs de vniuersitate ibi cēsetur esse vniuersitas:lꝫ non sint ibi de mādato superioꝛis vel pulsata cāpana:⁊ dicti testes deponunt ꝙ homines dicte vniuersitatis:⁊ sic loquūtur ꝑ indefinitā q̄ indefinita eqpollere solet vlī.l.si pluribus de leg.ij.⁊.l.si seruit⁹ de serui.vrba.
6 p̄dio.†Coadiuuari videntur iura dicte vniuersitatis ex instr̄o in actis producto in quo apparet ꝙ dicta terra est sub ꝯfinibus dicte vniuersitats castri plebis ⁊ ꝙ in anno.Mcccclxv.Pro parte dicte vniuersitatis fuit supplicatum ꝙ attento ꝙ ꝑ dictā vniuersitatez cōsuetum fuerat ꝑ tp̄s cuius cōtrarij non extat memoꝛia cōmunale ⁊ sꝑduto si tū imꝑtinētijs dicti castri vsufructatū fuerat imꝑtinētijs dicti castri sine aliq̄ impedimēto:⁊ ꝙ tūc tp̄is fiebat impedimētū per nōnullos hoīes p̄tēdētes hr̄e licentiā a syndico cōis Camerini vel a factoꝛe magnifici dn̄i cui supplicabatur ꝯcedatur ꝙ in futurum nullus impediat sine licentia vniuersitatis dicti castri.Et ꝑ dn̄ium fuerit rescriptū ꝙ nullus se intromittat ꝓut nec in preteritum se intromiserunt ⁊ deinde continētur nōnulla capitula.Tandem seqtur signatura hmōi cōtinentie:videlꝫ cōsideratis supradictis:⁊ etiam viso quodam rescripto supra dictis narratis iam concesso cōfirmamus oīa suprascripta prout petūtur ⁊ narrātur prout ad nostrū bn̄placitū valitura.datū Camerini.Mcccclvij.die.ij.mēsis septembꝛis:⁊ sic possessio dicte vniuersitatis videtur iustificata ex concessione superioꝛis ⁊ prestatur coniectura qđ multo lōgioꝛi tempoꝛe fuerit possessa per dictam vniuersitatem dicta petia terre quam probetur ꝑ dictos testes.
7 ¶ † His tñ obstātibus ꝯtrariā ꝑtem arbitroꝛ iuri magis ꝯsentaneā ea rōne:qꝛ nō video esse ꝓbatum ꝙ dicta vniuersitas vnq̄ possederit dictā petiam terre de qua agitur.Nā lꝫ multi testes deponāt sup̄ dicta possessione:tñ nulluz reperio q deponat de aliquo actu facto sup̄ dicta possessione ꝑ habentē mandatū per vniuersitatē vel gesto vniuersaliter ab ip̄a vniuersitate.Cōstat enim ꝙ aliud est vniuersitas aliud singuli de vniuersitate.l.in tantū.§.vniuersitatis.ff.de re.diui.⁊.l. sed si hac.§. q manumittit̄.ff.si quis in ius vocan.⁊.d.§.si qd vniuersitati. Adeo qđ oēs de vniuersitate aliqd faciunt vel saltē si nō oēs due partes vniuersitatis si id faciūt vniuersitate nō solēniter congregata ⁊ nō cōicato cōsilio nō cēsetur actus gestus a cōitate ꝓut volunt Bar. Ange.⁊ Pau.de cast.in.d.§.si quid vniuersitati Bart.in.l.aut facta.§.fi.ff.de pe.Ad hoc em̄ vt actus gesti afficiant vniuersitatem: ⁊ sic cēseant̄ gesti ab ipsa vniuersitate requirit̄ ꝙ ip̄a vniuersitas sit solēniter cōgregata ⁊ ipsi actus gerant̄ cōicato ꝯsilio ⁊ deliberatione habita vt ꝑ p̄fatos docto.in dictis iurib⁹.⁊ hr̄ in.l.metū.§. aīaduertendū.ff.ꝙ metus cā.⁊ ꝑ glo.in.l.aliud.§.refert̄.ff.de reg. iur.⁊ ꝑ glo.in.l.sꝫ ex dolo.§.j.ff.de dolo.⁊ optime facit ꝙ no.glo.C. que sit lō.cōsuetu.super rubꝛi.⁊ per Bar.in.l.oēs ꝓꝑl̄i.circa p̄ncipiuz. ff.de iusti.⁊ iur.Licet igit̄ ꝓbet̄ ꝙ hoīes dicti castri possiderunt dictā petiā terre pascēdo ibi eoꝝ aīalia ⁊ incidendo ligna ⁊ asportando ⁊ macerādo linū seu canepā:⁊ alia faciēdo ⁊c.Nō tñ probant qđ predicta vniuersaliter ꝯgregati facerent nec est vllo pacto id verisilē:qꝛ tales actus specificati sunt ei⁹ ꝯditionis ꝙ nō solent fieri ab vniuersitate solēniter ꝯgregata:sꝫ ab hoībus ꝑticularibus ⁊ cōiter
8 ad predictā vtilitatē.† Et argumentū a solitis est optimū in iure: vt per glo.in.l.j.C.de arbi.⁊ ꝑ glo.⁊ Bal.in.l.neqꝫ natales.C.de ꝓba.⁊.l.nō hoc.⁊ ibi etiā per doc.C.vn̄ legi.Ad idē.l.fi.C. de fideius. in fi.cū simi.
9 † Et maxime ad finē.vt ꝓbatio nō releuet ꝓbātem: cū probatio debeat necessario cōcludere adeo ꝙ dubia ꝓbatio nō releuat:sed interp̄tat̄ cōtra ꝓbantē in capitulo in p̄n̄tia.extra de proba.⁊.d.l.nō hoc.⁊.l.certū in prin.ff.de cōfes.iō dictum testis dubiū interpretatur contra producentem:vt habetur in iuribus preallegatis.⁊ in.l.inter stipulantē.§.si stichum.ff.de verboꝝ obligatio.

Et ideo cum pluralis locutio verificetur in duobus.l. inter illam.
10 §.fi.ff.de verbo.signi.ꝛ in regula pluralis locutio in.vj.†testes deponentes ꝙ homines dicte vniuersitatis possiderunt dictã petiã terre: nõ concludunt ꝙ vniuersitas possederit seu ꝙ omnes vel maior pars hominum possederint nec iura ꝓbãtia ꝙ indefinita equipollet vniuersali loquuntur in verbis testiũ aut in alio genere probationis nec ad p̃dicta trahunẽ per supra proxime dicta. Et maxime predicta iuuanẽ: qꝛ nullus testis deponit ꝙ dicti homines possiderint dictã petiã terre nomine vniuersitatis vel tanꝙ rẽ vniuersitatis: sed potius innuunt contrarium deponẽdo ꝙ alia faciebãt prout solent facere domini in eorum rebus ꝓprijs. Non autem dicunt prout solent facere homines in rebus vniuersitatis. Ipsi aũt
11 testes videbant homines particulares ꝛ actus eorundẽ.† Non autem videbant vniuersitatem que est res incorporea ꝛ potius intellectu percipitur ꝙ̃ visu. Et maxime qꝛ non est expeditum ꝙ si oẽs de vniuersitate essent coadunati in eodez loco nullo absente dicaẽ ibi esse vniuersitas. Nam aliud sunt homines vniuersitatis aliud vniuersitas.ꝛ patet qꝛ homines vniuersitatis possunt oẽs excõica
12 ri vt est notissimum: qꝛ animas habent:† ꝛ tamen ipsa vniuersitas nequit excommunicari: qꝛ anima caret vt est expressum in.c.romana.§.vniuersitate de sententia excõica.lib.vj.ꝛ ꝙ hoc aliud sit vniuersitas ꝛ aliud homines vniuersitatis: vt alia rõne ꝓbat Bart.in d.l.aut facta alia rõne vt ibi per eum. Ideo vt istud corpus inanimatum censeatur aliquid gerere requiritur qđ gerat cõmunicato consi. prout supra dictum est.ꝛ videtur velle Joan.and.in.c.felicis §.ciuitas.de pe.li.vj.quatenus vult ꝙ adhoc vt populus obligeẽ requiritur ꝙ populus ad sonum cãpane cõgregetur ꝛ requiritur ꝙ sint due partes populi ꝛ maior pars consentiat.ꝛ sic idem simul sentiant iuxta.l.j.ff.de pac.ꝛ non quilibet super proprio motu faciat. Et lꝫ glo.in.d.§.si quid vniuersitati de hoc dubitauerit et reliquerit indecisum ꝛ inclinare videatur in contrariam partem quã vltimo loco recitat.arg.l.is qui filium.ff.ad trebel.tamẽ magis stãdum est auctoritati glo.in.d.§.refertur que eligit alteram partem ꝛ maxime qꝛ vltima allegatio in.d.§.si quid vniuersitati fundatur non bona ratione dicendo ꝙ vniuersitas nihil aliud est ꝙ̃ homies de vniuersitate: qꝛ immo aliud est.vt patet ex iã dictis. Et per predicta alꝭ consului in marchia apud montem sanctum ꝙ licet priores et homines dicte vniuersitatis tumultuose ex consilio exeũtes de palatio tumultuose ꝛ pulsata campana deliquerint nõ propter ea potuerit puniri vniuersitas dicti castri: subdidi tamẽ posse dici pro aliquali concordia per ea que dicunt glo.ꝛ Bal.in.d.§. si quid
13 vniuersitati.et eorum que dicunt alij incõtrariũ adducti.† Quod aut oẽs simul conueniũt: lꝫ oẽs non solẽniter simul conuocati: sed quilibet suo motu accessit ad eũ locũ si oẽs aliquid faciunt illud cẽseatur gestũ ꝑ cõitatẽ: ꝛ hoc casu ꝓcedat glo.in vltima allegatione d.§. si quid vniuersitati qui loquitur ꝑ vniuersalẽ qlibet de vniuersitate ꝛ Bal.ibi quatenus ex illa glo.notat ꝙ vbi sunt oẽs de vniuersitate ibi censeẽ esse vniuersitas: lꝫ nõ sint ibi de mãdato supioris vel pulsata cãpana: ꝛ sic loqtur ꝑ vꝫem oẽs quasi sec⁹ velint gl. ꝛ Bal.si nõ sint oẽs quãuis sint forte due partes vel plures hoĩm de vniuersitate iuxta illud vulgatũ qui oẽ dicit nihil excludit.c.solite in fi.de maioritate ꝛ obe.cũ ꝯcor.ꝛ ita specifice ꝛ formaliter specificat bar.in.l.obseruare.C.de decuri.lib.x.dicẽs.ꝙ si oẽs de collegio vel de vniuersitate nõ solẽniter cõgregati sunt presentes valet cõsiliũ: ꝛ sic in tali ꝯsi.seu vniuersitate eã vim hñt ꝙ̃ habuissent si cõsiliũ fuisset solẽniter congregatum secus autẽ si aliqui sunt absentes: nã tunc non valet cõsilium: nam si illi absentes fuissent vocati forte venissent ꝛ traxissent presentes in eoꝝ sententiam.arg.l.sicut
14 ff.de arbi.ẜm eum.† Et magis in ꝓprijs terminis alꝭ cõsului contra quãdam vniuersitatẽ castri colbulbuli: ꝙ licet pro pte vniuersitis deponerẽt ꝙ singulares hoĩes dicti castri fruerentur dicta petia terre pascẽdo ibi eoꝝ aĩalia ꝛ incidẽdo ligna ꝛ asportãdo nõ ꝓpterea ꝓbareẽ aliquis actus vniuersalis ꝑ quẽ possit deꝑhendi q̃sitã possessionẽ vniuersitati ꝛ ꝓpterea nõ videreẽ sufficienter ꝓbata possessio vniuersitatis: lꝫ testes deponerẽt: ꝙ p̃dicta faciebãt tãꝙ̃ in re p̃dicte vniuersitatis. Licet eñ facerẽt tãꝙ̃ in re vniuersitatis: ꝛ ꝓpterea facere cẽserenẽ tanꝙ̃ noĩe vniuersitatis: tñ nõ habebant mãdatũ ab vniuersitate nec vt vniuersi faciebant nõ poterant ex illis actibus q̃rere possessionẽ vniuersitati.argu.l.j.§.municipes ibi qꝛ vniuersi cõsentire nõ pñt.ff.de acqui.pos.ꝛ.l.si ego.ff.de neg.ge. ꝛ facit.d.l.j.§.per ꝓcuratorẽ.ꝛ lꝫ eñ subdaẽ in.l.ij.eo.tit.ꝙ vniuersitas querat possessionẽ ꝑ seruũ: ꝛ ꝑ liberã personã habentẽ mandatũ: ꝛ sic ꝑ actorẽ vniuersitatis.l.municipio.ff.vt in possessione legatoꝝ.ꝛ sentit glo.in.d.l.ij.dũ allegat.d.l.municipio.qꝛ dicta glosarũ ꝛ doctoꝝ intelligunẽ ẜm.ll.quas allegãt no.Bar.in.l.nõ solũ.§.liberatiõis verba de liberatione lega.ꝛ in.l.cũ quidã.ff.de his qbus vt indig.ꝛ pro hoc etiã facit.l.ita tñ in princi.ff.ad treb.ꝛ.l.j.§.gb⁹ ff.ꝙ cuiusꝗ vniuersitatis nomie: ꝛ q̃ hñr in dictis iurib⁹ nec in vniuersitate reperiẽ ista specialitas ꝙ q̃rat possessionẽ aut dñium cuz regulariter secus sit.ꝛ.d.§.ꝑ ꝓcuratorẽ.ꝛ.l.possessio.§. si possessio. eo.ti.ꝛ insti.per quas ꝑsonas nob.acqui.§.ex his itaꝗ.vbi tex.gñaliter hoc ꝓbat ꝙ ꝑ liberã ꝑsonã nõ q̃ritur alteri possessio vel dñiũ: nisi in casibus ibi supra expressis ꝛ nisi per ꝓcuratorẽ: ꝛ sic per habentem aliquod mandatũ ꝛ sub dicta gñalitate cõprehendi potest etiam vniuersitas ꝛ collegiũ in quibus est eadẽ ratio: ergo idẽ ius.l.a titio.ff.de verbo.ob.ꝛ.l.illud.ff.ad.l.aquili. cum similibus.
5 venditionis venditor tenetur de euictione: †et ne in obligationem euictionis incidat tenetur subire defensionem. l. prima. C. de pericu. et commo. rei vend. et ibi per doctores. et. l. si parentes. C. de euictio. et. l. qui absentem. de procurato. et. l. venditor. ff. de iudi. Jdeo dicta promissio de defendendo ꝛc. in dubio intelligatur de defensione ad quam solent teneri venditores quatenus verba contractus patiuntur: immo plerunqꝫ dicta ratione verbis non leuis fit violentia: vt patet in dicta lege si vno. §. primo. vbi verbum dono ponitur pro non liberali: sed debita remissione. et in dicta lege si stipulatus. vbi verbum dari ponitur pro tra-

6 di. †Jtem premittendum est quod simplices et indefinite promissiones interpretantur rebus sic se habentibus: et non vendicant sibi locum noua causa superueniente. l. continuus. §. cū quis. de verb.

de verb.obli.⁊.xxij.q.ij.ne quis.⁊.l.cū quis.de solu.⁊.l. qđ seruius.
cum sua glo.de condi.ob causam.⁊.c.quēadmodum.de iureiuran.
Et maxime non militant quādo noua causa superuenit culpa ⁊ cā
aduersarij.arg.l.aristoni.iuncta glo.ff.mand.⁊.l.opus qđ in aduer
sione.ff.locati.Ad propositū applicando dictus Marianus em-
ptor ex natura contractus molestatus ab illis exactoribus cōis su
per dictis rebus debebat cōparere ⁊ suscipere defensionē:⁊ si nō cō
7 paret sibi imputet.†Nam licet venditor requisitus teneat defen-
dere emptorem:tamen etiam emptor tenetur se defendere: adeo
ꝙ si emptor non se defendit ⁊ in absentem fertur sententia ipse vē-
ditor non tenetur:licet nec ipse defendisset.vt est tex.in.d.l.j.in fi.
C.de pericu.⁊ cōmo.rei vend.⁊.l.si ideo.ff.de euic.⁊.l. emptor fun-
di.C.e.tit.Et ideo lz vterq3 fuerit in culpa:tñ preponderat in hac
parte culpa emptoris:prout dicit Bal.i.d.l.j.vel si culpa est equa-
lis non pōt emptor illam impingere vēditori.arg.l.viro.ff.so. ma.
8 et.l.in arena.C.de inoffi.testa.⁊ in regula in pari.in.vj.†vel ratio:
quia tenet venditor de euictione que causat ex defectu iuris ipsius
venditoris vel facto eiusdē:nō de illa q̄ prouenit ex alia cā: puta si
ꝑ imprudentiam vel iniuriā iudicis res vendita euincatur.l.si ꝑ im
prudentiā.ff.de euic.⁊.d.l.emptor fundi.⁊.l.si non iniuria.C.eo.ti.
Cū itaq3 in casu nostro dictus Marianꝰ nūq̄ cōparuerit neq3 ali-
quam susceperit defensionē vr̄ ꝙ sit ei imputandū magis q̄ heredi
bus dicti Francisci.arg.d.l.si ideo.cū concor.s̄.adductis.Et maxi-
me qr ipse poterat se varijs vijs defendere ⁊ euitare dictam incor-
porationem.primo qr dicta incorporatio fuit facta tāq̄ de bonis
domine Cassandre:cum reuera nō essent bona Cassandre: sz ipsiꝰ
Mariani: et sic poterat ostendere erroneam causam dicte incorpo
rationis:et si replicatum fuisset ꝙ dicta bona posita apparebant
in libra seu allibramēto Cassandre:⁊ i quēcūq3 trāsiuerint trāsibāt
cum illo onere.Et licebat officialibus propria auctoritate illa bo-
na apprehendere ⁊ alienare:vt prouidet sup hoc aperte lex muni-
cipalis descripta in themate:poterat duplicari ꝙ tunc non debe-
bant apprehendi tanq̄ bona insolidum obnoxia pro toto datio li
bre dicte Cassandre:sed pro rata bonoꝝ allibramenti ipsius cassan
dre:prout expresse subditur in fine eiusdem legis municipalis ibi
pro rata bonorū:q̄ verba in fine posita referunt ad oīa precedētia.
l.talis scriptura.de leg.j.⁊.c.scđo regris.⁊.c.inquisitioni.de appel.
cū cōcor.⁊ sic hypothecata cēsentur dicta bona ꝓ rata datij:et sil'r
facultas apprehēdendi ⁊ possidendi ⁊ vendendi censetur concessa
non simpl'r:sed pro rata bonorum. Cū itaq3 secus factum fuerit:
quia al'r incorporata fuerint ⁊ vendita q̄ debuerint:qr incorpora
ta ⁊ vendita tanq̄ bona dicte Cassandre ⁊ ꝓ toto datio dñe Cassan
dre:cum presupponatur ꝙ dicta Cassandra habuerat plura alia
bona maioris estimationis:⁊ pro toto allibramēto onus istud fuit
impositum:⁊ ꝓ toto onere isto fuerunt dicta bona vt bona domi-
ne Cassandre incorporata:cū deberent incorporari tāq̄ bona di-
cti Mariani q̄ ipsius erant ⁊ nō dñe Cassandre:⁊ pro rata datij ad
ipsa bona spectante non pro solido datio:⁊ in absentia dicti Ma-
riani non se defendentis:prout se tueri poterat ex pluribus cessat
euictio.Primo qr ꝑ imprudentiam seu ignoratiam officialiū seu
eorūdem iniuriam euictio emanauit:quo casu venditor non tene-
tur.d.l.si per imprudentiā.⁊.d.l.emptor fundi. Scđo quia in cōtu
maciam ipsius emptoris: ꝓpter qđ etiā cessat regressus aduersus
venditorem per.d.l.si ideo.⁊.d.l.emptor.⁊.d.l.j.de peri.⁊ cōmo.rei
ven.Et maxime hoc esset dicendum si dictus marianus solum no-
tificauerit dictis emptoribus incorporationē per officiales factaz
de dictis bonis ⁊ non notificauerunt venditionē factam per dictū
Carolum ⁊ obligationem factam per dictū Franciscum eoꝝ aucto
rem:nam si predicta omnia eis notificata non fuerint non erat qd
eis imputari deberet qm̄ ipsi tanq̄ heredes erant iniusta presum-
pta ignorantia.l.qui in alterius.ff.de reg.iur.⁊.c.cū quis in ius.et
c.presumitur.eo.ti.lib.vj.Et esset quid imputandum dicto maria
no quare predicta omnia non notificauerit: qr presupponere de-
beret ꝙ illi verisimiliter essent ignari ꝙ tenerētur subire defensio-
9 nem.†Item non sufficit venditori notificare emptori litem motā
sed debet requirere ꝙ defendat prout voluit Jo.an.in addi.Spe.
in tit.de emptio.⁊ ven.§.si.per.d.l.si parentes.C.de euictio.et.d.l.
venditor.de iudi.qđ ⁊ volunt Bar.⁊ Ange.⁊ Raph.fulg.in.d.l.j.
de pericu.⁊ cōmo.rei vendi.per tex.ibi.ad qđ etiā.d.l.qui absentē.
licet Bal.aliter loquatur in.d.l.j.non tamen in hoc facio magnū
fundamentum:qm̄ nō apparet in themate forma notificationis.
Et quia plerūq3 permittitur per pactū onus notificandi et requi-
rendi:sed placuit hoc deducere vt patronus cause et ius dicēs ani
maduerteret quibus series facti plenius innotuit.Insuper dicta
apprehensio seu incorporatio de re alienata fieri potest lege muni
cipali permittente ea ratione:qr ipsa onera datij intelligūtur in-
dicta ipsis bonis pro rata ipsorū bonorū:⁊ ipsa bona ꝓ rata bono
rū permittuntur apprehendi ⁊ alienari ꝓ satisfactione dictoꝝ one
rū pro rata:referendo ꝟba illa pro rata onerum ad omnia precedē
tia vt fieri dz ꝑ iura vulgaria.s̄.adducta: ⁊ sic onera censentur indi
cta dictis bonis pro rata bonorum:⁊ hypothecata censentur ꝓ di
10 ctis oneribus indictis pro rata bonoꝝ ipsis bonis.†Et permittit
apprehensio et alienatio dictorum bonorū pro satisfactione one-
rum pro rata bonoruz. a contrario non permittitur dictis officia
libus ꝙ apprehendant vel vendant pro onere totius datij: sed ꝙ
vendant pro satisfactione dicti oneris pro rata bonorum: si secus
factum fuit processit extra formam et potestatem a statuto tradi-
tam:ergo nulliter fuit facta venditio.arg.c.cum dilecta.de rescrip.
c.cum olim.de offi.deleg.Constat enim ꝙ dicti officiales nullā ha-
bent potestatem propria auctoritate apprehendendi possessionē
alienam ⁊ illam vendendi:nisi quatenus per legem municipalem
eis tribuitur:ideo si excedunt terminos legis municipalis excedūt
metas sue potestatis:ideo non valent tanq̄ gesta a carente in pre
dictis iurisditione et facultate faciendi:et per consequens non cē-
11 seatur res euicta:†quia ꝙ nulliter factum est non censetur factum
nec venditio vel alienatio dicitur.l.iiij.§.condēnatum.de re iudi.
clemē.pastoralis.eo.titu.et sic dominium dictorum bonorū adhuc
est apud dictum Marianum:ideo non censeatur euicta:et per cō-
12 sequens non agat de euictione dictus Marianus: †qđ ⁊ videtur
dicendum ex alio:quia bona alienata sunt obligata pro oneribus
datiorum iniunctis alienanti: quia censentur indicta ipsis bonis
pro rata bonorum:sz si fuissent indicta bonis cum indicta fuerint
tempore quo erant dicti Mariani:ideo onus istud ascribendū est
Mariano non domine Cassandre vel eius successoribus:qr omne
commodum ⁊ incommodum rei vendite post venditionem cōtin-
gens pertinet ad emptorem.l.j.et per totum.ff.et.C.de pericu. et
13 como.rei ven.†Et in specie onera soluendorum tributorum ⁊ col
lectarum spectant ad emptorem qui percipit fructus:vt no.Bar.
in.l.his verbis.§.idem testator.de leg.iij.et.l.quero.de vsufru.leg.
est enim onus possessoris.l.fi.C.si propter pub.pen.⁊ ant.ibi posi-
ta ⁊ habetur in.l.imperatores.ff.de publi.et si vēditor soluit:vt qr
retineat in suo estimo pōt repetere ab emptore.dicit Bald.in.l.ij.
C.pro socio.⁊ in.l.ea conditione.C.de rescin.vendi.Pau. de ca.in
d.l.imperatores.Sunt enim onera que imponuntur pro fructibꝰ:
dicit Pau.de cast.in.l.apud iulianum.§.heres.ff.de leg.j.Et ideo
licet res allibrata sit in estimo venditoris: tamen emptor qui possi
det soluere debet collectam pro ipsa re.vt est tex.in.d.l.fina.C.sine
cen.vel reli.prout et ibi dicunt Bal.et Ange.et Bald.in.l.j.ff. qđ
cuiusq3 vni.no.Cum igitur de iure communi onera que indicun-
tur pro bonis vel ipsis bonis solui deberent ab ipso emptore qui
possidet et non a venditore.⁊ lex municipalis disponat ꝙ ipsa one
ra intelliguntur indicta ipsis bonis:et tāq̄ pro datio indicto ipsis
bonis obligantur ipsa bona et capiuntur per officiales et vendun
tur:ergo censita censentur pro onere spectante ad dictum empto-
rem:tum attenta dispositione iuris communis: tum etiam consi-
deratione dicta dispositione municipali.Et si dicatur immo de iu
re municipali non tenetur possessor:sed is pro cuius allibramen-
to est impositum datium vt videtur probari per legem municipa-
lem sub rubrica de rebus alienatis:qua disponitur qđ possessor nō
cogatur soluere datium:sed auctor cuius allibramenti occasione
datium petitur.responderi potest ꝙ licet fiscus cogere debeat exi-
gere datium ab eo cuius libre datium imponit et non a possesso-
re nisi in subsidium:tamen non tollatur propterea ius commune
quin ipse emptor soluere debeat:et si auctor soluit repetat a posses
sore vt sic minus recedatur a iure communi:prout decet.c.cum di-
lectus.de consuetu.et qđ habetur in.l. precipimus. de appella. et
in.l.ius singulare.l.qđ vero contra.ff.de legi.vel dicamus qđ quan
do auctor non est soluendo:tunc ex quo cogi potest ex forma dicte
legis municipalis sub rubrica de reb.alie.nec tunc habeat regres-
sum aduersus auctorem ex quo de iure communi regressum non
haberet si soluisset:nec statutum super hoc quicq̄ disponit: et sic
ꝙ non mutatur quare stare prohibetur.l.sancimus.C. de test.⁊.d.
14 l.precipimus.et.c.cum expediat.de electio.lib.vj.†Et attēto etiā
qđ pro rebus obligatis per alium q̄ per debitorem possessis non
potest agi nisi principali debitore non existente soluendo.in aut.
hoc si debitor.C.de pigno.et attento qđ non dicitur debitor qui
inuitus exigi non potest.l.debitor.de verborum significatio.et.l.
fideiussor obligari.§.si rei usso.de fideiusso.et etiam considerato ꝙ
statutum illud dicit qđ possessor non cogitur soluere auctore exi-
stente soluendo non possint vendi neq3 capi bona alienata pro da
tio imposito occasione allibramenti auctoris:nisi ille auctor esset
non soluendo:nam si eius bona alienarentur in consequentiam
quādam ipse censeretur soluere:ex quo solutio fieret de precio rei
sue:vel ne alienarentur soluere cogeretur:esset enim coactio et ne-
cessitas causatiua vt alias in.l.fina.de separa.bon.et sic vt dicta sta
tuta inuicem accommodentur et minus recedatur a iure commu-
ni satis posset probabiliter interpretari et restringi dictum vlti-
mum statutum loquens de incorporatione et alienatione bono-
rum etiam alienatorum.Non enim inconuenit qđ vna lex munici-
palis simpliciter ⁊ absolute loquens distinguatur et restringatur
per ius commune vel per aliam legem municipalem anteriorem
vel posteriorem.l.si serui vestri.C.de noxa.et.l.non est nouum.⁊.l.
nam et posteriores.ff.de.ll.et.c.cum dilectus.de consuetu. Et ꝰm
hoc debebat constare debitorem: et sic dictos auctores non esse

soluendo si fuisset oppositum: et si dictus Marianus nō opposuit sibi imputet: audio tñ ꝙ reuera auctores nō sunt soluendo: et tunc ipse marianus debebat soluere cū ad id astringi poterat ex forma statuti ⁊ de iure cōi ꝓ supradicta: si non soluit capiunt bona ꝓ suo debito nouiter.s.post vēditionē causato. Ideo venditor nō teneat et multominus heredes Francisci qui pro dicto venditore inter- 15 cessit: † cū non teneatur qñ euincitur ex noua cā.arg.d.l.cōtinuus. §.illud.cum si.s.adductis: ⁊ maxime cum concernente culpa ipsius emptoris.argu.l.si merces.§.culpe.ff.locati.⁊.d.l.emptor fundi.et concor.s.adductis.⁊ arg.l.si dictum.§.si cōpromisero.de euic. Nec est par culpa si existens non soluendo cessat soluere: prout si cessat qui soluendo est: vt de se est notissimum. Et dato ꝙ esset par culpa non imputatur reo.arg.regule in pari.in.vj.cum si. Ex quibus oībus simul consideratis puto concludendum ꝙ dictus Marianus non habeat regressum aduersus dictos heredes dicti Frācisci. Nō obstantibus adductis in contrariū que apparent sublata ꝓ adducta.s.pro hac parte. Laus deo.

Summarium super consilio.cccxxvj

1 Aqua que erat cōis inter fratres cum quadam valcheria in eadem existēte si per dictos fratres diuidatur vna cum certis alijs possessionibus ibi existentibus: cum hoc ꝙ dicta aqua sit cōmunis tamen ille qui in sua parte aque habebat valcheriam debet dare alteri qui non habet valcheriam certos florenos: et quilibet aquā in sua parte tenetur manutenere: ꝙ ille qui in parte sua nō habuit valcheriaʒ possit nouā valcheriā edificare in parte sua dicte aque.
2 Pactum nudum stipulatione vestitum producit actionem.
3 Argumentum a contrario sensu in contractibus militat.
4 Sequentia declarantur ex precedentibus.
5 Plurale qñqʒ pro singulari ponitur.
6 Communi re vti non potest ad vsum non destinatum.
7 Prohibentis melior est conditio: et socius potest socio prohibere ne quid innouet in re communi.nu.18.
8 Mens in contractibus et vltimis voluntatibus obtinet principatum.
9 Dubia interpretantur verisimilitudine.
10 Onus sentire debet qui sentit commodum.nu.11.
12 In iudicijs quasi contrahimur.
13 Contractus ex precij qūtitate interpretatur.
14 Diuisio facta ꝙ reuocari non possit qr est cōtractus bonefidei.
15 Proprietas non debet esse apud aliquem inutilis.
16 Que non prosunt singula tñ iuncta iuuant.
17 Dubia non sunt cauillanda et iudaice interpretanda sed ciuiliter et vrbano more.
19 In communione stare nemo cogitur.
20 Aqua quia diuidi non potest diuiditur pro rata temporis vt habeat vnusquisqʒ.
21 Prohibere non potest cui non interest.

Consilium.cccxxvj.

In nomine dñi nostri iesu christi. † Uidetur in hac consultatione dicendum ꝙ dictis Donno Nicole ⁊ fratribus non liceat facere dictaʒ valcheriam ita ꝙ extrahatur aqua de dicto pantano ad vsum dicte noue valcherie faciende. Et hoc ex pluribus.⁊ primo quia conuētum est inter eos ꝙ dicte partes teneātur manutenere dictam aquam intelligendum videtur in eo statu in quo erat: sed faciendo nouam valcheriam non manutenetur in eo statu: sed diuertitur vt fluat inde ad alia loca. Ideo ex forma cō- 2 uentionis videtur id prohibitū dicto Nicole. † Conuentiones autem sunt seruande: quia ait pretor pacta seruabo.l.iurisgentiū.§. pretor ait.de pactis.maxime cum fuerit inuata stipulatione ⁊ traditione: quia quelibet pars vsa fuit parte sua pro diuisa: et sic fuit conuentio vestita.l.diuisionis placitum.ff.eo.ti.licet de iure cano. etiam nudum pactum producat actionem et sit efficax ad agēdū. c.j.de pac.c.per tuas.de arbi. Secundo hoc videtur conuentum vigore dicti vltimi capituli secunde partis a contrario sensu ipsius: nam dicitur ꝙ si aliqua dictarum patium nollet vti dicta aqua in edificio dictarum valcheriarum non possit tollere dictam aquam alteri parti que vellet vti dicta aqua pro suo vsu: ergo a contrario si altera pars cui.s.obuenient in partem dicte valcherie si volet vti dicta aqua in edificio dictarum valcheriarum possit tollere aquam alteri parti volenti vti pro suo vsu: sed pars Marci et socior vult vti dicta aqua pro sua valcheria. ergo possit dictam aquam tollere alteri parti: ⁊ sic.d.dōno nicole ⁊ fratribus volētibus vti dicta aqua ꝓ suo vsu noue valcherie construēde. Ex quo enim potest tollere volentibus vti pro suo vsu: maxime cum vsus dicte aque non poterat esse proficuus nisi pro vsu valcherie: vel forte sibi simili videtur satis aperte permissum ꝙ possit habens veterem valcheriam tollere 3 aquam volenti vti aqua pro valcheria noua. † Argumentum enim a contrario sensu militat etiam in cōtractibus.l. inter socerum.§. cum inter.de pac.dota.l.eum qui ita.§.qui ita.de verbo.obli.l.si cū dotem.in prin.ff.solu.mat.ſm vnam lec. Et si huic argu.obijciat ꝙ in dicto capitulo dicitur ꝙ si aliqua dictarum partiuʒ voluerit vti aqua in edificio dictarum valcheriarum: ⁊ sic loquitur in plurali: ⁊ tamentunc non erat nisi vna valcheria: ⁊ pluralis numerus nō verificatur in vno regula pluralis locutio.in.vj.l.inter illam. in fi.de verbo.signifi.⁊.l.vbi numerus.de testa. Et sic videatur intelligi dictum capitulum de pluribus valcherijs: ⁊ sic noua ⁊ veteri: ⁊ sic videatur innui qd liceret facere nouam valcheriam: ⁊ idem innuunt illa verba precedentia quando aliqua dictarum partium vellet ⁊c. et non dicit illa pars que habebit talem partem: ⁊ sic videtur illam facultatē ꝯcedere nō magis vni parti ꝙ̄ alteri. vr̄ posse responderi ꝙ verbum illud dictarum tollat dictam obiectioneʒ: quia supra non fuit dictum nisi de valcheria que tunc erat: et verbū precedēs edificio qd est singularis numeri: suadet ꝙ de vna valcheria intelligatur: ⁊ superius etiam mentio fit de domo dicte valcherie: et exprimitur in plurali: dicendo domus dictarum valcheriarum: et sic apparet ꝙ in dicto instrumento fit mentio de dicta valcheria i plu- 4 rali. † ⁊ ex precedentibus sequentia declarantur.l.si seruus pluriū. §.fi.de leg.j.⁊.l.qui filiabus.eodem titulo.l.heredes palam.§.sed si 5 notam.de testa. † Et aľs plurale ponitur pro singulari in.l.non est sine liberis.de verbo.sig.c.si duo.de offi.deleg.lib.vj.in verbo condelegatos tex.⁊ glo.in verbo apostolos.in.c.j.ne cleri.vel mona.et text.cum glo.in verbo capitibus. in.l.j.§.initio.ff.de postula.glo. iij.in clemē.ad compescendas.de sequestra.posses.⁊ fruc. tex. ⁊ glo. 6 de peni.dist.iiij.tradidit.⁊ glo.j.dist.cañ.omnes.cum sił. † Tertio hec pars iuuatur qr dicta aqua non fuerat prius destinata ad vsuʒ plurium valcheriarum sed vnius tantum: ⁊ socius potest prohibere socium volentem vti re communi ad vsum non destinatuʒ: quia regula iuris est ꝙ alter socius non potest inuito socio aliquid face- 7 re in re communi. † et potior est conditio prohibentis vt est expressum: ⁊ ibi glo.⁊ doc.in.l.sabinus.ff.communi diui.ad idem.l.parietem.ff.de serui.vrba.predi.ergo non possint dicti Donnus Nicola ⁊ fratres habentes dictam aquam communem aliquid facere de 8 dicta aqua inuitis alijs dominis dicte aque. † His tamen minime refragantibus contrarium videtur de iure dicendum.nā premittendum est ꝙ in contractibus ⁊ in ceteris hominum dispositionibus mens obtinet principatū ⁊ illa preualet.l. in cōuentionibus.ff. de verb.sig.⁊.l.in conditionibus primum locum.de condi.⁊ demō- 9 stra.⁊.c.intelligentia.de verb.sig.cum simi. † Item secundo in ambiguis dispositionibus preualet illud qd est magis verisimile.l.in ambiguis inspici.ff.de reg.iur.et.c.inspicitur.in obscuris.eo. titu. 10 lib.vj. † Tertio decet ꝙ qui sentit commodum debeat ⁊ sentire incommodum.l.ſm naturam.ff.de reg.iur.et.l.manifestissimi.§.cuʒ secunda.C.de fur.et.§.cum autem.institu.de contrahen.emptio.⁊ 11 insti.de leg.patro.tute.ver.quia plerūqʒ. † Quarto diuisio est quedā species permutationis seu emptionis ⁊ venditionis.l.j.C.communia vtriusqʒ iudi.⁊.l.si fratres.eo.titu.⁊.l.cum pater.§. hereditatem.de leg.ij.et huiusmodi contractus non debent claudicare.s. ꝙ vnus sentiat totum commodū: ⁊ alius partem incommodi. ar. dictorum iurium.⁊.l.si id quod.§.fi.in fi.ff.de rescin.vendi.et.l.sed 12 et si interpellatur.§.fi.ff.de arbi. † prout et iudicia in quibus quasi contrahitur non claudicant.l.terminato.de fruc.et lit. expen.c.cū inter.de exce.in quibus quasi contrahitur.l.iij.§.idem scribit.ff.de 13 pecu.et.l.ij.in fi.cum sua glo.de preto.stip. † Et ex quātitate precij interpretatur contractus.vt per glo.⁊ docto.in.l.j.§.j.ff.de super- 14 fi. † et merito quia non est verisimile ꝙ aliqua partium velit iactare suum.l.cum de indebito.de ꝓba.et maxime quia diuisio fuit facta inter verisiľr scientes ꝯditionē ⁊ valorē suarū rerū que diuidebantur.ar.l.quisqs.C.de rescin.ven. Itaqʒ Donnus Nicola ⁊ fratres qui erant quatuor ex eorum parte: ita ꝙ si vnus fuisset ignarus vel voluisset dimittere de parte sua marco ⁊ socijs: alij tres saltem omnes non erant verisimiliter ignari vel propositi largiendi 15 vel iactandi aliquid de suo. † Item et quinto proprietas nō debet esse apud aliquem inutilis: ⁊ ne hoc contingat nonnulli tenebant iuris vertices ꝙ dispositio vitiaretur: et tandem decisum est ꝙ verba restringantur ⁊ aliqua eis fiat violentia: ne proprietas sit verisimiliter inutilis apud proprietariuʒ: vt probatur in.l. antiquitas. C.de vsufru.et longe fortius hoc fieri debeat ne sit inutilis: immo 16 sit onerosa ⁊ successiue dānosa. † et maxime in contractibus bonefidei: prout est contractus diuisionis.l.maioribus.C.cōia vtrius.iudi.et.§.actionem.insti.de acti.nam in eis ex bono et equo proceditur.§.i bonefidei.insti.de iudi.et facit.l.in bonefidei.ff.de eo ꝙ cer. loco.nec est equum neqʒ bonum ꝙ altera pars ratione obscuritatis verborum vel non expressionis congrue facte lucretur cū iactura alterius partis: que omnia videntur conc[illegible]ere in casu nostro et nos artare vt interpretemur dictum contractum diuisionis vt liceat dicto Donno nicole et fratribus facere valcheriā: ⁊ ad vsum valcherie nouiter cōstruende frui dicta aqua pro sua dimidia: nā ex quo sibi est reseruata aqua pro dimidia: ⁊ dicte aque proprietas non est vtilis nisi ad similem vsum ⁊ pro sua rata subit onus manutenendi dictam aquam: ⁊ pro manutentione dicte aque reaptandi ⁊ manutenendi murum dicti plantani a suo latere: ⁊ onus claudendi canalia molendini vt nihil aque ex eis defluat: et sic sentirēt

onera

onera predicta eis dānosa pp impendia exponēda in pdictis τ nihil cōmodi pciperēt: sʒ eoꝝ ꝓprietas remaneret inutilis immo dānosa: ꝙ est ꝯ regulas τ iura premissa τ non est vllo pacto verisimile: nec esset bonū τ equū cōtra naturā ꝯctus bonefidei. Attento ēt ꝙ si non daret facultas dicto dōno nicole τ fratribus vtendi dicta aqua ad vsum valcherie p eos construende eorū portio fuisset longe minoris estimationis ꝙ̄ portio marci τ sociorū: hoc respectu cōtractus claudicasset τ dictus dōnus nicola τ fratres iactassent de suo in dictis bonis: que omnia τ singula cōtradicerent euidentiali bus. s̄. deductis τ iuribus ibidem. s̄. adductis. Et maxime qꝛ apparet ex ꝟbis dicte diuisionis ꝙ intendebāt ipsi diuidētes ꝙ dcē portiones eēnt equalētes vt pʒ ex illis verbis ꝓ equiualētia dicte scōe partis: τ sic intēdebant ꝙ esset equalētia inter dictas partes: sʒ equalētia esset si vsus aque predictus pro valcheria permittit dictis donno Nicole τ fratribus: alꝛ esset magna inequiualētia: ideo iterpretemur talꝛ ꝙ equiualentia resultet ꝙ fieri non pōt nisi interpretādo vt. s̄. s. ꝙ vtriqꝫ permittat pariter vsus aque ad vsum valcheriarū: que interpretatio est equa. Et iuuatur ex alijs pluribus circunstantijs. s̄. deductis. Itē suadet ex ꝟbis dci vltimi capli scōe ptis ꝙ capitulū satis innuit ꝙ habeant ibi esse due valcherie ex quo vtitur verbis pluralis numeri: τ ex quo innuit ꝙ vnicuiqꝫ pti ꝑhibet tollere aquā si noluerit vti ꝑ vsu dcārū valcheriarū. Sed dictꝰ dōnus nicolaus τ fratres nō poterāt nolle vti aqua: qꝛ q nō hʒ vel le nō hʒ nolle. l. nolle. de acq. here. τ. l. eiꝰ est vele. ff. de reg. iur. ideo dicta verba nō cōuenirent sue parti si non posset eoꝝ pars habere nouā valcheriam. Et licet posset rn̄deri prout. s̄. in allegatis in cōtrariū deductum fuit: tn̄ negari nō pōt quin fiat violentia verbis: ideo minus malū est impropriare illud ꝟbum dictarū vt verificet in vna valcheria illa qualitas dictarū vel forte fuerat dictū lʒ non appareat scriptū: prout alꝛ dicit iurisconsultus in. l. cum auus. ff. de condi. τ demon. Et ex quo non pōt fieri sine aliquali verboꝝ violatione minus malū violare verba τ cōuenire verisil̄i mēti: qꝛ saltē inheremus mēti cū alꝛ interpretando deuiet a verbis instri τ a mēte verisil̄i contrahētiū: τ de duob mal is minꝰ malū est eligenduʒ. xiiij. di. c. duo mala. τ. c. notaui. τ. l. quotiēs. ff. de reg. iur. τ. l. ij. C. de car. edic. Itē si secus diceremus pars marci haberet in effectu totā dictā aquā: τ tn̄ in cōtractu diuisiōis non dat sibi nisi dimidia dcē aque: multa itaqꝫ nos trahūt in hāc ptem: ex quibus si singula non

16 ꝓdessent: † tn̄ simili iūcta proculdubio iuuāt. facit. l. excusant. in princ. cū suis ꝯcoꝛ. de excu. tuto. Non ob. adducta in ꝯriū non em̄ ob. ꝙ vtraqꝫ pars ꝓmisit manutere dictā aquā: qꝛ non desinit manuteri lʒ partes vtant ad vsum valcheriarum alꝛ nec liceret mar

17 co τ socijs extrahere dictam aquā ad vsuʒ sue valcherie. † Nec verba sunt cauillāda τ iudaice interpretāda: sed ciuiliter τ vrbano more. l. pen. ff. ad exhiben. τ. l. si cui. ff. de serui. ti. generali. Manutētio aūt dicte aque intelligi vꝛ ex verbis dicti ꝯctus in aptādo τ manutenendo murū per quē manutenet dicta aqua ꝙ suadet: qꝛ in progressu verborum n̄qꝫ fit mētio de aptatione muri τ manutētione: n̄qꝫ annulatur de aq̄ ea forte rōne: qꝛ aptatio muri τ manutētio ipsius non fit ad aliū finē nisi vt aqua manuteneatur: in hoc tamen nō est magna vis vtrū. s. manutētio aque consistat in alio quam in aptatiōe τ manutētione muri: nam satis est ꝙ ꝑ extractioneʒ ad

18 vsum valcherie nō desinit manuteneri aquā. † Nō ob. ꝙ socius potest prohibere socio ne quid innouet in re cōmuni. Quia rn̄detur pluribus modis. primo ꝙ aqua est destinata ad fluendū maxime illa nisi opere manufacto manutenetur. Nec habent dicti dōnus nicola τ socij aliquid facere in aqua: sed in suo solo τ remouere obstaculū aque ꝙ impedit quominus aqua faciat cursum suū. Ideo cuʒ dominiuʒ aque nihil aliud afferat τ eius vsus τ cōmoditas non in alio consistat ꝙ̄ in vsu valcheriarum non militat dicta regula: maxime cuʒ non fiat aliquid in aqua. Et maxime qꝛ non interest dicti marci τ sociorum eo respectu quia ex quo dicta aqua non est diuisa si eis posset impediri extractio dicte aque possent don nicola et so

19 cij agere vt aqua diuidatur. † Et diuidi deberet: quia nemo cogitur stare in communione. l. fi. C. pro socio. τ. l. in hoc iudicio. §. si cō

20 uenit. ff. communi diui. † Et cum aqua diuidi aliter nō potest: diuidit vt habeat vnusquisqꝫ pro rata temporis vel pro rata mensure. l. lucio. §. fi. cum. l. sequenti. ff. de aqua quotti. τ esti. l. arbor. §. fi. ff. cōmuni diui. Et nō magis interesset dictorum marci τ sociorum ꝙ stet cōmunis dicta aqua: τ permittatur vti dicta aqua pro sua dimidia pro indiuiso ꝙ̄ si diuideretur: imo magis fortasse interest ꝙ nō diuidat cū aliquando ꝓut presupponitur est sufficiēs dicta aq̄

21 ꝓ ambabus valcherijs τ pro pluribꝰ. † Et quando nō interest socij nō potest socium prohibere. vt no. glo. in. d. l. sabinꝰ. allegat. l. ꝙ dam. §. j. §. ij. τ. §. fi. de serui. vrb. predi. Et hoc etiam plurimū iuuat alias rationes τ coniecturas supra cōsideratas. nam subiecta materia cōmunionis hoc suadet ꝙ actum censeatur ꝙ quelibet pars possit vti dicta aqua cōmuni ad istum actū ad quē solum est accommodata dominis alꝛ fuisset verisimiliter diuisa per adiudicationē vel subhastationē si nō potuisset aliter cōmode diuidi. iuxta. l. ad officiū cū. l. fi. C. cōmuni diui. Nec ob. secūdum articulū in cōtrarium formatum: qꝛ respōdetur ꝙ dicta particula intellecta vt. s̄. pro hac parte adduxi cōtrarius sensus iuuat in terminis hāc partē. Et iste intellectus iunctis τ conglutinatis alijs rōnibus pro hac parte est magis assumēdus ꝙ̄ alius intellectus: merito illud capituluʒ finale. non obstat sed facit ꝓ. Sed dato ꝙ alius intellectus preualeret: respōdetur ꝙ cōtrarius sensus sumitur ꝙ si voluerit vti possit tollere q̄tenꝰ cū effectu velit vti. τ sic vt vtat exponēdo si. i. q̄tenꝰ ꝓut exponi solet. ar. l. stichū q meꝰ erit. de le. j. τ doc. ibi not. τ bar. in repe. l. j. de iure codi. τ docto. in aut. ex causa. C. de libe. prete. τ bal. in l. fi. C. de codi. Et vtendo tollit aquā alteri parti quatenus. s. vtitur cū vtendo a qua fluit inde: τ illa que inde fluit tollitur alteri parti. et sic cōtrarius sensus sumitur τ conuenit nature τ menti cōtrahētium τ subiecte materie. τ non obstat dicto donno nicole τ socijs: τ ꝑ cōsequens remanet conclusio suprafacta ꝙ liceat dicte pti dōno nicole τ fratribus facere nouā valcheriā τ vti dicta aqua ad vsum dicte noue valcherie. correspectiue ad vsum aque quem facit dictꝰ marcus τ socij pro sua valcheria. Laus deo.

Summarium super consilio. cccxxvij.

1 Tutor qui ad trafficandū dedit magnā summam quibusdam meratoribus pro se τ filijs: ac nepotibus quorum erat tutor cū certis conditionibus de quibus infra: an dictis pupillis iā factis pos sit de iure vetareꝰ τ prohibere dictos mercatores tutor predictꝰ vt non restituant neqꝫ capitale neqꝫ lucrum prefatis suis nepotibꝰ: et econuerso an nepotes possint prohibere ne fiat restitutio prefato tutori τ an mercatores predicti possint libere restituere prefato tutori.

2 Debitor est ille qui inuitus exigi potest.

3 Stipulari alteri nemo potest. fallit in tutore qui tutorio noīe pupilli pōt stipulari. fallit etiā de iure canonico. fallit tertio in ꝓcuratore vbi obligatio concipitur in personam procuratoris executio vero in personam domini. nu. 5.

4 Iuramento queritur actio etiā absentibꝰ quorum interest.

6 Tutor si simpliciter contrahat nomine proprio super re pertinente ad pupillum censetur contrahere nomīe pupilli.

7 Tutor quando non presumitur contraxisse de pecunia pupilli nisi constet.

8 Mulier qn̄ non presumatur acquisiisse omnia sua ex bonis sui mariti constante matrimonio.

9 Emens rem alieno nomine presumitur de sua pecunia emisse.

10 Tutor qui dat pecuniam ad trafficandum tam nomine suo ꝙ̄ pupilli non facit pecuniam principalem pupilli sed tantum pupillū in lucro perticipem. nu. 11.

12 Tutor paciscendo super rebus suis vt tutor quando videatur pacisci tutorio nomine vel suo priuato.

Consilium. cccxxviij.

In nomine dn̄i nostri iesu

1 christi. † In presenti cōsultatione videtur prīa facie dōm ꝙ dicti benedictus τ socij teneant τ obligati sint nō solum dn̄o luciano militi qui actualiter posuit apud eos: sed etiā dictis Ioānibaptiste τ liuero τ petropaulo nepotibꝰ ex duobus fratribus dicti dn̄i luciani. Nam illos. dc. ducatos receperūt ad trafficanduʒ pro ipso dn̄o luciano τ filijs τ dictis quatuor nepotibꝰ. τ vꝛ ꝙ confessi fuerūt esse eoꝝ debitores i. dictis dc. ducatis per illa ꝟba e pero confessano esserui veri lhoro debitori: illud plurale lhoro: non potest referri ad ipsum dn̄um lucianū cū pluralis locutio non sit cōtēta vno. regula pluralis locutio ī. vj. l. inter illā. §. fi. de verbo. sig. l. vbi numerꝰ. ff. de testi. ergo actū fuit ꝙ non essent debitores dūtaxat dn̄i luciani: sed etiā suoꝝ nepotuʒ si sunt cōstituti debitores dictoꝝ. dc. ducatoꝝ dictoꝝ nepotū: ergo

2 eis sunt reddēdi. † Cum debitor sit ille q inuitus exigi pōt. l. debitor. ff. de ver. sig. l. si fideiussor obligari. §. fideiussor. ff. de fideiuss. Si inuitꝰ exigi pn̄t: ergo non debēt insolidū posse exigi a dicto dn̄o luciano: cū nō se obligauerint insolidū: τ iniquū esset ꝙ possint insolidū exigi a dicto dn̄o luciano: τ postea exigi possent a dictis nepotibus cū bonafides non patiatur vt bis idē exigatur. l. bonafides. ff. de reg. iur. etiam a diuersis. τ. l. emptori. C. de euic. τ. l. fi. §. fi. C. de

3 vsur. rei iudi. † Et licet quis alteri stipulari aut pacisci nequeat. l. stipulatio ista. §. alteri. de verbo. obliga. τ. §. si quis alijs. τ. §. alteri. institu. de inuti. stipu. Tamen tutor tutorio nomine potest pupillo pacisci τ stipulari. l. eum qui. §. si actori. ff. de constitu. pecu. ꝓut tenet glo. ibi: τ in. d. l. stipulatio ista. §. si stipuler. vbi idem tenent Dy. τ bar. τ sentit etiam Petrus. Quod τ tenet glo. in. l. j. in prin. de stipu. seruo. τ in. l. quotiens. in prin. de admi. tuto. τ in. l. multuʒ interest. in fi. glo. magne si quis alteri vel sibi. τ in. l. iij. C. quando ex fac. tu. ꝙ videtur velle glo. in. l. ij. eo. titu. τ in. l. j. C. per quas perso. no. acqui. Quod maxime procedit de iure canonico in quo nō agitur de tāta subtilitate prout de iure ciuili. c. dilecti de iud. facit gl. in. c. scisci tata. de rescripti. τ in. c. querelam de electio. que volunt ꝙ licet de iure ciuili sententia non possit ferri contra pupillum vbi instantia est agitata cum tutore: tamen secus de iure canonico fm illas glo. iuncta. l. iij. §. idem scribit de pecu. vbi in sententia quasi contrahitur quas glo. sequitur Ang. in. d. §. si stipuler. Licet bar.

eas dãnet non tñ quatenus tenent q de iure cano. possit ferri sñia
in pupillũ de iure cano. sed quatenus volunt q secus sit de iure ci
uili: non autem refert ex quo sumus in terris ecclesie in quibus sta
tur iuri cañ. vt per gl. in. c. ij. de arbi. lib. vj. z in. c. possessor. de regu.
iur. eo. lib. per doc. in. c. j. de noui oper. nun. per bar. z bal. in. l. priui
legia. de procuratoribus. Et qdã volũt. q de iure cañ. possit gñalr
quis alteri stipulari p glo. in cañ. quot. cordis oculus. j. q. vij. q̃ hoc
videtur velle. p tex. ibi z in cañ. iuramẽti. xxij. q. v. per quã glo. dicit
4 bal. i. l. pactũ dotali. ix. q. C. de colla. † q per iuramẽtũ querit actio
omnib⁹ quor interest etiã abñtibus. z idẽ tenet in apostilis quas
fecit sup decreto. xvj. q. j. z idẽ voluit Pe. de an. in. c. j. de iureiu. de
iuramẽto aũt vñr loqui q2 illud est pncipalr de foro cañ. c. fi. de fo
5 ro cõpe. li. vj. c. cũ contingat. de iureiu. † Quinẽt in procuratore de
iure ciui. vr idem dicendũ qñ verba obligatiua cõcipiunt in perso
nam pcuratoris z executiua in personã dñi put voluit gl. in. l. i oi
bus. de pto. stipu. z in. l. si pcuratori pñtis. de ver. obli. z idẽ t3 bar.
ibi adducẽs tex. in. l. pen. C. de exhib. q z vult bal. in. l. certi condi
tio. §. si nũmos. ij. col. si cer. pe. ad idem gl. relata ad tex. in. l. hmõi.
in pn. de lega. j. Et idem in generali procuratore tenet post multa
Jmol. in. d. §. si stipuler. Et maxime qñ stipulat sup re dñi. l. q pcu
rator exp. re. ff. de procu. z in. l. pe. C. ad exhi. vel qñ super re ipsius
stipulantis. l. publia. ff. deposi. z. l. certi conditio. §. si nũmos. si cer.
pe. z. l. quot. C. de dona. que sub modo z f3 hoc siue pecunia illa eẽt
propria tutoris siue pupillorũ videtur qd potuerit pupillis quere
6 re. † Nec videtur refragari id qd subditur in dicta scripta est omne
volte che lui paresse reuolerli o tutti o parte vole dicto mesere lu
ciano ne seguano sua volonta q2 ex quo. s. posuerat dictã summa3
pro dictis pupillis pro rata eorũ noiando se tutorẽ. z per cõsequẽs
tutorio noie. l. cũ post. §. j. de admi. z. l. vlti. de inst. z est casus f3 lec.
Dy. in. l. post dotẽ. ff. so. ma. z glo. in. l. post mortẽ. ff. qñ ex fac. tut. z
Bar. ibi. z in. l. j. §. nũciatio. de noui ope. nũ. z per hoc negotiũ illd
est factum ipsor pro eor ratis pupillor: ideo paciscendo postea
l3 non nominet se tutorem sed sub solo noie pprio: tamen vr pact⁹
noie tutorio pupillorũ: quia qñ tutor simpliciter contrahit super
re spectãte ad pupillum cũ eo qui de hoc h3 notitiam censetur cõ
tractus gestus cũ eo vt tutore licet non nominet tutorem: put vo
luit bar. in. d. §. nunciatio. z latius in. d. l. post mortem. §. j. Si ergo
censetur illud conuẽtum cũ dño luciano vt tutore pro ratis pupil
lor cum nõ sit amplius tutor non h3 ampli⁹ attẽdi volũtas ipi⁹ cũ
sit finitũ eius officium: id non considerat amplius eius psona circa
cõcernẽtia negotia pupillor. d. l. post mortẽ. §. j. ex quo em̃ actum
gerit rõne officij z tanq officium tutoris habens vr considerandũ
officium z qualitas illa: q2 tutor non vr q habeat considerari pso
na citra officiũ per ea que habent in. c. qm̃ abbas. de offi. dele. z in
l. nonnunq. z. l. quotiẽs. ff. ad tre. cũ si. z eodem mõ dicendũ videt
circa precedentia verba o ad chi lui ordenera qui o in Fiorenza zc.
7 ¶ † His minime refragantib⁹ cõtrariũ puto de iure respondẽdũ.
s. q dictus dñs lucianus possit dictos. dc. ducatos in totũ habere a
dictis mercatoribus z de eis debeat fieri eius volũtas nõ obstãte
quacũq3 cõdictione dictor nepotũ qñtũcunq3 sint facti adulti. Na3
premittẽdũ est q dicti ducati ex quo erãt apud manus dicti dñi
luciani presumũtur fuisse ipsi⁹ dñi luciani ex possessiõe em̃ psumit
dñium. l. sicuti. §. si querat. ff. si ser. vẽ. p Jnn. in. c. cũ olim. de priuil.
per moder. in rub. de no. ope. nũ. nec q h3 tutor psumit quesiuisse
de bonis pupilli nisi doceat vt ẽ exp̃ssum in. l. si defunct⁹. C. arb. tu
te. Et insuper prout mihi presupponitur facultates dictor pupil
lorũ erant adeo exiles z tenues q nec pro eorũ necessitatibus forte
sufficiebãt ita q nõ extat cõiectura q illã summã quesiuerit ex bo
nis pupillorũ sed aliunde. Attento maxime q. d. lucianus stete
rat longo tpe in curia z se exercuerat in quodã officio curiali z alijs
exercitijs: vnde probabiliter poterat multa suplucrasse id cõsidera
tis cõiecturis q̃ als cõsiderant ad propositũ. per gl. z doct. in. l. cum
op3. in prin. C. de bo. q̃ lib. z Ang. in. l. facultas. C. de iure fisci. licet
bar. in. l. si patruus. C. cõia vtri. iudi. z in. l. titium z meuiũ. §. alte
8 ro. de admi. tut. dicat q non sit recurrendũ ad cõiecturas regulr. †
Sed presumitur pro eo qui numerat: z bal. in cõsi. mihi. iiij. inci. ap
parent quedã infra dicit q l3 vxor presumatur habuisse ex bonis
mariti. l. qntus. ff. de dona. inter vi. z vxo. z in. l. etiã. C. eo. ti. tamen
si nõ suppetũt facultates viri vel industria ex quib⁹ verisilr potuis
sent haberi nõ presumit ex bonis viri qsiuisse saltẽ si habebat ipsa
bõa paraphernalia vñ obuenire potuissent. Cũ itaq3 facultates pu
pillor essent adeo tenues q nõ est coniecturandum q exinde ob
uenire potuissent. Et dictus dñs Lucianus haberet industriam
et exercitium vnde obuenire potuerunt luce clarius est q sui fuisse
censentur l3 fuisset tutor pupillorum. Ille enim qui allegat ex suis
bonis puenisse bona ad alterius manus peruẽta pbare d3 glo. d. l.
cũ op3. in prin. vlti. opi. quã cõiter oẽs approbãt: z maxime bal. et
Saly. tñ plerũq3 probat adducendo coniecturas: z ita pcedit opi.
Joannis que pcedit in ea. gl. quã z approbant ibi bar. z doc. com
9 muniter cõiungendo vtranq3 opi. † Et l3 pecunia exponat in re3
alterius: tñ presumit ppria exponẽtis: puta si qs soluit p̃ciũ em
ptiõis facte noie alieno seu cõi repetere põt pecuniã quã exposuit

cum in dubio hoc casu pbare debeat q allegat q erat sua cũ psum
ptio sit pro eo q exposuit f̃m theoricã traditã. per bal. Ange. Sa
ly. Raph. z pau. de ca. in. d. l. cũ oportet. in pn. ang. i. d. l. facultas. q
volũt q qñ si puenissz ex pprio nõ eẽt suspicio delicti z si ex alieno
nõ resultaret actus illicitus: sed esset indifferẽs. ille qui aduersus eũ
qui pecuniã habebat p manibus allegat esse suã: h3 necesse pbare:
l3 pbare possit per cõiecturas f̃m eos oẽs: z etiam glos. ibi vt. s. re
tuli. Et per hãc theoricã pluries cõsulendo firmaui q si vnus emit
noie suo z fratris z simplr soluit pecuniã z nõ apparet cuius fuerit
alter frater habet pbare q fuerit cõis: tñ probat p cõiecturas sec⁹
forte si ille emisset noie pprio: q2 esset delictum rem alienam con
uertere in suũ vsu3. Et hoc põt applicari ad casu3 nr̃m z habemus
intẽtũ cum nulla cõiectura pbari possit z sint cõiecture in cõtrium z
posset applicari ad casum quo delictũ presumeret: nam ex quo vo
luit q semp fieret sua volũtas: q tñ non est cõgruum de re aliena:
ideo magis presumitur fuisse ppriã. ar. d. l. si defunctus f̃m theori
cã prefatorum doc. z lõge fortius est dõm ex. s. dicta theorica bart.
Ex qbus clarissime cõstat q dcã pecunia ceseri d3 q fuit dicti domi
ni luciani hoc psupposito potuerit sue rei apponere qdcũq3 pactũ
si voluit: q2 rei sue quilibet est moderator z arbiter. l. in re mãdata.
C. man. Nec tenebat dictus. d. lucianus aliquid cõferre in nepotes
10 de dictis. dc. ducatis. Nec de eorum lucris: † ideo si voluit ponere vt
pro eis lucret etiã pro qñtũcũq3 breui tẽpore nõ possunt cõqueri cũ
satis sit amico etiã in paucis subueniri. l. tutori. C. de neg. gest. Nec
erat negotiũ pupillor nisi quatenus volebat ipse dñs lucian⁹: nec
voluit cõmunicare pecuniam propriam filijs z nepotibus: s3 vsum
et lucrum traffici faciendi cum illa pecunia: z etiam ipsam pecuniã
casu quo decessisset ea extãte penes dictos mercatores p illa vba.
E vole dicto mesere luciano che facẽdo dio altro de lui ne faciano
de tutta la dita soma e guadagno la volunta de li suoi figlioli e ne
poti per rata: forte per dicta verba censeretur contulisse donatio
nẽ cã mortis in filios z nepotes: tamen cessaret illorum presentia z
solẽnitas numeri testiũ: ideo videt potius resultare mãdatũ quod
dã vel contractus innoiatus filijs mandato: iuxta. l. naturalis. §. fi.
ff. de prescrip. ver. Non aũt refert q2 casus non euenit: in vita autez
voluit dictus. d. lucius sibi ligare manus quominus de dictis. dc.
ducatis fieret eius voluntas: prout honestũ erat z prudentis viri.
Et est verisimile q ita voluerit maxime cum nõ abdicauerit a se do
minium dicte pecunie: q2 nihil repugnat quominus pecunia mea
trafficetur nomine tuo ad tui vtilitatem in totum vel pro parte.
Et ideo cũ expresse z specifice conuentum sit q fiat voluntas dicti
dñi luciani p illa vba e ogni volta che a lui paresse de reuolerli tut
ti o parte vole dicto mesere luciano ne seguiamo la sua volunta cũ
pacto zc. que vba sunt clara: ideo nõ ẽ admittẽda volũtatis qd. l. il
le aut ille. §. cũ in verbis. de leg. iij. nec presumit dixisse nisi qd gere
bat in mente. l. labeo. §. idem tubero. de sup. le. cum si. Et q2 loquit
per verbũ vniuersale omne volta hoc est oĩ tpe non se artauit ad
tẽpus quo esset tutor: z per consequẽs tollitur id qd in cõtrium ad
ducebat q censeat cõuenisse vt tutor p rata pupillorũ. Nã omni
tpe nõ erat futurus tutor sed paruo tpe: ex quo sunt anni qnq3 qd
dicta scripta facta fuit: z iam vt arbitror oẽs vel aliqui eor excesse
rũt tutelã vt deprehendi põt ex instrõ cõpromissi super hac mate
ria initi inter dictos dñm lucianũ z nepotes: ita q illa vniuersalis
nullũ tps excludit. ar. c. solite. de ma. z obe. l. iulianus. de leg. iij. ca
no. si romanor. xix. di. ideo dicta clausula non restringit ad tps pu
pillaris etatis dictorũ nepotũ. Et p cõñs nõ potest dici conuẽtũ per
eum vt tutorẽ. z maxime q2 dictũ capitulũ refertur etiã ad interesse
ipsius luciani z suor filiorum: z illius respectu nõ est censenda dcã
clausula limitata tpe. Jtẽ illo respectu censet cõuenisse noie pprio
absolute: ergo ne illa verba vole mesere luciano sene facia la sua vo
lunta diuersimode intelligãtur contra ea que habent in. l. ia3 hoc
iure. de vulg. z pupil. z. l. hereditatẽ. z. l. qñ uis. C. eo. ti. z. l. fi. C. de sen
tẽ. intelligant q noie proprio sine distinctione tẽporis censeat cõ
uentum q fieri debeat sua volũtas pprio noie: ex quo nomẽ ppriũ
est expressum z solum p iura. s. adducta. z. l. z magis. de sol. z. l. papi
nianus. ff. mãd. Nec a verbis est recedendũ cũ de mente non cõstat.
l. non aliter. de lega. iij. l. j. §. si is qui nauem. de exerci. cum concor.
11 ¶ † Nec obstat q negotium videbatur spectare ad dictos nepo
tes: q2 vt supra dictũ est negat q spectet: ex quo ipse dñs pecunie
declarauit qualiter volebat q spectaret ad eos: z ex quo pecunia
erat sua spectabat ad lucianum statuere quanto tpe illo mõ eẽt mã
sura: ex quo erat sua vt Luciani nõ vt tutoris. Jtaq3 puto rem esse
alienã a magna dubitatione: ex quo qualitas rei z natura negotij
id suadet. Et verba sunt satis clara. Quando em̃ voluit ipse domi
nus lucianus de nepotibus et filijs facere mentionẽ fecit: z fecisset
in hoc capitulo si id voluisset. ad hoc. c. ad audientiam. de decimis.
et. l. j. §. sin autem a deficiẽtis. C. de cadu. tol. z. l. si seruum. §. non di
xit ptor. de acq. here. fecit enim mentionẽ de filijs z nepotibus in
c. loquente de tpe post mortem ipsius dñi luciani. z in. c. loquente.
q debeat facere bonũ vtile: z tũc alternatiue loquitur o ad chi lui
ordenara zc. z sic etiam eo casu noluit se artare ita z de nepotibus
fecisset mentionẽ in hoc alio capitulo si voluisset q restituerentur
ipsa. dc.

ipsa.dc.nepotibus p aliqua rata. Voluit itaqz dictus dñs lucian⁹ q in ei⁹ vita de dictis.dc.ducatis fieret omnino volũtas ipsi⁹ z sibi restituerentur quãdocũqz ipse vellet siue esset tutor siue nõ esset tutor: ex quo enim vt dictũ est pecunia erat sua z ipse contraxit cum mercatorib⁹ potuit suo cõtractui sua cõuentione imponere legez quã voluit cũ cõtractus ab initio sint voluntarij nõ necessarij.l.nec emere.C.de iure delib.z.l.sicut.C.de actio.z obliga.z ex conuentione legem accipiunt.l.j.§.si conuenit.ff.deposi.z.l.si ita qs.§.ea lege.ff.de verbo.obli.z.l.ea lege.C.de condi.ob cãm cũ multis si. Et sic potuit cõuenire q trafficarent ad vtilitatẽ dictor pupillorum et pro dictis pupillis q̃to tẽpore volebat cũ licite potuisset nõ ponere apõ dictos mercatores vel si ponebat potuisset licite cõuenire q starẽt mere ad eius vtilitatẽ z voluntatẽ z non noiare nepotes in aliquo ita z licite potuit cõuenire q starent ad vtilitatẽ nepotũ quãto tpe ipse voluerit z non vltra: z non priuare se potestate disponendi de bonis suis pro suo libito volũtatis prout iura sibi permittunt pp̃ter que tolluntur oĩa in cõtrarium adducta. Nõ enim ob. q dicti benedictus asseruerũt esse debitores eorũ: z sic dictorũ nepotũ pro sua rata: quia dicta assertio recipit legẽ ab inferiori cõuentione: qz verificaf q sint eorum debitores trafficandi p ipsis domino Luciano z filijs: z pro ipsis nepotibus post mortem domini luciani si in vita aliter de eis non disposuisset faciendi de dictis.dc.floreñ.voluntatem ipsorũ nepotũ pro eorũ ratis et dicti domini Luciani esse debitores faciẽdi in eius vita suã voluntatez omni vice qua vellet q non trafficarentur amplius eodem modo. Et sic dicta verba de plano verificãtur referendo singula singulis secũdum q determinant ex conuentionibus que postea inserunt prout decet: quia ab inferioribus moderantur z legem accipiunt vt.s.dictum est: z al's ex sequentibus precedentia declarantur.l. si seruus pluriũ.§.si.de leg.j.z.l.qui filiab⁹.eo.ti.z.l.heredes palã.§. sed si notam.de testa. ¶ 12 † Nec ob. q potuit dictus Lucianus paciscendo super rebus suis z vt tutor querere suis pupillis actionem: qz dato q oĩa circa hanc partẽ dicta de plano precederent: tamen non obstant: qz potuit querere quatenus pacisci voluit z nõ vltra et suo contractui eam legẽ apponere super re sua: quã voluit p adducta.s.pro hac parte: que omnia militant etiam presupposito q dictus Lucianus potuisset illis pupillis stipulari seu pacisci: licet non sit omnino expeditũ q potuerit. Nã illa ratio q pactus fuit super re ppria: lz militet quãdo stipulatur super re que durat sua prout loquũtur.d.l.publia depositi.z.d.l.pe.C.ad exhibẽ.tamẽ nõ militat regulariter qñ stipulatur sup re que non durat sua: put voluit bar.in.d.§.si stipuler per.l.quotiens.C.de dona.que sub mõ. argu.sumpto a speciali: z qz ibi probatur q ante illã legem nõ querebat illi absenti acti. Et ad.d.l.certi cõditio.§.si nummos.vult q ibi sit speciale. Itẽ q tutor possit pupillo stipulari etiã non est omnino expeditum quãdo sua non interest: qz in ꝯriuz vr̃ vigere tex. in.d.§.si stipuler.z Ja.de are.z Ange.ibi per alia media non concordant cũ glossis.z bar. Et q etiam de iure cano.nequeant qs alteri stipulari tenent Jmo.z pau.in.d.l.stipulatio ista.§.alteri. sed non me fundo in hoc nec intro dictam difficultatem an valeat dicta ꝯuentio alteri fcã: sed fundamentum est quia non fuit pactum vnq̃ factum q dicti.dc.ducati ipsis pupillis in vita domini Luciani restituerentur. Et vt dixi solũ conuentũ q trafficarent p dictis nepotibus pro eorũ.s.rata: z in hoc dicti mercatores cõstituerunt se debitores pupillorum cũ hoc tñ q omni vice z omni tẽpore quo dictus dñs lucianus requireret ipsos mercatores fieret de eis voluntas ipsius domini Luciani, put.s.deductũ est: z demonstratuz: q verba dicte scripte z conuentionis aperte demonstrant ponderando verba illius capl'i e ogni volta zc. Et idem demonstrant verba alterius capl'i ibi e restituit li in ogni tempo cõ le conditiõe suprascripte.cõditio suprascripta fuit de restituendo ad voluntatez dicti dñi Luciani. Remanet itaqz cõclusio clara z lucida quod dicti mercatores possunt secure z licite dictam quantitatem restituere dicto dño luciano vel cuicũqz ipse voluerit: nã tenent de eis facere volũtatẽ suã.z ad id faciẽdũ cõpelli pñt. Laus deo.

¶ Summarium super consilio.cccxxviij.

1 ☞ Instrumentum debiti vel crediti si quis penes se habeat teneatur illo vti infra.xx. annos statuto fani a die qua potuerunt agere al's vti non possit illis sed pro ficto z non vero habeatur et creditores ipso iure cadant a iure eorũ crediti: an tale statutum valeat adeo q si fuit factum depositum.c.ducatorũ apud aliquos qui dictũ promiserũt depositũ per instrũm restituere post annum z moriatur deponens duobus ex depositarijs remanẽtibus.tertio z heredibus defunctorum z similiter heredibus deponentis qui vltra xx.annos tacuerunt in repetendo dictum depositum si nunc agũt obstet eis exceptio statuti z an si dicti heredes pretendunt non habuisse notitiam dicti depositi hoc pretextu iuuari possint contra dictum statutum: z quo remedio.

2 Prescribere non dicitur depositarius qui obligatur rem restituere.nume.19.

3 Prescribi non possunt iura incorporalia quia possideri nequeũt.

4 Prescribi q non possint statuto actiones personales vt liberatio debiti.

6 Prescribens statuto an dicatur malefidei possessor.nu.5.

7 Statutum potest ex cã impedire peccatũ z facere q iuramentum nõ astringat seu ꝯctus iuratus nõ seruetur.

8 Periurus non dr̃ qui ex cã concessa deserit iuramentum.

9 Juramentum potest aperte remitti cuius fauore emanauit.idem per statutum.

10 Debitum non soluens vt quia statuto prescripsit non peccat licet soluere iurauerit.

11 Hostem spoliare permittit lex.idem bannitum.

12 Leges positiue sunt in foro conscientie seruande.

13 Prescriptio statuto permissa vt quia non petens infra.x. annos cadat a iure suo non valet nec statuto vallatur.

14 Negligentia petitoris non excusat conscientiaz debitoris.nu.32.

15 Peccato fũo nemo debet foueri.

16 Consuetudo vel statutum quod inducit ad peccandũ non valet.

17 Obligatus fortius dicitur qui tenetur actiõe personali q̃ q reali.

